



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Henrici Zoesii I. C. In Lib. Quintum Decretalium Gregorii IX. P. M.
Commentarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

HENRICI ZOESII I. C.
 IN LIB. QUINTUM
DECRETALIU
 GREGORII IX. P. M.
 COMMENTARIUS.

TITVLVS PRIMVS.

De Accusationibus, Inquisitionibus &
 Denuntiationibus.

SUMMARIUM.

1. Accusatio quid, & qualiter institui debeat.
2. Accusare qui possint, vel non.
3. An admittatur, qui iuravit non accusare?
4. Accusare qui possint.
5. Effectus accusationis.
6. Inquisitio quid, & qualiter instituenda.
7. Denuntiatio quid, qualiter fiat, & à quibus.

Iudicium Ecclesiasticorum materia civilis declarata duobus libris superioribus: hoc quinto & ultimo traditur criminalis, quæ per accusationes, inquisitiones aut denuntiationes in iudicium deducitur.

Accusatio est delicti alicujus apud iudicem delatio ad vindictam publicam solemniter facta. Formula ejus exstat in *l. 3. D. h. r.* Differt ab actione, qua privatum commodum persequimur citra inscriptionem, etiam per procuratorem; quia accusatio spectat ad persecutionem juris publici & vindictæ, ut quis puniatur corporaliter, aut pœnam pecuniariam sisco pendat. Procuratorem non admittit, nisi ad allegandam absentie causam, *c. veniens 21. h. tit.* aut post litem contestatam, uti dictum ad *D. eod. tit.* Deciderat inscriptione, qua

accusator ad firmam pœnam, quam reo intentat, se obligat, si calumniari probetur, idque ne quis leviter ad accusandum proficiat *l. D. h. r.* cuius hodie non esse usum, tradit Jul. Clarus *§. fin. qu. 81. num. 3.* Covarr. *2. Var. c. 9. num. 1.* Mandant tamen Canones, ne ea omissa admittatur accusator, *c. super 16. & c. qualiter 24. h. r.* Libello ut in actione civili, ita & hic opus; qui clarus sit, continens nomen accusati, accusatoris, delicti locum, annum, mensem, *D. l. 3. D. eod. Dien. & horam* exprimere non est necesse, nisi petat reus ad facilitorem probationem negationis indirecte faciendam. Gail. *1. Observ. 64. num. 11.* Est autem accusatio licita propter publicam utilitatem & Reipubl. tranquillitatem, quam consequimur, repressis malefactoribus, *can. non frustra & can. Regum XXIII. q. 5.* Nec continet peccatum, modo absit rancor & odium *can. officia d. q. 5.* cum nemo teneatur remittere injuriam sine satisfactione, ut dicitur *infra de injur.*

Ne autem contingat temerè quid deferri, non auditur quilibet accusans, ut patet ex *l. qui accusare cum seqq. D. eod.* Ubi aliis obstat ætas, uti pupillo, qui non auditur nisi in certis causis ex consilio tutorum, *l. 2. D. eod.*

M m m ut

ur nec minor sine auctoritate curatorum, ne temere quid ardent, *tit. Cod. de auctor. praefan.* Aliis sexus, ut mulier, exceptis certis casibus, de quibus *can. de crimine cum seqq. xxiii. q. 3.* aliis Sacramentum, Magistratus, crimen, uode homicida, venefici, fures, facti, legi, adulteri repelluntur, *can. Accusatio II. q. 7. c. cum dilectus 20. h. t.* de quibus late Welenb. *D. eod.* Alios removet causa quæstus, subornatio interdum & paupertas, suspicio calumnia, quæ facit & inimicos removeri, iisque familiares; solet enim adfectio amicitia, petvertere animos, *c. 7. h. t.* Paganî, hæretici non audiuntur contra Orthodoxos; *can. Paganî & can. si hæreticus II. q. 7.* nec laici contra Clericos, tum quod zelo iustitiæ non censeantur moveri, tum quod non deceat majores subiectos esse accusationibus minorum seu inferiorum, *can. 1. 2. 3. 4. can. Laicos d. q. 7.* Quo modo & in Prælatos difficiliter procedit subditorum accusatio, quod contingat hos, ratione correctionis, non tam iustitiæ zelo, quàm impietatis livore & odii fomite ad accusandum prorumpere; *can. Sunt nonnulli d. q. 7.* Si tamen probata fuerint vitæ, audiuntur, causa bene examinata, *c. Qualiter 24. h. t.* Monachi licet alios accusare non possint, audiuntur tamen contra Abbatem, sumptus iis subministrandi ex redditibus Monasterij, *c. Ex parte II. h. t.* Qui si ideo censura fuerint notati, relaxandi sunt, *c. pen. h. t.* In crimine excepto uti est hæresis, simonia, maleficium, & alia, de quibus Menoch. 2. *Arbitr. casu 474. n. 27.* etiam excommunicati & alias inhabiles admittuntur *c. licet 31. inf. tit. prox. c. in fide de hæret. 11. 6.* Inimici tamen ne quidem hoc casu audiendi, cum non tam ex causa, quàm odio quodam videantur moti, *d. s. 7. c. Meminimus. 13. h. t.*

3. Q. An admittatur is, qui juravit non accusare? Resp. Videtur posse turpe ejusmodi juramentum, utpote bono publico contrarium, sum ex eo nascatur impunitas peccandi, ideoque non tenere. Rescriptum tamen in *c. quemadmodum 25. §. illud sup. de iurjur.* maritum, qui juravit non accusare uxorem adulterii, non esse contra eam admittendum. Nec obstat, quod videatur dari licentia peccandi; nam ei obviari potest per viam denunciatio-

nis, quæ non censetur exclusiva per se in mentum, ut dictum latius supra de iurjur. 51. Non etiam obstat commone iuramentum, quia ad vindictam publicam, si in re non removebitur accusatio per iuramentum, sed tantum quærens agitur communitate, ut patet ex *d. c. 25. in fine.* Non *c. v. niens 15. h. t.* ubi qui juravit iuramentum alicuius, si eius virtute iunguntur, non non auditur accusans etiam in causa, quia ibi agitur de eo, qui accusatur, non calumniosè, & proinde prohibetur accusare ratione iuramenti, *Gl. in d. c. 25.*

Accusari regulariter potest etiam quærens, tam liber quàm servus, in re ne sexus aut ætatis, *inf. de delictis punitus ab uno crimine, super eodem impetitur, quia de delicto uno durus est, nisi tamen doceatur falsum, ricatum, c. 6. h. t.* Absentes per accusa tur, *l. 6. Cod. de his qui accusant multo minus damnantur, h. t. D. de delictis tamen eorum nomina accorant delatos, & rei inquiri, uti dictum. Utus etiam absentes damnari per *d. §. fin. qu. 44.* & executionem bene publicis locis adfixa, uti in *fructu, & est frequens.* Non etiam Illustres tamen non nisi apud Prælatos santur, *l. 3. Cod. ubi Senatores.* Et santur etiam parentes, partem propter reverentiam, *l. hi qui de. h. t.* minus à servo, nisi in læsa maiestate *de his qui accus. pass.**

Effectus accusationis legitime quod, dum pendet, nequeat promereri *c. 4. h. t.* & à Missa celebratione abbeat, *c. 4. c. 5. inf. de simonia.* Prohibitione accusatoris inferretur poenam delicto condigna, Probata coram duos testes idoneos, non tamen delicti, *c. 1. sup. De confess.* quia non potestur dicere verum, Quo modo mittitur se à Sacerdote adserenti non creditur Sacerdotem, nisi in crimine excepto *sup. de testib.* Sententia hac in re operam in notoriis, *c. porro sup. de iudic.* non teneatur ad poenam etiam ipso iure nisi post sententiam. Si detectus accusator

uti impunè potest ante inscriptionem, cap. li. c. 1. h. t. dimittere quidem reus, c. 1. h. t. potest tamen in eum inquirere Judex, uti mox dicitur. Si notorium fuerit crimen, non videtur opus accusatore, c. evidentia 9. h. t. spectat enim accusatio ad scientiam, quæ in notoriis est satis evidens, c. Tuanos sup. de cohabit. Cler. & m. l. Quod accipiendum de eo notorio, quod ne quidem judicem, ut talem, fugit, veluti si commissum fuerit crimen in præsentia ejus sedentis pro tribunali. Aliàs depositio- ne testium opus foret, ut crimen innotescat judici ut tali. Vid. Gomez Variar. Res. c. 1. num. 42. & 43.

6 Cessante accusatore legitimo, ne crimina maneat impunita, instituitur inquisitio, quæ est investigatio criminis à Judice ex officio instituta, fama vel alia justa causa prævia. Quæ si nulla præcedat, & cesset denuntiatio, Judex inquitens super certa persona peccat graviter, cum demeruit nominari ex estimationem, c. qualiter 24. h. t. Quo casu raris Judex à reo rectè repellitur per exceptionem, qua tamen omiſsa, inquisitio & processus tenebunt c. fin. eod. in 6. Nec audietur reus postea restitutionem petens, ratione præpostere inquisitionis, cum crimen, de quo jam patet sufficienter, non sit relinquendum impunitum. Videtur autem pœna moderanda secundum qualitatem personarum, non tamen remittenda depositio aut privato beneficii, quam secundum Canones meretur crimen, c. inquisitionis 21. h. t. Fama prævia non erit opus in casu, quo inquisitio fit in genere super auctore maleficii perpetrati, cum incumbat judici ex officio malis hominibus provincias purgare, l. 3. in fine D. de off. Praesid. Quod & faciet Judex in casu quo certo illi constet, aliquem esse reum vel ex confessione, vel alias, si crimen probari nequeat ordine judicario, c. 2. sup. de off. ordinat. Personaliter in eundem inquirere non debet, ne personam no- tet, cum necdum infamatus præsumatur bonus, uti quilibet alius, donec probetur malus, & habeat jus defendendi famam suam quam læderet Judex super talem inquitendo.

7 Denuntiatio est delatio criminis apud Magistratum facta, citra accusationis solemniam, judicandi tantum & deferendi rei causa, in suam, ut emendetur. Ad hanc requiritur mo-

nicio prævia; aliàs denuntiatio non audietur, tamquam non motus zelo bono c. 2. & c. cum dilectus 20. h. t. Nisi tamen nulla rei speretur emendatio; frustra enim adhibentur media, si nulla ex his speretur utilitas. Navarr. Cons. 4. h. t. Repelluntur ex ea tem causa publici concubinari, in quos ideo sententia excommunicatio- nis lata, quia cum ipsi sint publici peccatores non sunt habiles ad denuntianda aliena peccata d. c. 20. ubi etiam dicuntur rejiciendi illi, qui in aliquem conspirant; nam tamquam inimici non videntur tam procedere zelo caritatis, quam fomite malevolentiae, c. per tuas 32. inf. de simonia.

Denuntiatio hæc cuilibet permittitur, ut & accusatio quia tamen accusatoris vel denuntiantis personam suscipere non est extra invidiam odiumque illius, qui accusatur aut defertur, amicorumque ejus, ideo deputari solent aliqui, quibus ex officio incumbat ultionem criminum persequi, accusando, deferendo, quales in tribunalibus Principum vocantur Procuratores Generales sive Regii, in Curia Episcoporum, & Academiarum Promotores, quorum officium cum sit necessarium, inscriptionis necessitas his remittitur. Advertendum tamen, ne falsa denuntient, l. 7. l. singulis 14. C. de accus. & in script.

TITULUS II. De Calumniatoribus. SUMMARIUM.

- 1. Pœna calumniatorum jure civili. 2. Exnam rationis qualiter probentur Canones.

Accusatio debet esse immunis à calumnia, quæ ut removeatur, proposita est calumniatoribus, id est falsa crimina scienter impo- nentibus, pœna. Et olim quidem ex lege Reim- nia inurebatur fronti littera K. Jure civili ultra infamiam est talio, id est, pœnæ similitudo, ut scilicet idem pariatur, quod alterum pati voluit, l. 7. & fin. Cod. h. t.

Probant hanc rationem Canones, can. 2. cum can. seq. 11. qu. 3. quatenus inferri potest. Quo modo Sacerdos Sacerdoti per calumniam quid objicias, quod mereatur privationem

M m m 2 munc.



muneris sacerdotalis, sacerdotio deponitur, & ultra agere poenitentiam jubetur, si calumniose accusatus morte aut exilio multatus fuerit, aut debilitatus, *can. delator. III. qu. 6. & cap. Acusasti s. sup. tit. prox.* Similitudo poenae si locum habere nequeat verberibus, exilio supplenda, *c. x. ubi Abbas h. r.* Qui errore alicui falsum crimen objicit, excusatur quidem à poena calumniae, in dubio tamen interim suspenditur ab officio & beneficio, donec suam purgaverit innocentiam, *c. z. h. r.*

TITULUS III.

De Simonia.

SUMMARIUM.

1. Simonica pravitas exaggeratur.
2. Simonia unde dicta.
3. Simonia quid, ejusque definitio explicata.
4. Versatur circa spiritualia, vel spiritualibus adnexa.
5. Est contraria juri divino, naturali, humano.
6. Alia est intrinsicè mala, si ve prohibita, quia mala, alia, mala, quia prohibita jure humano.
7. Illa versatur circa spiritualia & Sacramentorum collationem.
8. An & circa Matrimonium?
9. Sacramentorum materia an ponat materiam simoniae?
10. An res consecrata?
11. An Sacramentalia?
12. An quis aliàs invitus in necessitate induci possit ad ministrandum Sacramenta?
13. Simonia materiam ponunt & electiones, praesentationes, Ordinum ac beneficiorum collationes &c.
14. Item collatio prima tonsurae.
15. Officia divina, exequia, suffragia mortuorum.
16. An pro ingressu in Religionem quid licitè detur aut accipiat?
17. An id jure Ecclesiastico sit prohibitum?
18. Intellectus c. Quoniam 40. h. r.
19. Intellectus Extravag. i. h. r.
20. Inducere quem spe lucri ad ingressum in licitum?
21. An pacto expresso vel tacito interveniente?

22. Anus jurisdictionis Ecclesiasticae an ponat materiam simoniae?
23. Et quid de jurisdictione fori exterioris?
24. Pro obtinendis dispensationibus an liceat exigatur & solvatur per sibi man.
25. An idem permittitur Episcopis per causas pertinentibus?
26. Circa actus jurisdictionis morè publicum interveniens an ponat materiam sciendis an accipere quid liceat?
27. Officialibus judicum pro instrumendo?
28. Pro omissione actus spiritualis an detur & accipiat? de quo dicitur in am eligentibus, ne eligant in dignitate?
29. 37. 40. Adnexa spiritualibus tractantur, & an vendi possint?
30. Ius patronatus an vendi per se possit?
31. Simonia haec quo jure committitur?
32. 33. Sepultura quid, & an pretium admittat?
34. Illatione hominis mortui an habeatur religiosus?
35. Sepultura locus proprius an vendi possit?
36. Reliqua Sanctorum invendibilia.
38. Obligatio ad opus spiritualia facienda admittat pretium?
39. Dari eo casu pretium potest ut si per se?
41. Beneficia invendibilia, & quid materiam faciat?
42. An haec simonia sit contra jus divinum vero Ecclesiasticum tantum?
43. Praelati inferiores an beneficii à se possint imponere prius aliquod pretium?
44. Personis privatis id non licet.
45. Consuetudo circa collationes quid valeat?
46. Pensio quid, & an sapiat simoniam?
47. An & translatio pensionum per se licita?
48. Pensio an redimi possit?
49. An remitti?
50. Simonia mala, quia prohibita an detur?
51. Officia temporalia Ecclesiae an cadant in simoniam?
52. Officia ejusmodi quam sint.
53. Officium Sacrificii vel Theaurarii an habeat?
54. Rerum & bonorum Ecclesiae venditio sine causa, simoniam.
55. Praetium si ve temporale datum quandoque simoniam.

36. Pretium illud consistit in munere à manu, ab obsequio, à lingua. Sub munere à manu venit in primis pecunia.
37. Item res omnis temporalis pretio estimabilis.
38. Mutuum dare pro beneficio an liceat?
39. Spectat ed & impositio ac promissio pensionis.
60. Pro procuracione beneficii accipere vel dare quid non liceat.
61. Transactio an licita super beneficiis?
62. Ex causa transactionis an illi, qui codit, pensio constitui possit?
63. An & conventionem partium antecedente?
64. Pro redemptione vexas pretium dare quatenus liceat.
65. Accipiens quid, ut à vexas desistat, an sit in vitio?
66. Pro possessione beneficii adquirenda an rectè detur pecunia?
67. An liceat quem presentare ad beneficium litigiosum, ut pro iure presentantis suis litiget expensis?
68. Beneficium an rectè resignetur sub conditione expensarum restituendarum?
69. An ita rectè permittetur, ut alter solus ferat expensas pro expeditione Bullarum?
70. Renuntiatio sub pensione an licita.
71. In favorem tertii facta tenet iure divino.
72. An & iure Ecclesiastico?
73. An cum clausula, Non aliàs; nec aliter.
74. Acceptat a resignatione, an beneficium alteri conferri possit, quàm nominato?
75. Quid si spirituale pro spirituali dandū veniat?
76. Munus ab obsequio quocumque, & quatenus, habeat rationem pretii.
77. An ponat simoniam contra jus Ecclesiasticum?
78. Relinquere quid temporale sub onere obsequii spiritualis an sapiat simoniam.
79. Munus à lingua quid, & an propter preces dare beneficium sit simonia.
80. Collatio digno aut indigno per preces facta sit, non interest.
81. An licitum uti vero potenti aut familiari, cujus precibus beneficium impetretur.
82. An dare beneficium solo titulo consanguinitatis.
83. Collatio ab induceto per vim aut metum facta, an sit simoniaca?
84. Quid si metus fuerit iure incussus?
85. Quid si subit lucris amisso, nisi minantis animum mitiget?
86. Simonia alia Mentalis, alia Conventionalis, alia Realis.
87. Ab una tantum parte impleta qualis dicenda.
88. Simonia vitium seu peccatum est mortale.
89. Nec ex levitate materia sit veniale.
90. Simonia mentalis non subest panis Ecclesiasticis.
91. Conventionalis an subsit?
92. Quid si fuerit impleta ex parte ementis tantum.
93. Quid si ex parte vendentis?
94. Simonia reali Primo proposita est Excommunicatio.
95. Eriam circa ingressum Religionis.
96. An dato aut accepto aliquo pro receptione habitus?
97. II. Suspendio, quam incurrit Conventus consentiens huiusmodi receptionem.
98. An eam incurrat ordinatus simoniacè quoad beneficium & officium?
99. An incurratur per simoniam completam tantum ex parte rei spiritualis?
100. An per iraditionem rei spiritualis retrahatur ad tempus commissi criminis?
101. III. Infamia iuris.
102. IV. Irritatio actus.
103. Beneficium Ecclesiasticè adquisitio an irrita ipso iure?
104. Distributiones intuitu huiusmodi beneficii perceptas an lucretur reus?
105. Quid si per tertium sit commissa simonia?
106. Quid si obtento beneficio consenserit, solvendo pecuniam à tertio promissam, aut solutam reddendo.
107. Provisio facta ignoranti, dato aliquo in favorem ipsius provisi, an sit ipso iure nulla?
108. Et an procedat ista nullitas in simonia commissa contra jus Ecclesiasticum.
109. Irritatio adquisicionis in quibus beneficiis locum habeat.
110. An & in simonia conventionali impleta ex parte beneficii tantum.
111. An in electione Rom. Pont. habeat locum.
112. Simoniacus in Ordine aut beneficio an privetur beneficiis prius obtentis?
113. Electio an sit irrita propter simoniam commissam in confirmatione?
114. Simoniacus in beneficio an inhabilis ad alia in posterum obtinenda.
115. V. Restitutio pretii pro re spirituali accepta.

116. Restitutio hac quo jure procedat.
 117. Cui facienda.
 118. Acceptum per simoniam mentaliter an obliget ad restituendum.
 119. Restitutio an facienda ante sententiam?
 120. VI. Irregularitas.
 121. VII. Depositio.
 122. Simonia confidentialis qua dicatur.
 123. Quibus modis committatur.
 124. An locum habeat in permutatione beneficiorum.
 125. Poena hujus speciei.
 126. Simonia vitium an cadere possit in Pontificem?
 127. Pont. contrahens cum aliquo simoniace an hoc ipso eum eximat a poena.
 128. Pont. exigens annatas an teneatur lege simoniaci ambitus?
 129. An consuetudo faciat licitam exactionem temporalis pro spirituali?
 130. Super culpa simonia an & quatenus dispenset Pont.
 131. In poenis an similiter Pont. solus dispenset?
 132. Super simonia occulta dispensat hodie etiam Episcopus.
 133. Pont. an dispensare possit quoad restitutionem pretii simoniace accepti?
 134. Modus & forma concedendi dispensationem.
- D**E criminibus, de quibus Judex Ecclesiasticus cognoscit, subjicitur: & primo quidem de iis, quae in Dei injuriam primario committuntur per actum aliquem sacrilegum, quoties facta violantur. Inter quae praecipuum locum quin obtrineat Simonia, non venit dubitandum, quae continet gravem injuriam in Deum, cujus divina dona inestimabilia vili pretio aestimantur, non sine magna irreverentia; cum sit contra eorum excellentiam. Ut per humanum contractum & temporale pretium adquirantur, quod non potest non continere & maximam vilipendium, & irreverentiam gravissimam Divinae Majestatis; quasi ipsa bonitas esset in ducenda & cogenda pecunia ad sua divina dona praestanda, quae bene merentibus gratis abunde largitur. Continet etiam injuriam, quod donum spirituale, ut sic, invindicibile secundum temporalem aestimationem, pretio taxetur, Vergit praeterea in gravissimam Ecclesiae perniciem, cum causet beneficium saepius indignis conferri, electiones in-

justas fieri, praeturas indignis conferri, facti non tondere gregem, sed degubere canes docere, sed perdere. Excecat enim manus prudentes, & subvertunt verba justorum. Ita dicitur. Ut ab omnibus, quibus timor Dei habet, vitium istud facillimum sit habitum, dum malum detestabilius dicatur abdicatum. II. in can. ex multis l. q. 7. Et à pleniori. Simonia haereticis sitonica dicitur, ut patet ex variis titulis, can. Presbyter 3. can. qui studet 1. can. aliquot 13. l. q. 1. can. patet ult. q. 7. & hinc de cedoniana petus, can. eos 21. l. q. 1. Utrefus chalis Papa omnia alia crimina, ad comparationem simoniace pravitatis, quasi pro nihilo putet can. fin. l. q. 1. Cujus dictum repetendum habet Innoc. III. in c. per tuos 22. b. 1. & hinc aggerandam istius vitii multatiam, committere & per se non sit contrarium fidei, quod non requirit errorem in intellectu, sed in voluntate. Suarez de Simonia c. 1. n. 6. Ut tamen maxime detestandum hoc vitium, non ideo magis infrequens in Ecclesia, proinde eo, quod in aliquam hominum utilitatem det, divitiarum, honorumque & dignitatum petitum fovet; quia ita accendit perniciem turpem hominum ambitionem, ut divitiarum immemores, saluti propriae locum temporale, aut vanum aliquem honorem ponere, etiam cum perjurio non pudeat, exclamare cum Petro Blesensi sic. can. in Epist. Othavianum legatione fungentem, quem Baron. tomo 12. Annal. ad an. 1187. apud. Ocur as hominum, o quantum est in vano ane! O inanis gloria! O ambitio caeca! O honoris inexplorabili fames! O cinna condonarum subversio, cupiditas dignitatum, obrepit hac pestis? Unde invaluit haec error praesumptio, ut in aigni dignitates, quanto minus meruerint ascendere ad tanto importunius honoribus se impetrent per fas & nefas, hodie anima corporis crimine currunt infelices ad Castellum ralem, nec attendunt, quod sit eis Castellum stilentia &c.

Origo, Definitio, Divisio Simoniae.
Ratio nominis etsi aliquibus videatur communiter tamen habetur tractu mone Mago, improbo impostore, qui

tempore Apostolorum Petri & Pauli; tum quia primus ille fuit, qui in lege gratiæ hoc crimen admittit, dum voluit Spiritum sanctum emere, non propter ipsum, quo indignus erat, sed ut dona ejus haberet venalia, & ex eorum venditione per signa, quæ fierent, multiplicatam contraderet pecuniam, *can. Salvator 1. q. 3.* tum quod hoc vitium per Apostolos in Simone isto primo sit damnatum, *Act. cap. 8. D. 2.* lege gratiæ; nam & ante sub lege veteri huic vitio locum fuisse patet ex Geziæ famulo Elifæi 4 Reg. 5. *d. can. qui studet 11. & can. eius turpem 1. q. 1.* filius Heli, & aliis qui dona Dei venalia habuerunt, & per largitiones ea fuerunt cõsecuti. Jafonem multa talenta argenti Regi Antiocho obrulisse traditur 2 Mach. 4. *d. can. qui studet.* Caipham summum sacerdotium pretio obtinuisse habent historia. Vid. Abb. in *c. extirpanda 30. in Repet. §. qui verò num. 53. sup. de praben.* Suarez de Simonia c. 5. n. 5. & n. 11.

3. Simoniam aliqui definiunt esse sacrilegium, quod committitur in emptione - venditione, sive contractu quolibet, quo res spiritualis, ut talis, pro temporali commutatur. Suarez *d. Tract. c. 1. n. 7.* Communis & usitata ejus definitio est, quod sit studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel ei adnexum. Dicitur, voluntas, quod eam habeat pro objecto, cum ut omnis malitiæ, ita & Simonia radix consistat in actu interiori: & ad indicandum vitium hoc non tantum opere, sed & solo adfectu deliberato committi. Quod facit, quod prima Simonia fuerit in Ecclesia sola voluntate & conatu. Ut non rectè aliqui Canonistæ ad perfectionem definitionis, addi velint particulam, opere subsecuto; quasi alias definitio non conveniret Simonia reali & conventionali. Nam cum dicitur voluntas emendi, vendendi, non excluditur actualis emptio-venditio studiosa sive deliberata. Actio enim ut sit simoniaca voluntatem illam includit. Azor. *Instit. Moral. p. 3. lib. 12. c. 1. qu. 5.* Quod facit; quod iustitia à C. definitur per voluntatem, per quam actus non excluditur, qui iustus dici nequit nisi ex voluntate procedat, ut traditur *Instit. de just. & jure.* Dicitur, studiosa, ad voluntatis electionem significandam, cum in omni vitio electionem voluntatis consequi sit necesse; quamvis quidem putent ad-

ditionem istius verbi non necessarium, cum ad omnem actum humanum, sive bonum sive malum, deliberatio & imperium voluntatis desideretur. Verba emendi & vendendi non proprie sive strictè hic accipiuntur, sed generaliter, prout secundo leges XII. Tab. accipi possunt, l. statuliberi 29. in fine D. *Hæretic. lib. pro contractu non gratuito æquivalente emptioni - venditioni, ita postulante ratione actus, de quo agitur: ut etiam permutatio. Do ut facias: Facio ut facias, & similes contractus, quibus res temporalis venit, concludantur.*

Verba denique, aliquid spirituale, vel ei adnexum, indicant materiam, circa quam versatur Simonia; quæ ut duplex, ita & duplicem constituit moniam; aliã, quæ versatur circa spiritualia, aliã circa non spiritualia, adnexa tamen spiritualibus. Spiritualia sunt proprie dona spiritualia supernaturalia, sive in se & per essentiam talia sunt, ut gratiæ, virtutes infusæ, dona Spiritus sancti sive ex parte cause & per relationem ad spirituale effectum, quia scilicet sunt causa bonorum effectuum, ut sacramenta gratiæ conferentia, sive ex parte effectus, sive per relationem ad causam spirituales supernaturalis, ut actus prophetandi, qui ex causa spirituali nascitur, ordinaturque ad salutem & fidem Ecclesiæ. Adnexa spiritualibus proprie sunt ea, quæ cum in se sint materialia, ratione connexionis cum spiritualibus censeantur spiritualia, & ponunt materiam Simonia. Dico proprie, nam sunt quædam spiritualia in se, adnexa quidem aliis spiritualibus, non tamen ideo omnibus verè spiritualia, nec inter adnexa computanda inter adnexa computantur vasa sacra, non ut talia, sed ratione materiæ, vestes, beneficia, jus patronatus, & similia. Vid. Suarez de Simonia c. 9. & c. 23. num. 4. Azor. *d. c. 1. qu. 1.* Binsfeld. *ad Rubr. h. t. Notab. 7.*

Circa hanc materiam malitiam Simonia ponit pretium interveniens, non tam propter inæqualitatem quam irreverentiam, & abulum rei sacræ, ejusque contemptum & vilipendium secundum dicta *sup. in princ.* Quæ ideo damnatur, ut contraria divino, naturali & humano juri, gravibusque subiecta pœnis, de quibus infra. De divino jure patet ex Veteri Testamento, ubi grave crimen commemorat Balaam, qui

qui mercedem amavit iniquitatis, mercede conductus, ut populo Dei malediceret, & apprehenditur Jeroboam, quod Sacerdotia excellentiorum pretio conferret, 3. Reg. 13. Elifaei Prophetae famulus Giezi divinitus lepra est percussus, quod à Naaman, ob curam ab Elifaeo lepram, munera accepisset, 4. Reg. 5. Patet & ex novo, *Al. 8.* ubi Simoni gratiam Spiritus sancti pecunia comparate conanti, inquit D. Petrus. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei pecunia possideri existimasti. Non est pars neque fors tibi in sermone isto: cur enim tuum non est rectum coram Deo.* Et ipse salvator *Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date, id est sine ullo pretio.* Eodem facit, quod ipse Christus ementes & vendentes ejecerit è templo; quod plerique de simoniacis exponunt, ut videre est *d. can. ex multis cum 2. seqq. 1. qu. 3.* De naturali patet, quod dicitur sancta tractanda esse sanctè, & pro dignitate sua nec aestimationi esse subjicienda inestimabilia; quod ipsum continet genus injustitiae, ut supra dictum, contrarium juri naturae. De jure humano Ecclesiastico constat passim *ex hoc tit. & eod. in 6. ac variis locis decreti*, quibus simoniaca impietas reprobatum *1. q. 1. 2. 3. 4. 6. & 7.* non tantum quatenus committitur contra jus divinum aut naturale, sed & contra jus positivum Ecclesiasticum. Nam est & Simonia propria tantum prohibita per jus Ecclesiasticum: ex cujus prohibitione dumtaxat habet actus suam malitiam, quam alias non haberet, seclusa Ecclesiae prohibitione: Sic officium Oeconomi, Theaurarii rerum Ecclesiasticarum habet quidem connexionem & adfinitatem cum rebus sacris, non verò tantam, ut ex natura rei sit Simonia vendere tale officium; accedente autem prohibitione Ecclesiae est Simonia, *can. salvator 1. q. 3. Azo. d. loco vers. Dubia quaestiones, Binsfelt. ad rubr. h. t. Tertia concl. Suar. c. 7. n. 7.*

Hinc aliam divisionem ponunt, quod alia sit simonia intrinsecè prohibita, quia mala, scilicet juri divino & naturali contraria, alia mala, quia prohibita, scilicet de jure Canonico. Qua de re ordine agendum, & postea quid nomine pretii veniat, videndum,

videndum,

videndum,

De materia Simoniae, & primo est juris divini, idque circa Spiritualia.

Certum est Simoniam intrinsecè aut prohibitam, quia mala est, circa dona spiritualia, sive in se & per se, sive ex parte cause aut effectus, sive in *c. consules 18. n. 3. b. t.* Unde non committitur Simonia in comparatione Spiritus sancti, sed & in collatione beneficiorum, cum in Ecclesia *9. b. t. p. 1.* Eucharistiae, cujus venditio maxime vituitur, & detestabilem, cum ipse Christus veadatur, *can. nulla 100. l. qu. 1. eoque peior, si fiat in magicos usus, quae res etiam hominum continet sacrilegium Suar. c. 10. n. 1.* dicendum de baptismo, de Ordinatione, Extrema unctione, pro quibus non tantum labem pretium exigitur, *can. Baptismus 99. l. 1. Idem juris est in Confirmatione, & ex jam dicta ratione, d. c. 9. h. t. 10. n. 5.*

Dubium, An circa Matrimonium trahatur? R. Excipi hoc à nonnullis Canonistis, *Glos. in d. c. cum in Ecclesia 9. b. t. p. 1.* illud gratia non conferatur, *can. nonnulli 1. can. honorantur xxxii. q. 2. ubi dicitur, quod si matrimonium offeratur, quod si matrimonium varia pacta interveniant, dote, donationem propter nuptias, &c.* Dicendum tamen, & circa Matrimonium est Sacramentum [quale verè est, & gratiam conferens, estque de fide, *ad 2. p. 1. fin. Trid. Sess. 7. de Sacram. ingen. can. 2. p. 2. 4. de Sacram. matr. cau. 1. quod quidam putant in sani deformatores Ecclesiae, & posse aestimari pretio sine simonia, ut patet per *can. quidquid 101. l. 1. n. 1.* in capitulo, quod venundari penitus non debet, & facit, quod matrimonium admittit venundari, nam hoc ipsum non ut Sacramentum, sed ut contractus humanus, in quo communicatio materialis, id est, rei corporalis & acceptationem corporum. Ex corpore nihil repugnat pretium intervenit, &*

set æqualitas cōtractus, ad compensandam aliquam temporalem conditionem, veluti iuventutem alterius, nobilitatem, formam, c. 3. *sup. de condit. appof.* ubi valet conditio, *Duco te si censusm dederis.* Sic & licitum est, dare quid parentibus puellæ, ut consentiant, & interuentis, ut consensum procurent; hæc enim omnia ad contractum referuntur, non ad Sacramentum, quod per huiusmodi contractum non potest ceteri venditum. Suarez d. c. 10. n. 7. *Ch. seqq.* Binsfeld. *in c. ad Apostolicam* 42. q. 2. h. tit.

9. Q. II. An materia Sacramentorum secundum se spectata ponat materiam Simoniæ? R. Materiam aliam esse remotam, ut aqua, oleum, etisima, vinum, panis, aliam proximam, ut lotionem, unctionem, verborum prolationem: illam absque dubio vendi posse citra maculam, quod sit res merè materialis, non etiam hanc. Nam huiusmodi actiones spectant ad ipsa sacramenta, quæ in talibus actionibus consistunt. Deinde istæ actiones per se exiguae sunt æstimationis, ut non possint moraliter vendi sine respectu ad sanctitatem. Ut & in his habeat locum. *Gratis accepistis, gratis date.* Suar. c. 11. per tot.

10. Ubi alia dubitatio est, An res consecratæ vendi possint ratione materiæ, eo pretio, quo veniant non consecratæ? Resp. Pro negativa parte facere *can. si quis l. q. 3.* ubi dicitur, Ecclesiam vendi non posse, quod sit consecrata: & subiungitur ratio, quod quilibet horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum in venditum derelinquat. Non potest autem consecratio esse sine materia, ut hac vendita, videatur & vendita ipsa consecratio. Estque communis sententia Canonistarum, res consecratas, quamdiu consecrationem retinent, vendi non posse; post amissam autem consecrationem per fractionem posse vendi: ut secundum eos calix consecratus & integer vendi nequeat, juxta d. c. *si quis*, fractus autem possit. Illas verò res, à quibus non potest separari consecratio, ut chrisma, oleum, panis, vinum, & similia, quod in his consecratio ita insit materiæ per confusionem, ut separari nequeat, non esse vendibiles, cum materia non sit amplius convertibilis ad usus humanos. Et hæc sententia videtur placere *Gl. in can. placuit* 102. l. q. 1. *Ch. in c. Non satis* 8. c. *En qua* 16. *Ch. c.*

in tantum 36. h. c. *per ista iura* & sequitur Abbas in d. c. 10. Aliqui distinguunt, an in re composita ex materiali & spiritali minus principale sit id, quod se tenet ex parte materiæ, tum vendi non possit; an verò id, quod est ex parte consecrationis, & tum vendi posse citra vitium. Aliter alii distinguunt, an materia rei sacræ sit magni valoris ut prudenter æstimari possit pretio, an verò exigua, quæ pro nihilo reputatur: illo casu pretio æstimari posse admittunt, non etiam hoc. Sed, ommissis distinctionibus, quæ non habent sufficiens fundamentum, nec sufficientem rationem differentiæ, loquendo de his rebus ex solo jure naturali, & seclusâ Ecclesiæ prohibitionem dicendum, eas secundum se spectatas non ponere materiam simoniæ, cum ut tales consideratæ sint quid merè temporale, atque ita æstimabiles pretio, cujus valorem non amittunt propter consecrationem; quo modo rectè venditur calix consecratus, vestis sacræ, Ecclesia. Sic usus habet, cereas imagines benedictas sine piaculo vendi, quales vocant Agnos Dei. Eadem ratio obtinet in aqua benedicta, oleo, & similibus, quod materia eorum sit æstimabilis. Non sunt tamen hæc res convertendæ ad usus profanos, propter eorum reverentiam. Cavendum etiam, ne ejusmodi rerum pretium augeatur, ratione consecrationis, quia res carus æstimaretur, quatenus est spiritalis non sine simoniæ, cum carior æstimatio fiat secundum qualitatem, quæ non est pretio æstimabilis Suar. c. 14. n. 6. Navarr. *in summa* c. 23. n. 108. Guil. Redoan *De simoniæ* p. 3. c. 16. *in princ. Ch. c. 17. n. 6. Ch. seq.* Binsfeld. *in rubr. h. l. Quarta concl.* Non obstat d. *can. si quis objecerit*, quia in illo agitur non de materiali Ecclesia, an vendi possit, sed de dignitate Episcopi, aut Abbatis, aut ordine Ecclesiæ. Vera enim illius can. lectio est *Nam cum corporalis Ecclesia Episcopus aut Abbas Ch. c.* non etiam, *corporalis Ecclesia, aut Episcopus Ch. c.* ut videre est in Decreto correcto per Greg. XIII. Suar. d. c. 14. n. 13. Ut dicendum sit, regulam ibi positam procedere, quando spirituale est principale; tunc enim, temporali adnexo vendito, non potest dici non vendi spirituale; uti vendita præbenda, venditur & jus spirituale, cui est adnexa præbenda. Si verò ipsum temporale sit principale, ejus venditio non adiciet spirituale

adnexum, ut patet ex dictis supra de iure patroni. Si quis tamen litteræ Gratiani adherere velit, dici poterit, esse ibi sermonem formalem de Ecclesia, ut includit benedictionem; sic enim vendi non potest, quia simul venderetur & materiale & spirituale. Non obstat d. can. placuit, & alia loca supra allegata, quia in illis est sermo de collatione chrismatis, quæ fit per usum in solemnitate Baptismi, aut Sacramenti Confirmationis, aut extremæ Unctionis, quia est inestimabilis actus iste, cum sit sacramentalis.

11 Dubitari iterum posset, An Sacramentalia ponant materiam Simoniam? R. Affirmative, Quod sint Ordinum functiones, quæ non possunt fieri nisi à Sacerdotibus, & actus propriè spirituales, à potestate supernaturali procedentes, & ad finem spirituales ordinati. Eius ordinis est consecratio Ecclesiæ, calicis, benedictio aquæ, vestimenti, nubentium, cap. 9. ubi Glos. 7. Benedictio h. t. ubi improbatur consuetudo, qua aliquid pro benedictionibus nubentium exigitur, & ejusmodi res dicitur continere horribilem venalitatem. Huc etiam pertinent ceremoniæ, quæ in sacramentis solemniter exhibendis fieri solent. Hæc ita de iis, quæ data aut exacta in pretium Sacramentorum, non coactè, Navar. d. c. 23. n. 99. Redoan. d. c. 17. n. 18. & 19. Suar. d. c. 14. n. 2. & 3.

12 Quæstio item est, An citralabem hanc in necessitate quis rectè pretio inducat eum, qui aliàs ministrare non vult Sacramentum? R. Aliquorum esse sententiam, id neutiquam permissum esse, propterea quod emere Sacramentum sit intrinsecè malum, utpote contra jus divinum, ut nullo casu fieri possit licitum, secundum Apost. ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Dicendum tamen, in extrema necessitate licitum esse isto casu dare pecuniam, non ut pretium Sacramenti, sed ut removens impedimentum prævæ voluntatis & avaritiæ. Exemplum ponitur communitè in Baptismo, sine quo gravissimum damnum inferitur non baptizato, scilicet perpetua damnatio, Quæ causa est sufficiens, ut pretio redimatur impedimentum & vexatio, & evitetur istud damnum, non tamen tamquam Sacramenti pretium, etiamsi ita velit accipiens, cujus menti non debet se conforma-

re illud offerens, quem excusat necessitas mendi vexationem, & satisfaciendi alterius. Qui si nolit alio modo dare pecuniam in pretium Sacramenti, & hoc autem vel irrisionem Sacramenti vel indignitatem oblatio foret isto casu inimitabile non separabilis ab injuria Religionis, & atque ita non licita, ut potius sine oblatione permissus sit mori iuxta, c. i. jura p. qua vi. Ubi aliqui distinguunt inter mortem & adultum, quod in illo id licet propter extremam necessitatem, non in hoc, quia non detur extrema necessitas, quæ in remedio sibi providere. Verum certum possit dari gravissima necessitas, quæ eo dicendum? cum in adulto non minus pecuniæ ponat irreverentiam Sacramentum dignitatis ejus demeritum, quam in infante. Ut quod licet pro alio facere in materia salute, id & pro se liceat, ex maiori oblatione & inclinatione caritatis ad curam salutem, cum utri pro parvo daturur per oblationem pecuniæ ad satisfactionem prelo, sed solum removens impedimentum, sed solum removens impedimentum carnis salutem, ita & in adulto: qui non potest removere peccato accipientis, cum removens salutem petendo, uti potest, rectè daturur alterius, qui alio modo non vult remedium necessarium. Ut in casu huius promittuntur usuræ Juramento ei, qui mutuum dare non vult, ut dictum supra in i. j. n. 53. Panorm. d. c. 9. nu. 5. ubi tamen distinguit inter infantem & adultum, dicitur jam dicta. Et hoc ita in eo, qui dicitur negat baptizare sine pretio. Idem de eo, qui ductus odio, aliove prævæ voluntate cum eadem hoc in casu militet, tamen enim offertur pecunia tamquam pretium Sacramenti, sed tantum ut removens impedimentum ad affectu, quem alio modo non vult removere, baptizet; ut non tam indecat ad hoc, sed ad minus malum, quia minus est malum pecunia baptizare extremè indigentem, quam illud sine necessario remedio removens impedimentum. Ita de hac quæstione Azor. d. p. 3. lib. 1. c. 6. c. 35. dub. 7. Dicta etiam oblatio in Sacramento Penitentia, quod necessarium

extremis constituto, cui est conscientia peccati mortalis: nam & iste utitur jure suo redimendo vexam, qua injultè opprimitur à negante admittere ad poenitentiam, nisi data pecunia, arg. c. dilectus 28. h. t. ubi vexa redimenda causa quid licitè datur, Azor. d. c. 3. qu. 4. Suar. c. 19. n. 7.

13 Ponunt & materiam Simonie electiones, presentationes, collationes Ordinum, beneficiorum, dispensationes super votis, juramentis, matrimonii impedimentis, irregularitatibus, & denique omnes actus procedentes à potestate Ordinum, in quocumque ejus gradu seu ordine, non tantum majorum, ut Sacerdotii, Diaconatus, Subdiaconatus, quia & horum munera sunt spiritualia, verum etiam minorum qui regulariter spirituales sunt, ut vendi nequeant citra labem. Doct. in. c. Confulere 28. h. t. Silvester V. Simonia q. 9. Suarez c. 13. n. 1. Et. 2. Possent tamen actus esse tam materiales secundum se, ut nisi accedat Ecclesie prohibitio, non ponat materiam Simonie, si non exerceatur ut actus ordinis, sed ut à laico fieri potest: ut officium Ostiarii, ad quod spectat aperire, claudere fores, excludere eos tempore Sacri, qui adesse prohibentur, custodire res mobiles Ecclesie, quae res laicis committuntur. ut. Suarez d. c. 13 in fine.

14 Primæ tonsuræ collatio huc rectè refertur, quæ etsi Ordo non sit, est tamen dispositio ad Ordines, ut sit quid spirituale, cū per eam sanctificetur persona, Deoque dicitur, in sortem Ministrorum ejus adnumerata, ut pro ejus collatione pretium dare & accipere sit simonia, arg. c. cum contingat 11. sup. de atate Et qual. ord. In cuius fine tonsura in lata significatione dicitur Ordo Clericalis. Adde Trid. Sess. 21. de reform. c. 1.

15 Ponunt & propriam Simonie materiam officia divina, prout fiunt in Ecclesia ex Ecclesiastica institutione per Ecclesie Ministros, ut pro illis quid dare tamquam pretium sit simonia prohibita, quia mala, quia hujusmodi officia habent quid spiritualitatis, ut sint inestimabilia pretio. Cujus ordinis sunt exequiæ, suffragia mortuorum, d. c. suam 29. c. ad Apostolicam 42. h. t. Redoan. de Simonia p. 1. c. 30. n. 6. Et p. 3. c. 16. n. 34. Suar. c. 15. n. 3. Et seq. Et hoc quoad pretium: nam stipendium rectè petitur, ut & id quod ex consuetudine offertur,

modò sit laudabilis, d. c. 24. Intelligendum autè hoc quoad actus funeris spirituales, ut orationes, psalmodias, litanias, & cætera concernentia divinum officium, & suffragia Ecclesie: nam sunt & non spirituales, uti corpus defuncti deferre, sepulturæ tradere, cooperire, & similia, quæ cum nihil spiritualitatis habeant, sed tantum sint corporalia, pretio æstimantur citra labem. Suar. d. c. 15. n. 7. Processiones Ecclesiasticæ publicæ fieri solitæ in honorem Sanctorum, aut ad impetrandum divinum auxilium in necessitatibus, ad officium divinum cum pertineant, idem de iis judicandum, quod de hoc dictum superius. Suar. d. loco n. 8.

16 Quæritur autem, An pro ingressu in Religionem quid accipiatur citra labem? R. Cum status sive ingressus Religionis sit maximè spiritualis, tam ex parte principii, quod sine dubio est Spiritus Sanctus, quam ex fine proximo, & per se, qui est cultus Dei perfectus & spiritualis perfectus ingredientis, ex natura rei & ex vi juris divini Simoniam committi, si ex pacto quid recipiatur pro ingressu, can. nullus. l. q. 2. c. non factis 8. c. veniens c. 19. de regular. 25. c. quoniam 40. h. t. quibus locis hoc ipsum declaratur simoniacum, atque ita recepti dicuntur dimittendi. Dico, ex pacto; nã quod sponte & liberaliter offertur, est extra labem, cum per hoc non æstimetur res sacra pretio, si non tam detur pretium pro ingressu, quàm pro alimentis & sustentatione necessaria. Quamvis nec eo casu videatur licitè quid accipere, cum jus vivendi ex bonis Monasterii sit adnexum professioni, Non potest tamen eares dici esse contra jus divinum, cum congruam sustentationem ab ingrediente requirere non sit per se malum, quod non tam detur temporale pro spirituali quàm pro temporali, scilicet pro oneribus ingressui adnexis, quibus non sufficit Monasterium, ut colligere est ex Trid. Sess. 21. c. 2. de reform. ubi nemo ad Ordines admittendus dicitur, nisi qui beneficium habeat, aut cui aliunde provisum sit de alimentis. Vid Azor. d. lib. 12. c. 16. Redoan p. 2. c. 29. n. 5. Et seq. Binsl. ad c. cum in Ecclesia 9. q. 2. h. t. Suar. De simonia c. 17. n. 4. Et seq. Et de censuris Disp. 22. sess. 5. n. 5. Less. d. c. 35. dubis. 12. qua dixi ad tit. D. de ambitu n. 7. Et seqq.

17 Q. II. An jure Ecclesiastico id ipsum sit prohibitum? Resp. Id posse videri, ex eo, quod isto



isto iure sit prohibita omnis pactio circa spiritualia & ingressum Religionis; quam in partem adferuntur varia loca, *d. can. nullus l. q. 2. d. c. non satis, d. c. veniens c. c. de regularib. h. t.*, quæ loca cum non loquantur nisi de ingressu simoniaco; pro quo scilicet pretium datum erat & nullus exister locus, quo prohibeatur eiusmodi oblatio pretii, nisi in casu, quo Monasterium est dives, non etiam, quando pauper est, & inopia tanta laborat, ut sustinere commodè novum Religiosum nequeat, dicendum, id non esse illicitum de iure Ecclesiastico.

18 Obstare videtur *d. c. quoniam 40. h. t.* in quo fit specialiter prohibitio Monialibus, ne pecunia pro earum ingressu exigatur pauperitatis prætextu. Verum, ut Glossa indicat, agitur ibi de Monasteriis, quæ falsò prætendebant pauperitatem, ut colligitur ex verbo, *prætextu*, dicitur enim propriè *Prætextus*, quando res verè non subest. Potest etiam intelligi *d. c.* in casu, quo prætextu pauperitatis verè plus multò exigatur, quàm sustentatio requirit, quod ipsum videtur exigi nomine ingressus, quod proinde intrinsecè malum.

Non obstat. 1. §. *sanè de statu Monach. in 6* nam quod ibi dicitur, non debere plures recipi, quam ali possint, est ratione gravaminis, quod cessat, quando ingrediens necessaria sibi secum defert. Quo modo & accipiendum *c. tu nos h. t.* quod culpabiles iudicat & recipientes & offerentes, qui aliter non erant admissuri, nisi bona temporalia deferat secum ingressurus; nimirum si Ecclesia abundet, non etiam si pauper sit.

19 Denique nihil obstat, *Extravag. 1. eod.* quæ prohibet quidquam recipi ab ingredientibus, quod hoc sit detestabile, scilicet extra casum necessitatis; nam ea posita, nihil continet vitii. Ita tenet Navar. *trakt. de redditibus Eccl. q. 1. Monito ult. n. 2. & in summa c. 27. n. 106. Suar. d. c. 17. nu. 7. & seqq.* & probatur ex ipso textu *d. Extravag. 1.* in cuius principio dicitur, *detestabilis reprobata servatur abusus*: ut ibi Pont. ad casum ante prohibitum se referat, qualis est in casu, quo Monasterium est dives, non etiam, quo pauper. Patet etiam ex aliis verbis, quibus prohibet pactus sive prandia, pecunias per modum distributionis, jocalia, resque alias, quæ non sine necessitate oportet. Unde

ut res extra vitium ponatur, sit Mendacium tenue, quo alias non careat. Delictum iam aliqui, ut pactum nullum interponatur si hoc faceret rem prohibitam, *Non satis*. Verùm hoc intelligendum de pactio circa res illiças, non etiam circa sustentationem, quæ licitè petitur & accipitur. *Azor c. 16. qu. 1. vers. si autem, ubi dicitur, licet fiat pactum hac in re, licet non sit prohibendum, dare quid pro sustentatione iure Canonico, posset tamen de eorum abrogata eiusmodi prohibitionem non induci, cum sit juris humani, cui non potest prevalere.* Quæ hac in parte dicitur corruptela, nec irrationabilis, pactu seu prandis in ingressu exhibitis, quæ etsi temeritate præsumptuosa sunt, Pont. in *d. Extravag. 1.* consuetudinem eiusmodi prandia non rejicit, sed quidem solemniter ac sumptuose, factu, etiam ad emulationem, permissum id ipsum Religionum Superioribus, exigentibus, quod tamen dicere non potest præsentibus certa fertula, quæ constat, fortè à voluntarie offerentibus esse credere, & permillum per *d. c. 1. §. illa duntaxat.*

Q. III. An quid simoniaci inducere aliquem spe lucri ad ingressum Religionem, sive ad sustentationem, sive ad aliam quamcumque viam, à qua aberrat beneficentia, & civitatis signis adfectum ejus provocare in se vitii includere; cum & interuentio cantis sit optima, & pacto cellantur dici ejusmodi virtutis opera præstita. Et probatur *can. debet penit. xxii. dicit August.* unumquemque debet munus suum adducere ad colestem disciplinam vel beneficentiam, quod est donis, beneficiis Idem habet *can. 45. ra dist. 45.* Cavendum tamen, ne liberalitatis faciat alterum fidei, permissum versionem induci, quàm verè, cum di excessus contineat importunas, habent vim coactionis, quæ rogatum erit periculo fictionis & incohibitionem ita actus iste non foret sine peccato, tra Simonie labem. Vid. D. Th. 2. 1. q. 1.

ad 4. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 39. nu. 4. Suar. De simonia c. 10. nu. 5. & seqq.

Tantum est questio, an pacto expresso vel subintellecto id liceat? Resp. Non licere, expresso tradit in *can. quam pio. l. q. 2.* quod istud donum descendat a Patre, ut pro illo munus accipiens videatur vendere donum Spiritus Sancti, & offerens emere. Et facit pro hac parte regula generalis, quæ reprobatur pacta, & conventiones in spiritualibus, *c. fin. sup. de pactis, c. questum de rer. permis.* His tamen non obstantibus, dicendum, Nihil illiciti continere, largitione & beneficentia aliquem invitare ad Religionem, Baptisimum aliave opera piæ & spiritualia, etiam pacto prævio, propterea quod non possit dici continere malitiam Simonie, cum intentio promittentis non sit, ut quid emat sibi, aut quid recipiat, & recipiens non obligetur ad quid reddendum, sed tantum quid sibi operetur, ut dici non possit dari quid tamquam pretium rei piæ aut spiritualis. Sic licitum est instituire hæredem, vel legare quid, in casum ingressus, baptisimi, si ingrediatur, baptizetur, ut dictum supra De Regularib. num. 14. & plura hæc de re Sanch. d. disp. 39. item Navar. in *can. inser. cetera II. q. 3. concl. 5. n. 20.* Et hoc citra coactionem & obligationem necessariam ingrediendi: ut, si ingrediatur, habeat relictum aut promissum, alias non. Quæ res non potest continere labem, uti probatur, *c. 2. de condit. appo.* ubi, si dominus manumiserit servos sub conditione ingrediendi, qui alias servituti iterum subduntur manumissione subsequente, non licet illis Monasterium deserere. Unde patet conditionem non esse vitiosam. Sic nihil continet labis damnato ad mortem concedere vitam sub conditione ingressus, cum nec cogatur ad Religionem, nec vendatur Religio, sed optio illi datur, ut inter duo eligat, in quo illi sit gratia, quia minus malum hoc est, quam cogi ad moriendum Suarez d. c. 10. n. 10. Quod si promissio contineat tale pactum, quod determinare maneat quis obligatus ad Religionem, aut conversionem, aut Sacramentum suscipiendum, videtur non esse licita, ut non vacans labe ista. Videtur enim ejusmodi opus pretio æstimari, juxta *d. can. quam pio.*, qui eo in casu accipiendus. Ut non obstat, quod ejusmodi promissio videatur liberalis, quia hoc verum est, quando optio libera est ei, cui sit,

non etiam, quando inducit absolutam obligationem, est enim tunc onerosa illi, qui accepta donatione, cogitur omnino facere quod inordinatum est, non respondens sanctitati dictorum statuum, ut pretio ad eos suscipiendos obligetur.

Quæritur &, An actus jurisdictionis Ecclesiasticæ sint materia Simonie? R. Quoad internum forum non esse dubium, pro absolutione impetranda aut concedenda pretium dari aut exigi non posse, citra labem, nec etiam pretii causa minui vel augeri potestatem, *c. nemo 14. h. t.* aut delegari alteri jurisdictionem fori interni, eo quod res spiritualis videatur pretio æstimari. Si tamen absolutionis denegatio cedat in detrimentum grave, videtur dari licitum esse redimere vexationem injustam pretio, cum dantis intentio non sit emere absolutionem, sed tantum tollere pravum appetitum & adfectum impediens; quod nihil mali involvit, secundum dicta *sup. cod. n. 12. Gl. in c. ad aures 24. & c. dilectus 28. h. t.* Redoan. p. 3. c. 21. n. 6. Suar. c. 19. n. 7. & 8. De jurisdictione fori externi idem sentiendum, cum & ista sit spiritualis res, ad spirituale & supernaturalem finem tendens, pro qua pretium interveniens ponit labem simoniacam.

Quod Primò procedit in communicatione jurisdictionis vel ordinariæ vel delegatæ, *c. 1. & 2. inf. tit. seq. 23.* Suar. c. 20. n. 4. Unde non licite Vicarius Episcopi constituitur pretio, nec aliquod ministerium ista via committitur sine vitio, *cap. ad nostram 12. h. t.* Et hoc quatenus est pretium; nam stipendium sustentationis nunquam excluditur.

Secundò, In omnibus actibus jurisdictionis voluntariæ, ad effectum spirituale ordinatis, Cujus ordinis sunt, relaxationes juramentorum, dispensationes super legibus Ecclesiasticis, votis, irregularitatibus, impedimentis matrimoniorum: prohibitum enim pro ministerio Ecclesiastico, ad quod spectant ejusmodi, & Ecclesiasticis functionibus aliquid recipere *d. c. 21. h. t.* Et Trid. Sess. 24. c. 5. de refor. & Sess. 25. c. 18. de regularib. dispensationes vult gratis fieri, sunt enim actus supernaturalis potestatis, spirituales & ex parte principii, & ex parte finis cum tollant vincula conscientie, Suarez d. c. 20. n. 8.

24 An ergo non licet quid persolvere, secundum stylum Curiae Romanae, ad obtinendas dispensationes? Ita stylum Curiae habere, sciente & permittente Pontifice, non tamen id, quod solvitur, dari ut pretium dispensationis, quod ponit Simoniam juri divino contrariam, in quo non dispensat Pont. sed vel in sustentationem Pontificis, statusque ejus onera sustentanda, quod non est contra jus divinum, nec etiam contra jus Ecclesiasticum, & si esset, posset hoc mutare Pont. si ita expediat; vel ut impenda ut in aliquod opus pium, per quod fit commutatio unius operis in aliud, uti in dispensationibus votorum, vel denique in poenam prioris delicti, unde contractum impedimentum, super quo dispensandum; quae non possunt dici involvere quid illiciti. Unde consuetudo tali modo aliquid exigendi fuit tolerata, & quasi approbata per multos Pontifices pios & sanctitate nobiles: ut non sit tamquam illicita rejicienda, cum stylus Curiae Rom. jus faciat, Et Curia Rom. ab omnibus tamquam magistra servanda, ut tradit. varios allegans. Guil. Redoan. *De Simonia p. 1. c. 21 n. 10. Suar. d. c. 20. n. 10. & seq.*

25 Queritur autem, An idem permittum Episcopis, ut in dispensando in casibus ad se pertinentibus aliquid exigant? R. Negantium sententiam verioris esse, quam multis defendit Navarr. *conf. 18. de poenit. & remiss.* quam & alii probant, ex ratione, quod jure communi sit prohibitum pactum super spiritualibus, *c. fin. sup. de pactis.* Et dispensationes gratis fieri sit praecipuum, quae alias susceptivae censentur. Trid. *Sess. 25. c. 18. de reform.* Ut Episcopis non liceat hac in re quidquam immutare, cura subint juri communi, quibus proinde relaxationes, aut dispensationes suarum censurarum sub certo pretio sunt denegatae, permittatae autem soli Pontifici. Non est tamen deneganda licentia Episcopis imponendi onus elemosynae per modum commutationis in dispensando super votis, observatione festi, & similibus. Dico, elemosynae, in pauperes vel pia opera distribuendae, nam ut sibi applicant, non careret specie simoniae, saltem non turpis avaritiae Suar. *d. c. 20. num. 14. Less. d. c. 33. Dubit. 9.*

Tertio procedit in omnibus actibus jurisdictionis Ecclesiasticae contractivae sive involun-

tariae quod ejusmodi iudicia inter manus Ecclesiasticae computentur. De absolute iuris iura in foro externo, quae est pars iudicis, habetur in *c. ad aures 24. h. t. de heretico excommunicato reconciliatio pro pretio in c. Simonia 1. t. Ut etiam sportulas denegatas iudicis velis norm. in *c. cum ab omni 8 n. 9. & 10. sup. de honest. Cleric.* Proceditque idem in actu, in quo exerceat potestas super naturalis gratis data a Deo ad gubernandam Ecclesiam ideoque pretio non vendenda. Redoan. *l. c. n. 13. & seq. Suar. d. c. 20. n. 16.* Stipendium sustentationis accipere non videtur illicitum, quia hoc nihil ad actum iudicis Ecclesiasticae hoc ita quoad actus jurisdictionis.*

Sunt etiam actus merè politici cum concernentes, & humani, veluti de iure & iniuriis, de bonis temporalibus, quae Clericos litigiosa, delictimando ad non profanos & bona temporalia. D. quod peritur, An & circa eos pretium interveniat Simoniam? R. Aliquibus videtur, quod actus sint merè politici, tamen à iudice procedant Ecclesiastica, non tamen debent continere Simoniam contra jus divinum, sed tum contra jus Ecclesiasticum, à quibus prohibiti. Dicendum tamen, quatenus & in quibus ab Ecclesiastica & spirituali potestate continere Simoniam, ex vi iuris divini. Quae enim committitur, quod pro actu potestatis à potestate seculari, ut talis est, recipitur pretium; quem nomine officii debent concedere, *Gl. 1. in c. 2. sup. Tit. 1. de iurisdictioe spirituali formaliter ac per se spiritualis, ut nihil mutet, quod inter contractum proxima actus possit esse temporaria politica. Dico ut talis est, nam si potestas propria & directa temporali jurisdictione quam habere multos Praelatos certum est. Dicendum, tales non fieri simoniacos ratione intervenientis pretii, cum non procedant à potestate Ecclesiastica aut spirituali, sed potestate temporalis, licet exercentur à iudice Ecclesiastico quod non considerandum. Vid. Suar. *d. c. 17. & 18. & 19.**

Quid in Officialibus Iudicum, Notariis, alisque scribentibus, acta, instrumenta, & testimoniales? Resp. Uti Episcopo potestatem manum, quam imponit, vendit.

ministris ejus ac Notariis vocem & calamum in ordinatione. *cap. 1. h. t.* ubi ne quidem pro charta quid accipiendum. Conc. Trid. *Sess. 21. c. 1. de reform.* pro collatione Ordinū, Clericalis tonsura, pro litteris dimissorias, testimonialibus, pro sigillo, aliave de causa etiam sponte oblatum accipere quidquam prohibet Episcopis, sub pœnalis juris, ultra divinam vindictam, Notariis verò in locis, ubi non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi [quæ nullibi viget, iudò contraria quid accipiendi passim pia & laudabilis habetur] dummodo salariū non habeat constitutum pro officio permittit accipere decimam aurei partem, id est sex asses, ut vocant, ne tamen inde quid emolumenti cedat Episcopo. Ultra accipere, nihil obstante contraria consuetudine, inhibetur. Unde Navarr. *Conf. 2. h. t.* reprobatur consuetudinem Romanam accipiendi unum aureum pro subscriptione vel registratione datarū, & pro suspensione sigilli. Verum ut ita sit in literis ordinationum & beneficiorum, tamen aliud dicendum in Officialibus Judicum, quos nihil vetat quid accipere pro laboribus in scribendo, expediendo literas: quia hoc per se non est malum, cum labor, qui non est sacer, aestimetur licet circa rem sacram veteretur accidentaliter tantum, uti mox dicitur, ut nihil sub sit labis neque ex se, neque ex prohibitione Ecclesiastica. Nec obstant jura in contrarium allegata, quia loquuntur de Ordinibus & beneficiis, ut non stant eadem ratione ad hunc casum non sint extendenda. Et ut fuerit quædam prohibitio Ecclesiastica, ea per consuetudinem Romanam, sciente Pontifice esset abrogata, Navarr. *in Summa c. 25. n. 54. Suar. d. c. 20. n. 10. & seq. Binsl. ad c. 1. concl. 3. 4. 5. h. t.*

28 Quæritur autem, An sit Simonia, dare quid pro omissione actus spiritualis? R. Primò. Nihil in volvere mali, pretio inducere, ut quis ablineat ab actu, spirituali licet, quem in justè aut sacrilegè aut simoniacè facturus est. Ratio est, quia hoc nec per se malum est, cum dans non intendat emere rem spiritualem, sed tantum impedire peccatum injustitiæ aut similis vitii; quod per se bonum esse negari non potest, etiam pretio mediaute; uti licet supra diximus, pretio invitari ad bonum, veluti conversionem: nec prohibitum invenitur per Ecclesiam. Nam quod attinet ad *cap. nemo 14. h. t.* non loquitur

in isto casu, sed alio, ut mox videbitur. Quæ non tantum ex parte dantis procedunt, verum & ex parte accipientis; qui licet turpiter accipiat, & repeti acceptum ab eo possit *l. 1. in fine & l. 2. D. de condit. ob turp. caus.* non potest tamen dici notatus labe hac, cum non vendat usum rei sacræ, sed tantum usum libertatis. Unde patet, quid dicendum de dante pecuniam elegantibus, ne eligant indignum; talem scilicet non videri infectum hac labe, propterea quòd pecuniæ interventus tantum contineat metam redemptionem injuriæ & injustæ actionis, qua adficeretur Ecclesia per electionem indigni, cui jus est, ut habeat Prælaturum dignum, juxta dicta sup. *de elect.* Ut ejusmodi redemptio sit vexa injusta, quæ licita est, quamvis ex parte accipientis sit injustitia, uti dictum paulò ante *Leff. d. c. 35. d. 19. Suar. c. 22. n. 7. & 8. c. 50. nu. 24.*

Secundo R. In usu negativo spiritualis jurisdictionis per solam omissionem posse committi Simoniam ratione pretii intervenientis, quoniam talis ommissio moraliter censetur provenire à dicta jurisdictione: habetque effectus morales illi proportionatos; cujus ordinis est denegare pœnitenti absolutionem à censura, aut eum nolle reconciliare, ratione pretii, de quo agit *d. c. nemo 14. h. t.* ex ratione, quòd ommissio rei debita æquiparetur commissio- ni, *c. qui non facit 64. D. de R. l. l. in fraudem D. que in fraud. cred. nec sit merum ens rationis, sed exerceatur per aliquem actum positivum, quo Ecclesiasticus Judex declarat se nolle absolvere, aut hominem non esse dignum absolutione. Quæ declaratio continet quemdam usum & exercitum Ecclesiasticæ potestatis, quod non magis potest pretio aestimari, quam si se actus absolutionis, quia æque pertinet ad supernaturalem ordinem. Ut qui taliter omissionè vendit, virtute vendat jurisdictionem spiritualem, quia non habet estimationem, nisi quatenus aliquo modo habet ab illa moralim quamdam efficaciam. Deinde denegatio propter pretium absolutionis non est sine magna irreverentia Sacramenti Pœnitentiæ & judicii spiritualis, cum virtute contineat condemnatoriam sententiam per spiritualem potestatem, & proinde Simoniam, propter pretium. Quod si ommissio non sit actus, spiritualis jurisdic-
tionis,*

nis, non potest dici ponere materiam Simoniz; quatenus tamen omisso secundum se spectatur. Sic omittitur Missam pretii causa, aut non ordinata, non est materia Simoniz, quia non est actus potestatis Ordinis, sed solius arbitrii. Sic & dare & accipere pecuniam sub promissione non ingrediendi, non potest dici supponiacum, quia nihil spirituale venditur, & licet possit habere aliquam malitiam adjunctam ea res, nihil tamen hoc ad Simoniam; nisi introitu spiritualis alicujus boni omisso aestimetur pretio. Exemplum est in cap. Mattheus 23. h. t. ubi qui dedit contradicentibus in celebranda electione pretium, ut quiescerent, & eo modo obtinuit, dicitur simoniacus, quia videtur ipsa electio pretio aestimata, atqui ita pro spirituali datum pretium. Vide latius de hac questione Suarez d. c. 22. num. 4. & seqq. Binsfeld ad d. c. 14. h. t. Less. d. c. 35. Dubit. 13.

De materia Simoniz circa adnexa spiritualibus.

Hæc de ea Simoniz specie, quæ contingit circa spiritualia, Restat videamus de iis quæ sunt adnexa spiritualibus, quatenus in se sunt materialia, secundum dicta supra h. t. in princ. * Ea tripliciter se habent: quædam enim considerantur ut causa ejus, cui sunt adnexa & dicuntur adnexa antecedenter, & secundum se tempore præcedunt spiritualia, ut Jus patronatus, Jus sepulture, sacra vasa, templa, vestes & similia, idque ratione materiz: quædam ut effectus, qui se habet consequenter ad causam, quam sequitur, cujus ordinis est beneficium Ecclesiasticum, jus percipiendi decimas, oblationes, primitias, proventus ratione Canoniz. Ponunt & aliqui tertium ordinem, quoddam quædam sunt adnexa concomitanter, cujus ordinis est labor adnexus spiritualibus officis, v. g. celebrandi Missam, consecrandi Ecclesias, conferendi Ordines, dicendi Horas Canonicas, Officium divinum.

His præmissis, ponenda Regule aliquot. I. Adnexum spirituali, quatenus tale ratione connexionis, vendi non posse; quia spirituale videtur pretio aestimari.

II. Adnexum, antecedenter per se spectatum vendi posse, etiam supposita connexionem non

tamen ratione illius: quo faciat de d. c. 10. calices, templa, vestes, similia consecratas secundum materiam esse consecrationis, eaque pretio comparari, citra) omnem labem, quod materia non aestimetur; modo non carius, ratione connexionis cum re sacra, quia res ista spectat ad d. c. 23. n. 8.

Quæstio autem est, An Jus patronatus vendi possit? R. Hic non queri, an conueniat, cui adhaeret, transeat, quod dicitur in d. c. 23. n. 20. sed an sit vendi? Quod posset videri, licet ab Ecclesia maneat, i. Quod in materia laicis, qui non sunt capaces spiritualium, sed ad extraneos, ut dicto locutione quod non obtinet in spiritualibus, sed successio omnis prohibita, ca. d. c. VIII q. 1. Hæc tamen nihil faciunt, quod Jus patronatus per se, quod quoad conditionem ad beneficia contineat, quod le, pretio non aestimabile, Gl. in d. c. 23. n. 20. sup. de jure patron. ubi subiicitur, non sit spirituali annexum, ideoque vendi potest cum & circa adnexa committatur. Quæstio sup. de rer. permut. Expositio Pont. in can. Salvator ultra mod. l. q. defensoris, id est Advocati officium, circa Simoniam, quo nomine venit Jus patronum dicitur Advocatum testatur. Præterea 23. sup. de jure patron. Suarez d. c. 14. h. t. Binsfeld ad Rubr. h. t. Novat. c. 1. Azor p. 3. lib. 12. c. 15. q. 4.

Alia hic quæstio est, Quo jure adnexum committatur? Respondendum. Non nisi jure Ecclesiastico committi potest, quod vendere ea, quæ antecedenter adnexa, non sit per se & intrinsece tantum ratione prohibitionis Ecclesie, cujus institutione pendet, non consecratione vel benedictione, sed institutione Ecclesie, sit more quædam, uti videtur sentire Navarr. in d. c. 23. n. 99. & num. 108. Verum ut sit adnexum, ex natura rei & per se est inveniendum, que ita propria materia Simoniz, & per

juris divini; cum à spirituali potestate descen-
dat, & jus ipsius præsentandi ab origine sit spiri-
tualis, & terminus ad quem tendit, spiritualis,
qui est beneficium Ecclesiasticum, ad quod fit
præsentatio per quam persona præsentata fit
proxime capax institutionis ad beneficium. Nec
facit quod possit esse in laico, nam & jus eligendi
olim penes laicos videtur fuisse, secundum
relata in decreto *Dist. 63.* nihilominus ex origi-
ne, obiecto, actu est spirituale, ut pretio non
comparatur, citra Simoniam contractum juri
divino. Nec facit etiam quod ab Ecclesia sit ad-
nexum spiritualibus, quia non ideo minus spi-
rituale Suarez *d. c. 28. nu. 6. & seqq.*

32 Est & de jure sepulture dubitatio, An il-
lud possit comparari pretio? R. Sepulturam
accipi pluribus modis; Primò pro terra ad se-
pulturam ibi constitutam, & eatenus eam
pretio comparare nihil includit labe simoni-
cæ, cum terra ista de se pretio sit æstimabilis,
quia merè temporalis: & licet ad usum pium,
nihil tamen hoc mutat, quia illud est per ac-
cidents. Uti licet emere materias remotas ad
Sacramenta conficienda, ut panem, vinum,
oleum, ut dictum sup. *ead. nu. 9.* imò & res
factas secundum materiam admittere æstima-
tionem, sup. *ead. nu. 10* & patet ex *can. Compens-
rimus xiv. q. 6.* ubi Episcopus rei laicorum,
quam consecravit, cogitur dare æstimatio-
nem. Secundò pro sepultura jam constituta,
non tamen benedicta, & specialiter per Epi-
scopum deputata: & idem dicendum est, ead-
dem ratione militante, Innoc. in *c. Abolenda pen.
sup. De sepul.*

33 Quid si homo sepultus fuerit? R. Certum
esse, secundum leges civiles, locum istum re-
ligiosum per hoc esse factum, & humano
commercio exemptum, *Instit. De rer. div. §. 3.*
religiosum & probatur expresse *l. 6. in fine D.
de relig. & sumptib. fun.* ubi monumentum
purum vendi potest; ut à contractio, impurum
quo scilicet homo sepultus, vendi nequeat.
De Canonibus ea res possit in dubium vocari,
ex eo, quod hoc jure destinata fiat ab Epi-
scopo, in certa loca sepeliendis hominibus & in
eam finem benedicti solita: ut alibi sepultum
cadaver non faciat locum religiosum, secun-
dum Cardin. in *Clem. 1. n. 12. De sepul.* Verum
rectè Joan. Faber. *ad d. §. religiosum* per hoc Ju-

ra civilia correctæ negat, cum non pauci sepeli-
antur alibi, imò sepeliendi sint in loco non be-
nedicto, ut parvuli sine baptismo mortui,
& hæretici, & alii etiam per accidens, ut non
planè sit correctæ ratio juris civilis, atque ita
secundum Fabr. ejus dispositioni locus etiam
nunc sit; quamvis contra velit Redoan. De
*Simonia p. 3. c. 16. nu. 19. & seqq. & p. 2. l. 30. nu.
5.* Quòd facit, quod reprehendantur filii Ephræ
de sepulchro vendito Abraham pro pretio,
can. Quæstia in fine cum duob. seqq. xii. q. 2. Ve-
rum hæc de re non multum querendum, quan-
doquidem consuetudo ejusmodi loca religiosa
parvi facere videatur.

34 Tertio, pro terra destinata in usum sepeli-
endorum hominum & benedicta per Episcopum,
cujus ordinis sunt cœmeteria, qualem certum
est non vendi, habito respectu ad benedictio-
nem, quia sacra res videretur vendi. Imò Eccle-
sia simpliciter prohibet pro pretio aliquem ad-
mittere ad sepulturam in loco benedicto, *d. c.
pen. sup. De sepul.* ubi Pont. ait, abolendam esse
perversitatem, consuetudinis, qua non prius
effodi permittitur sepultura, quam pro terra
certum pretium Ecclesiæ persolvatur. Impro-
batur quoque venalitas sepulture tamquam
res horribilis in *c. Cum in Ecclesia 9. h. t.* Ut non
possit negari, non tantum esse istam rem simo-
niacam, à terra ut sacra vendatur, quia natura
rei non fert pretium, sed etiam ut terra ipsa,
saltem quia ab Ecclesia prohibitum terram
istam vendere. Vid. Binsfeld. *ad c. Audivimus
41. qu. 1. h. t.* Et hoc ita in terra communi desti-
nata ad sepulturam Fidelium.

35 Verum dubitatur, An & locus proprius
alicui, ut certa Capella in loco subterraneo
vendi nequeat, aut pro sepeliendo externo
pretium recipi? R. Possè videri non prohibi-
tum ab Ecclesia, quoad proprietatem vende-
re, aut pro usu quid recipere, habita ratione
expensarum, quibus locis iste ædificatus,
cum non vendatur tam benedictio, quam
materia potius, quam vendi citra vitium, di-
ctum sup. *ead. n. 10.* Quòd facit, quod talis locus
jure hereditario transeat, quod non obstat
in spiritualibus, Dicendum tamen, & hoc
prohibitum esse per Ecclesiam, & sic malum,
quia prohibitum & patet expresse ex *can. in
Ecclesiastico xiii. q. 2.* ubi interdictum dicitur
omni-

omnibus Christianis, terram pro mortuis vendere. Deinde etsi dubium sit, an sepulchri jus habens sit terræ dominus, cum neget id ipsum Abbas in c. *Quanto* 3. *sup. De iudic. & ibid. Gl. Innoc.* verum tamen, illud jus esse spirituale rei adnexum, ut usus ejus nec vendi, nec pretio locarilitate possit. Hinc à fortiori colligere est pro honoratiori loco sepulturae quid exigere, ut quia in Ecclesia, non in cæmeterio; aut quia in parte cæmeterii clausa & separata, non etiam in comuni & vulgo patenti; aut quia in Choro, & prope altare: nam licet remotum motivum sit honor humanus, ratio tamen augmenti pretii est dignitas & sanctitas, majorve loci reverentia: ut, cum quod venditur sit sacrum, videatur res ista non carere labe, etsi aliter habeat consuetudo, quæ per motivum ementis, qui intendit honorem mundanum, non excusat a labe, cum sit adnexus consequenter ad rem talem, quæ spiritualis. Vid. Suarez c. 14. nu. 19. *§ seqq.*

36 Quod attinet ad Reliquias Sanctorum, quæ sine speciali benedictione aut consecratione habentur sanctæ, numerantur & istæ inter res spirituales, suntque invendibiles, c. *ult. sup. D. reliq. & vener. Sanct. & ibid. Gl. Abbas & alii*; cum in illis materiale ipsum per se non sit æstimabile, secundum se spectatum, nec per relationem ad sanctam animam æstimari possit. Et deinde non possunt dici reliquæ antecedenter adnexæ, sed secundum se & suo modo spirituales, ut partes sancti hominis, Ornamenta, quibus exornatur, etsi æstimari possint, non tamen carius propter reliquias, Suarez d. c. 14 nu. 24.

37 Regula Tertia est, Adnexa spiritualibus concomitantè vendi non posse sine Simonia. Ad cujus pleniorum intellectum sciendum, adnexa hujusmodi alia esse intrinseca functioni spirituali, ut sine illis non consistat, ut est labor & defatigatio, aut incommoditas corporis in benedicendo, in consecrando Ecclesias, Altaria, in dicendo Missam; alia verò extrinseca, uti est labor accidentarius, qui nascitur ex alio opere per accidens conjuncto cum opere Sacramenti. In prioribus istis, habet locum dicta regula. Ratio est, quia si hujusmodi vendi possent, conferentur & vendi ipsa facta opera, quibus ita intrinsece conjun-

cta sunt, ut abesse nequeant: *religiosa can. Si quis objecerit l. 9. 3. qui honorat vendit. sine quo nec alterum prore...* invenditum derelinquat. In postea regula non obtinet, ut pro labore quod densus est conjunctus, non ex vi materia ac moraliter, sed in casu ratione circum arum, personarum, locorum, casualium dixi, ex alio opere per accidens conjuncto opere facto: veluti si ad Missam dicendam sit Sacerdoti ad spatium missam datur quis eam dicere certis horis ac commodis; isti enim laboris causa adnexi quo minus vendi possint & vendi, nihil implicat, cum separatum onus, & separatam omnino à relationem. Dixi autem, ex alio opere conjuncto: nam qui ex parte substantiæ operantis accedit, ut quia propter tem aut senectutem facile fingatur Missam, consecrando Sacramento modo, accidentarius quidem est ministerium conjunctus cum ipso ministerio Sacramenti, ut propter eum non potest accipi pretium, quam pro ipso opere secè est conjunctus, secundum d. *can. si iecerit. Suarez c. 21. nu. 5. & seqq. nu. 9. 10. 11. 12. 13.*

40 Quæritur hic posset, An pro obligatione spirituale opus faciendum possit accipi pretium? R. Id posse videri, cum obligatio sit quid distinctum ab ipso opere; quem proinde non videtur obligationis concernere. Probabilior est obligatio ad spiritualia, ut facta non accipi pretium, ut tale, quia venditur pro ipso spirituali actu, ratione cuius. Quod si obligatio includat aliquid quæ per accidens se habent ad actum spiritalem, nihil habet vitii aliquid acceptationem oneris. Abbas *102. §. 11. in fine sup. De s. r. ab. Suarez d. c. 14. §. 17.*

41 Dicta obtinet, quando pro spirituali venditur pretium ut tale: nam si datur ut sustentionem distribuat, nihil profus includit vitii. Ratio est, quod pretium spectetur per considerationem ad valorem & æstimationem

seu laboris, quod repugnat sanctitati operis ac ministerii facti. Scipendium autem sustentationis consideratur in ordine ad personam, quatenus sustentatione indiget, quam merito quis exigit ab iis, quibus intervit in spiritualibus, siquidem eorum causâ impediatur aliunde sibi necessaria comparare; debentur enim temporalia ministrantibus spiritualia. Sic debentur procuratoribus visitantibus, consecratis Ecclesiis, sic datur aliquid pro baptismate, exequiis, benedictione nubentium, sepulturis, aliisque similibus; & hoc gratis sine taxatione oblatum recte accipitur, c. *Dilectus* 30. in fine h. t. *Extravag. 1. eod. can. Quæstia XIII. q. 2. Sotus 9. De iust. & iure q. 6.* Quod non potest videri datum in commensurationem pretii, quia liberalitas æstimationem pretii non inducit. Pactum super sustentatione, etsi proprie & per se Simoniam non continet, cum ex iustitia debeatur alimenta ministrantibus, olim tamen fuit reprobatum, c. *fin sup. De pact. c. Tua nos 24. h. t.* quod speciem venalitatis videretur præ se ferre. Consuetudo verò illud approbasse videtur, ut nihil mali moris includens, cum per hoc non tam æstimetur res sacra, quam sustentationi consulatur. Abbas in d. e. significat *um nu. 8. & in c. Suam n. 12. h. t. Redoan alios referens p. 2. c. 27. Suarez d. e. 1. n. n. 10. & c. 46. n. 4. & seqq.*

40 Regula IV. Ea, quæ sunt adnexa consequenter spiritualibus, non posse vendi sine labe, quia venderetur necessario ipsum principale, quod ad illa præsupponitur. Nam taliter adnexa sunt dependentia à spiritualibus, & illa præsupponunt, nec aliter ea consequimur, ideoque pretium pro iis intercedens videretur datum pro spirituali quod præsupponant. Aliter se res habet in adnexis antecedentibus, uti dictum. Ratio differentia est, quod sint priora, & habeat se in iis instar principalis ipsum temporale, spirituale verò ei adnexum tamquam accessorium, ut non impediatur venditionem temporalis. Quando autem temporalia se habent consequenter ad spiritualia, sunt quasi accessorium rei spiritualis tamquam principalis, ut ejus naturam imitentur. Suarez c. 23. in fine.

41 Ex quibus patet; beneficia vendi non posse citra Simoniam. Quod nomen licet exprimat significatione non referatur ad spirituale quid

designandum, sed idem sit; quod donum in rebus profanis iure tamen Canonico accommodatum ad designandos titulos, seu iura Ecclesiastica, ordinata ad præstanda munera spiritualia, cum iure recipiendi fructus, ratione tituli ex bonis Ecclesiæ. Unde patet, titulum beneficii esse spiritualem, c. *Dilectio 25. circa fin. sup. De praben. ubi dicitur jus spirituale.* Cujus quidem est varietas tum quoad qualitatem, uti visum supra, d. *11. De praben. tum quoad quantitatem & modum reddituum: verum ea quasi materialis & accidentaria ad rationem beneficii, non concernit titulum, nec cum variat, quominus spirituale jus includat, & in eo fundetur. Unde est, quod nisi Ecclesiasticis personis concedatur, c. *Clerici 1. q. 1. c. Quamvis 17. sup. De decimis.* Ex quibus colligitur, Beneficia, quoad jus istud spirituale, esse materiam Simoniam, jura divino contraria: consistunt enim aliqua spirituali potestate, quæ inæstimabilis pretio, ut ista vendere sit intrinsecè malum. Nec facit, quod Ecclesiasticorum beneficiorum institutio sit ex institutione Ecclesiæ, uti & titulorum divisio; ut dicenda sit eorum venditio non prohibita, quia non mala intrinsecè, sed mala, quia prohibita, cum Pont. non possit facere intrinsecè mala esse, quæ per se talia non sunt. Nam postquam talia inducta ex institutione Ecclesiæ, jure divino prohibitum ea vendere, ut nec Pontifici liceat sine labe ut talia pretio æstimare, Deinde quod spirituale est in beneficiis, secundum se est de jure divino, cum contineant administrationem & functionem aliquam spiritualem, sive sit beneficium simplex, sive habeat jurisdictionem adjunctam, quia utrumque in titulo, qui spiritualis, ex institutione Ecclesiastica dependens, quæ nihil aliud est, quam communicatio quædam potestatis à Christo data. Sunt autem beneficiis junctæ præbendæ, sive redditus Ecclesiastici, qui in se spectati sunt temporales; quatenus vero titulo adnexi, cujus nomine debentur, quamdam spiritualitatem participant. Ut respectu eorum beneficia sine vitio Simoniam vendi nequiat, ut passim indicatur per Canones, c. *fin sup. De pact. & c. Super eo sup. transact. Suarez c. 24. nu. 3. 4. 5.**

Tantum quaestio est, An ista Simoniam sit contra jus divinum, an verò Ecclesiasticum
42
Ooo 2 cum

eum tantum? R. Prius aliquos velle, adeoque intrinsecè esse malum, dare eo respectu pretium, ut ne quidem Pontifici sit licitum temporale emolumentum aestimare, quatenus nimirum aestimatur cõjunctum cum beneficio, quod tamquam unum jus vendatur, ut procedat decisio *can. Si quis objecerit l. q. 3.* qui horum alterum vendit, sine quo alterum non provenit, nihil invenditum relinquit: ut etiam jus ipsum videatur vendi, quod, ut diximus, intrinsecè malum. Navarr. in *Summa c. 23. nu. 108. §. Septimò, Azor d. l. 12. c. 11. qu. 3.* Et proinde voluit, ne quidem S. Pont. posse vendere beneficium ratione temporalis emolumenti, Abbas in *c. extirpanda 30. in Reper. §. Qui vero n. 53. sup. De praben.* Alii distinguunt inter beneficium curatum & simplex, quasi in illo esset simonia juris divini quid exigere, in hoc humani tantum. Abbas in *Reper. d. §. qui vero nu. 33. Covarr. in c. Peccatum p. 2. §. 8. n. 8. vers. Et licet.* Verù ea distinctio non subsistit cum in utroque sit jus spirituale & temporale emolumentum; respectu illius autem est beneficium invendibile. Quæ qualitas etiam redundat in posterius, non habita ratione, quod minus vel magis sive perfectius participet beneficium de spiritualibus, quia satis est, quod participet. Verius est, istam Simoniam tantum esse contra jus humanum: quæ sententia est communis Canonistarum, & fundatur in eo, quod jus ad temporale emolumentum beneficii sit divisum, & distincta rationis à jure spirituali, licet sint conjuncta. Hoc enim ordinatur immediate ad spiritualem functionem ex jure divino, continens onus divini officii; illud verò commodum continet temporale ex institutione Ecclesiæ, supposita largitione fidelium. Posita hac distinctione, etsi simul dentur, & non separentur quoad translationem unius sine alio, nihil tamen vetat, quo minus unum sine alio vendatur, scilicet temporale, cujus jus vendere non est intrinsecè malum. Ut quoad hoc dicendum sit, licet Pontifici citra Simoniam id pretio aestimare, separatim nimirum, secundum intentionem saltem à jure spirituali, cujus titulus gratis datur. Potest enim & dantis & accipientis intentio discernere temporale à spirituali, etiamsi simul tradantur, illudque aestimare secundum se, non aucto ejus pretio, ra-

tionem tituli spiritualis. Quod non licet Pontifici communiter tenent Canonistæ, ut patet ex Felino, ad *c. Ex parte 12. nu. 1. sup. De off. & idem tenet Navarr. d. c. 23. n. 108. §. 1. dicit, Pontificem vendere beneficium curatum & plena potestate posse, nec potestatem caussa subsit. Non obstante, quod prorem totam, videatur utrumque vendendum *d. c. Si quis objecerit l. q. 3.* non procedere quoad præsumptionem, quæ lit veritas, si de ea constet, quam habet nimirum Dico, non aucto ejus pretio, nisi quia alias foret Simonia contra jus humanum cum pretio aestimaretur res facta. Pont. beneficium extinguere, & aboleri, aut obligationem ad illud habentem, aut jus ad illos vendere citra simoniam nihil spirituale, quod extinguatur. Potest & dare beneficium cum rebus alteri solvendi pensionem amantem, & facit, permittendo pensionem alii creati super Abbatibus vacantibus, & premium omnium rerum Ecclesiasticarum pensator. Plura de hac materia *Summa num. 7. & seqq.**

Inferioribus Prælati non est licitum beneficium quid exigere, cum jus non habeat fructus à titulo, ut consequatur nec de illis ut mere temporalibus disponat *d. c. 24. n. 35.*

Sed dubitatur, An possint in hoc beneficium imponere onus aliquod temporarium illi, cui conferunt beneficium, & idem velle Heron. Gigantem, *De off. 6. n. 2. ubi alios allegat, hanc in parte cens textum in c. Constitutus 6. sup. De off. mib.* Verum dicendum, id illis non licere, cum non possint beneficium nec dividere, & pensionem quam ab illis imponere, ut patet ex *d. c. 24. in Eccles. benef. sine demin. confer.* Potest quando Ecclesiam sui juris à dignitate separant, aliquid, in recognitionem honoris & superioritatis, suæ sedis referant *d. c. Constitutus.* Permissum & imponere pensionem temporalem, quæ tam gravata non excedat, in quibuslibet jure concessis, ut ex caussa tractatur & concordia litium *c. De castro sup. De*

ad. c. Cum venisset 9. sup. De rebus. Spoliat. Suarez d. c. 24. n. 36. c. 37. c. 3. n. 21. Lect. 2. De iur. c. 34. n. 205. c. 35. n. 92.

44 Ad privatas personas quod attinet, illis nequam licet beneficii nomine quid exigere, nec ullo modo separare fructus à beneficio. Neque obstat, quòd, seclusa prohibitione Ecclesie, possint fructus locare etiam ad vitam; quia locatio non inducit separationem ab ipso titulo, facit namque cum æquivalenti fructus cedere locanti. Nec per hoc in ullo successori præjudicabit, cui pretium locationis pro suo tempore cedit. Dixi, seclusa prohibitione Ecclesie; quia, ut dictum supra *De re Ecclesie, non alieni* locatio rerum Ecclesie fieri prohibita ultra triennium, sub gravibus penis, cum annulatione actus. Vide *Suarez d. c. 24. n. 38. c. seqq.*

45 Pro beneficiorum itaque, qualicumque ea sint, collatione, inductione in possessionem, & similibus, nihil licet accipere citra labem: adeo ut etiam consuetudo contraria reprobetur, *c. Non satis 8. c. 9. h. t.* cum præter simoniacam labem etiam torrida avaritiæ speciem præ se ferat. Reprobata & illa consuetudo, qua prandium debetur à novo Canonico, *c. Iacobus 44. h. t.* Improbantur & deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, conditiones certæ circa distributiones, aliæque similia, à *Trid. Sess. 24. cap. 14. De reform.* quòd tantum tolerat ea, quæ in pios usus convertuntur. Ubi cavendum, ne ex fomite avaritiæ pium esse iudicetur, quod utile, ut non raro, præ dolor! Datum aut factum absque ullo pacto nihil mali moris includit, cum liberalitas æstimationem alicujus rei non inducat, *c. Tua nos 34. h. t.* Quo modo bona sua pure & sine pacto offerens, rogans humiliter, ut in Canonicum admittatur, retentis bonis suis pro præbenda, sine scrupulo simoniacæ pravitatis admitti posse dicitur, quam alias causaret pactum interveniens.

46 Quid pensiones sapiant Simoniam? R. Pensionem esse jus percipiendi fructuum partem ex alieno beneficio: ut non videatur esse quid spirituale; cum possit & laico constitui, citra titulum spiritualem, aut onus, propter meritum ejus in Ecclesiam. Recte etiam constituitur Clerico propter senium aut diuturnum Ecclesie servitium. Dari item Clericis potest

aut nomine alicujus spiritualis operæ, aut temporalis, ut pulsandarum campanarum, januarum claudendarum, curæ custodiæve Ecclesie. Dari & in titulum beneficii solitæ pensiones, etiam pro beneficii resignatione. De prioribus nihil dubii esse potest, modo nulla subsit pravitas, nullum temporale interveniat. De postrema, pro beneficii scilicet resignatione, dubium esse posset; sitamen hæc sit moderata, & legitima auctoritate constituitur, de qua paulo antè actum est, dicenda & ea nihil mali includere.

47 Tantum quaeritur, An pensionum translatio ponat Simoniam? R. Distingendum esse, an pensiones collatae sint laicis, pro ministerio temporali, aut alia justa de causa; aut etiam Clericis, nõ ut talibus, sed propter causam temporalem, ut pulsandas campanas, curandos infirmos; an vero Clericis ut talibus, propter munus aliquod spirituale. Priori modo sumptæ pensiones non possunt dici ponere Simoniam, ex communi sententia; atque ita sine labe vendi poterunt, cum sint quid mere temporale, ex beneficio quidem procedens, non tamen adnexum titulo spirituali: est namque portio separata à beneficio, quantum ad illum, cui confertur. Posteriori modo aut dantur pensiones Clericis simpliciter ad eorum sustentationem, sine respectu ad beneficium vel ministerium spirituale, aut cum speciali respectu vel titulo. Priori modo tamen si clericatus requiratur, tamquam conditio vel dispositio ex parte subiecti, non tamen ideo potest dici dari pensio ob titulum spiritualem, cum detur præcisè ad sustentationem. Ut non possit pensio ista dici adnexa rei spirituali; quod tum obtinet, quando jus spirituale tale est, ut secum adferat jus ad temporale. Et hoc ita, stando in jure antiquo; nam Pius V. præcepit pensionariis Clericis, quando ut Clerici percipiunt pensionem, recitare Officium B. Virginis: ut cum talis pensio hodie detur cum obligatione alicujus Clericalis muneris, postuletque aliquod ministerium spirituale, etsi non ponat in rigore beneficium, quod non sit perpetua, sit tamen quidpiam spirituale, constans ex illa obligatione spirituali, ad recitandas Horas B. V. & jure ad temporalia sibi adnexa, non possit transferri pretio sine simonia, ut sentit Navarr.

Conf. 59. & seq. h. t. & in Summa c. 23. n. 111. Posteriori modo aut pensio datur in titulum beneficii, & idem juris in ea, quod est in beneficio: aut datur pro beneficio, quod quis resignavit, eamque vendi non posse post Bullam Pii V. dicendum est, propter obligationem ad Horas D. Virginis, quarum respectu habet quid spirituale, secundum dicta in casu superiori. Et hoc est-nus, quatenus consuetudine isti Bulla non est derogatum, ut posse, dictum sup. *De consuet. Vid. Gigas de Pensionib. q. 99. Azor d. lib. 12. c. 13. q. 2. Suarez c. 26. num. 5. & seqq.*

48 Quæritur etiam, An pensio possit redimi: R. Negare Navarr. *d. c. 23. n. 111. & Conf. 63. h. t.* redimi posse sine auctoritate Pontificis Rom. per varia loca, quæ allegat, non tantum post Bullam Pii V. sed etiam ante, ex eo, quod sit quid adnexum spirituali, quod vendi non posse constat ex dictis. Verum quod atinet ad tempus ante Bullam Pii V. receptum est, illam redimi potuisse, & posse etiam hodie in locis, ubi Bulla recepta non est, quæ non recepta vires non habet. Ratio est, quia est quid merè temporale, quod ut vendi, ita redimi potest, non habens ullam obligationem spirituales adjunctam, ut patet ex allatis à Gigente *d. qu. 99.* Facit, quod etiam posito, quod aliquid spirituale habeat adnexum, non tamen spirituale pro temporali commutari dici queat redimendo. Extinguitur enim tantum temporale onus, per cuius extinctionem redimens nullum jus spirituale acquirit, utpote totum jam habens & tantum se liberans ab onere annuo præstandi temporale. Post Bullam tamen Pii V. videtur non esse licita redemptione propria auctoritate, propter onus spirituale pensionario impostum, sine quo non vult Pont. ipsum habere pensionis fructum, qui datur ratione officii, juxta *c. fin. sup. De rescript. à* cujus obligatione non potest pensionarius se eximere propria auctoritate; uti hoc in casu faceret, recepto nihilominus toto pensionis commodo, juxta sententiam Navarr. *d. loco;* ex ratione, quod constitutum Prælati auctoritate non sit deltruendum per privatam auctoritatem. Suarez *d. c. 26. nu. 11.* Si per redemptionem non liberetur ab obligatione imposta per Pont. sed ei obnoxius maneat is, cui sit redemptio, non videtur ea illi-

cita, cum sit quasi locatio fructuum, & impedita eorum venditio; quod non invenitur prohibutum, cum maneat integrum onus superioris impostum. Navarr. *Conf. 62. n. 111. d. loco n. 17.*

An ergo nec licebit remittere pensionem? Id posse videri ex dictis, quod nemo fructus suâ auctoritate liberare ab onere sibi impo- to. Unde licet possit donare fructus, quos in am in perpetuum remittere, non tamen hoc videbitur liberatus ab onere, quatenus nomine tenetur. Dicendum tamen, pensionem nihil habere in se vitii, & dilatare in ri casu redemptionis, in quo remittitur in modum, & tenuitatur officio. Quia non potest dici esse contra mentem Pontificis, alias voluit pensionarium obligari in recitandi Horas B. Virg. quam quatenus turet commodum. Quando autem in commodum per gratiam remittitur, non est ratio, cur obligetur in sub-ublata materia obligationis. Navarr. *d. Conf. 63. nu. 7. h. t.*

Ex dictis patet, pensiones, que dantur propter spirituales functiones, ut in sacro Episcopati, Concionatori, aut simili, redimi non potest, cum fundentur in officio Ecclesiastico, pro quo dantur; & præterea earum redemptio ceret cessare officium, cum detrimentum sit. Quantum ad eas, que dantur causa aut sustentationis, videtur redimi posse, non tam contingant emptionem adæquationem ritualis rei, aut ei adnexæ, quam possessionem actionem oneris merè temporalis, sed videtur licet quotannis certam summam, non ratione Clericatus. Dicta de redemptione pensionis permilla accipienda sunt in casu, post facto de ea admittenda agitur, non tempore resignationis super hujusmodi demptione faciendâ conventum fuerit, pars contractus, pactum illud erit firmum propter onus pretio æstimabile in parte. Tolet *l. 3. Summa cas. 92.*

De materia Simoniz, ut est in hujusmodi.

Hæc quoad Simoniam, quæ est contra divinum, & sic quæ prohibita, quæ-

est, & mala, quia prohibita per jus humanum, de qua queritur An dari possit? R. Aliquos neque, eam dari, hoc argumento, quod vel sit res sacra, quae venditur, & est Simonia prohibita per jus divinum, quia mala; vel non est sacra & non potest Simonia fieri per jus humanum Ecclesiasticum, cujus prohibitio non mutat rerum naturas. Quo non obstante dicendum, Simoniam dari de jure Ecclesiastico positivo & quidem tum quando immediate habet omnem malitiam ex vi prohibitionis vetantis onerolum pactum circa aliquem actum iuris, intuitu religionis, seu reverentiae debitae rebus sacris, qui, reclusa Ecclesiae prohibitione, malitiam nullam haberet. Quod potest usum venire tam circa rem sacram, quam non sacram; & Primum, si cesset actio vendendi-emendi, si Ecclesia prohibeat pro administratione Sacramentorum ne quidem sponte oblatum recipi, contra faciens Simoniam committet, non quia malus actus in se est, cum sponte oblatum recipiendo nihil vendatur, sed quia prohibitus. Secundum, si venditio celebretur circa rem prohibitam, non tamen ita sacram, ut ex natura rei sit intelligenda venditio, etiam si Ecclesia prohibeat pretio aestimari, non tamen instituendo circa rem talem novam aliquam consecrationem, aut benedictionem. Eius ordinis est officium Oeconomum, Thesaurarii rerum Ecclesiasticarum, Sacristae, & similia, de quibus infra latius. Tertio, si pro spirituali non veniat temporale pretium, sed spirituale, permutatio nihilominus prohibita sit per Ecclesiam, ut sit in permutacione beneficiorum, in qua pro spirituali licet detur spirituale, & in se non potest dici prohibita, prohibuit tamen Ecclesia illam fieri per solam partium conventionem, ut non sit tam mala in se, quam quia prohibita; ut dictum supra De permutat. n. 6. Vid. Suarez c. 7. per tot.

Ex his patet responsio ad quaestionem. An officia temporalia Ecclesiae sint materia Simoniae? R. Ex natura rei non esse materiam Simoniae Abbas in c. 1. & 2. inf. Ne Pralati vicarij suas &c. eo quod haec munia non habeant in se aliquid spiritualitatis; neque enim ordinantur nisi ad actiones temporales, & proxime vertantur circa corporalia & materialia opera, ut custodire, administrare, res Ecclesiae,

& similia, licet remotum finem habeant spiritualia. Esse tamen prohibitum per Ecclesiam huiusmodi officia vendere, ut patet *can. Si quis Episcopus 8. l. q. 1. can. Salvador l. q. 3. c. Confulere 38. h. 1. quibus officiorum temporalium Ecclesiae venditio prohibetur, ut dicendum sit esse grave peccatum ea pretio comparate, & simoniacum, prohibitione Ecclesiae supposita d. *can. Salvador & d. c. 38.* quod dicit vendentes huiusmodi officia cum Simone petcelli. Et facit ratio, quia licet de se non sint spiritualia, sunt tamen ijs conjuncta, cum per illa res sacra contrectentur, Ecclesiastica bona administrantur: ut pretium pro ijs intercedens ponat injuriam circa ipsa spiritualia conjuncta propter vicinitatem, ut sint in vendibilia, ac soli Pontifici liceat iusta causa patrocianare, pretium pro ijs accipere, non etiam alijs Episcopis, quia non sunt supra jus commune. Consuetudine contraria posse iudici, ut pretium pro ijs detur, aliquibus placet; alijs vero ea corruptela videtur, saltem quatenus toleratur ab inferiori, quod habeat speciem mali: nam a Pontifice tolerata posset dici valere, propter ejus auctoritatem supremam in Ecclesia Suarez. c. 29. n. 1. 2. 3.*

Officia temporalia, sub prohibitione Ecclesiae contenta, sunt Dispensator five Procurator Ecclesiae, rerum ejus administrator, uti Praepositus, Oeconomus, Vicedominus, Defensor five advocatus, qui alio nomine Syndicus videtur dicendus, de quo sup. lib. 1. de quibus omnibus in d. *can. Salvador & d. c. 38.* ubi etiam additur Judex temporalis, quem potest constituere Episcopus, in locis, ubi temporalem habet jurisdictionem juxta c. *fin. Ne Clerici vel Monachi in 6.* Quae licet non pertineat ad usum spiritualis jurisdictionis, pertinet tamen ad usum Ecclesiasticarum administrationem, ut per quamdam connexionem sit aliquo modo spiritualis, ideoque vendi prohibita. Additur in d. *can. Si quis Episcopus l. q. 1.* nomen Mansionarii (quod Latium esse non videtur, nisi quod fiat mentio Praepositi mansionum in l. 21. C. Theodos. De Decurionib. Est & mentio Mansionum in eod. C. l. 12. De cursu pub. Ut eo nomine videatur intelligendum munus Ecclesiasticum, quod versabatur in distribuendis mansionibus, id est domibus Cleri-

Clericorum: ut Mansionarius fuerit is, cui talium domorum cura commissa erat, & spectavit ad quandam partem oeconomiae; ideoque de eodem iudicandum, quod de officio Oeconomii, Suarez *d. c. 29. nu. 8. 9. 10.*

33 Quid de officio Sacristae, vel Thesaurarii seu Custodis rerum sacrarum iudicandum? R. Posse videti, prohibitionem *ad. Cann.* ad illud non pertinere, cum in eis nulla fiat istius officii mentio. Verum cum dictum officium circa spiritualia magis versetur, quam priora, ut sunt custodire, & contrahere vasa sacra, vestes, dona, altaria praeparare, luminaria accendere, signum ad officium Ecclesiasticum dare, sitque hoc munus tantum Clericis committendum; dicendum, non posse pro illo pretium dari contra Simoniam, non juris divini, sed humani. Nam licet functiones huius muneris habeant pro materia res sacras, sunt tamen corporales. Nec facit, quod in *ad. Canonib.* non fiat eius mentio expressa, quia sub prohibitione *ad. Canon.* satis continetur, cum prohibeant pretii receptionem pro administrationibus rerum Ecclesiae, ad quas istud munus spectat, & videtur quidam particularis Oeconomus. Idem dicendum de officio Primicerii, cuius officium magis ad spirituale accedit, cum ad illum pertineat gubernatio Chori. Suarez *d. c. 29. nu. 11. & 12.* Ut autem ista officia vendere sit prohibitum, & gratis ea conferri sit de re Ecclesiarum, ne ex emptione eorum sumatur occasio vexandi Ecclesias, & bona earum diripiendi; functiones tamen talium officiorum & actiones, cum sint mere corporales, stipendium non refugiunt, non tantum per modum sustentationis, sed & condignae compensationis, cum ad eas tamquam ad diversas non sit extendenda prohibitio Ecclesiae. Suarez *d. loco nu. 13.*

34 Questio verò est, An venditio rerum & bonorum Ecclesiae in universum sit Simonia, saltem prohibita? R. In *d. can. Salvator* generaliter dicitur, eum, qui res Ecclesiasticas propter suam iustitiam vendit vel emit, dona Dei cum Simone possidere; tales autem res vocat dona Dei oblata à fidelibus, quae sunt res temporales. Verum est contra communem sensum auctorum, committi Simoniam in vendendis rebus Ecclesiae temporalibus, uti possessionibus, fructibus, vestibus, etiam in iuste hoc

possit fieri, si sine causa debita fiat, cum res sint mere materiales. Inò mobilia & immobilia Ecclesiae etiam sacra, si non venduntur in secula, vel ratione spiritualitatis adnecte, arguuntur eorum pretium, citra Simoniam, etiam in Ecclesiastico prohibita, venditio dicitur materia, quae venditur, sit estiva bilis per se probatum supra nu. 10. Nec obstat *d. can. Salvator*, in quo licet generalius videatur locum Urbanus Pont. de rebus Ecclesiae, & oblatum fidelibus, restringendus tamen est ad Simoniam Pont. intentionem, quae non est, respectu tamquam simoniacae, venditionis bonorum temporalium Ecclesiae, cum per modum dispensationis fieri possit ab habentibus restarent, ut hæc non sit absolute prohibita. Licet tantum modo præscripto sit hoc ius, tamen transgressio non pertinet ad Simoniam, sed ad inobediam administrationem pro iustitiam. Ut nec potest pertinere ad Simoniam iniqua occupatio, quae spectat ad Simoniam violentam contrationem, sed accipitur eius sermo de venditione talium rerum sine ad earum administrationem. Non vendit oeconomiam Ecclesiae, vendit officium Ecclesiasticum, & consequenter aliquo modo quae illi administrationi subijciuntur, quae pro pretio alicujus potestati & regimini committit. Et ita dictum textum accipit *ibi V. Ecclesiasticam*, dicens ita recte accipit literam Chalcedonenis Synodi, *Plura Suarez c. 29. nu. 14. & seqq.*

De pretio seu temporali, quod dicitur ponit Simoniam.

Hæc de materia Simoniae, quae materialis: restat videre de temporalibus. licet de pretio, quod in contractu oneroso dicitur. Ubi ad rationem pretii non laudatur, quod pecunia pro actione sit, tamen quocumque modo, etiam si alius non sit danda, cum possit multis modis dicitur, sed oportet, ut detur in commutationem appretiationem rei, hoc enim illi Simoniam cum omnes textus adferunt. Nam si quid detur, non potest habere locum Simoniae, ut patet ex *can. Quam pro re sua* & *Sicut Episcopum l. q. 2. in quibus* & *pro*

rum, non exatum, accipi non prohibetur, quia datum non est pretium rei spiritualis. Ubi non refertur, donum temporale gratis ante offeratur, an postea deatur, modò sublit animus gratuitus & ultroneus. Quamvis non desit præsumptio mala in casu, quo munera præcedunt, ideoque ab eo cavendum, cum solcant præcedantia munera multum inclinare animum & corrumpere, quia munera excæcant oculos iudicum & prudentum, Exodi 33. Esaiæ 33. Eccl. 20. & placent, ut ait Poeta, hominesque, Deosque. Recte nihilominus intentio salvat à labe, cum gratitudo non respiciat pretium, sed beneficium. Navar. in Summa c. 23. nu. 106. §. Ad quartum. Covar. i. Variar. c. 20. nu. 4. Suarez c. 36. num. 2. Potest etiam dari ex obligatione quid temporale, non in commutationem rei sacræ, sed sustentationem personæ, tamquam stipendium ex iustitia debitum operario, ut patet id ipsum Matth. 10. ubi cum dixisset Salvator, *Gratis accepistis gratis date*, subiungit postea, *Dignus est operarius cibo suo*; & late tradit Suarez c. 47. n. 2. Ecclesiam habere jus statuendi, ut quid solvatur ministris suis pro sustentatione. Quod ipsum in foro interiori facile dijudicatur, in quo intentio tantum inspicitur, quæ bonam rem extra virium ponit; mala autem, scilicet si id, quod donatur, detur in pretium rei spiritualis, si noniam ponet. In foro externo ex circumstantiis dijudicandum erit; an datum temporale sit datum simoniacè. Et præcipue, si pacta intercedant, major erit præsumptio Simoniæ, quàm cum sit largitio simpliciter, quia iura multum detestantur pacta in huiusmodi negotiis. Quamvis non omne pactum sufficiat, ut damnetur actio tamquam simoniaca; nam sunt & pacta honesta, ut ad redimendam vexationem, ad securitatem stipendii, ad compensandum laborem accidentalem. Considerandum itaque, an in tali facto intervenerit aliqua causa, quæ possit largitionem cohonestare; quæ si sublit, non est præsumenda Simonia, quia secundum regulam juris quisque præsumitur bonus, c. *in sup. De præsumpt.* Quod & dicendum, si factum sit dubium, quia dubia in meliorem partem esse interpretanda, habet juris regula, c. 2. *inf. De R. l.* Cautius tamen hac in parte agendum, & inspicienda qualitates, integritas, morum ho-

nestas, tum donantis, tum accipientis, tum rei donatæ quantitas, tempus & occasio largitionis secundum c. *Esai 18. h. e.* Ponderari etiam potest vinculum personarum inter se, quia amicitia & consanguinitas facient præsumi donationem ex liberalitate processisse, præcipue verò huiusmodi qualitates, tum personarum, tum largitionis, tum temporis, secundum d. c. 18. Si nulla causa sit honestans largitionem aut munus, ex ea determinandum erit, an munus datum pretii rationem habuerit. Vide Suarez d. c. 36. *hac omnia & singula latius tractaui sem.*

Pretium hoc triplex esse constat, & consistere in munere à manu, ab obsequio, & à lingua, *can. Ordinationes 13. cum duob. seq. l. q. 1.* Sub munere à manu propriissime venit pecunia, cuius passim faciunt mentionem Canones, ut in c. 2. *h. e. can. Si quis dator & can. in l. q. 3.* Nec requiritur numerata, nam & promissa sufficit, c. *De hoc 11. e. Nobis 27. & passim h. tit.* quia promissio continet pactionem à Canonibus prohibitam in spiritualibus: Parva sit quantitas, an magna, non refert ad rationem pretii simoniaci, si pro re spirituali detur, ut constat ex c. *Tua 20. h. e.* ubi, propter datos sex solidos pro præsentatione ad Ordines, quos quis recepit, jubetur ab officio perpetuo abstinere, & Monasterium intrare. Eodem facit, quod habetur *can. Placuit 102. q. 1.* ubi damnabiliter dicuntur venundare rem spirituales, pro modico balsami tremissem exigentes, quia pretium exiguum licet, ponit tamen irreverentiam. Cui non obstat d. c. 18. in quo non dicitur, Simoniam non committi propter parvum munus datum, sed non præsumi parvum munus in foro externo esse datum, tamquam pretium rei sacræ in dubio, non etiam ubi datum pro re constat.

Comprehenditur etiam sub munere à manu omnis res temporalis pretio æstimabilis, sive mobilis sive immobilis, *can. Totum l. q. 3. d. c. Esai 18. & c. In tantum 36. h. e.* cum ponat eandem irreverentiam, re spirituali æstimatâ pro temporali. Eiusdem ordinis est, si debitum quis remittat, aut remissurum se promittat, quia non potest videri gratis accipere rem sacræ. Sic promittens, quod nihil exiger ab ordinante ratione sustentationis, simoniacus dicit.

dicitur *e. penult. h. t.* Hinc & sponsio inter duos non à multo tempore inita, ut in casum, quo alter auferret dicere. *Resigno tibi beneficium*, haberet duo millia, dicenda est simoniaca, cum non detur pretium pro nuda prolatione verborum, *Resigno tibi*, sed pro ipso beneficio, de cuius acquisitione agitur, reddito temporali, ut nullo colore salvari possit à labe.

58 *Quæritur autem, An mutuare pro beneficio spectet ad labem simoniacam?* R. Possit videri, non spectare, quod mutuum dans nihil dare sit dicendus in rei veritate, cum id ipsum, quod dat, sit receptorus, ut nihil videatur dari pro spirituali. Nihilominus dicendum, quando datur in commutationem rei spiritualis, non carere labe, si fiat ex pacto, quod est prohibitum in commutatione spiritualium cum temporalibus. Est enim tale pactum onerosum, ut non possit dici gratis datum. Deinde utilitas illa, quæ ex mutuata pecunia accipitur, ratione usus eius præsentis, etsi ipsa pecunia non ita fiat accipientis, quin teneatur ad restituendam eandem, est tamen considerabilis, ut quid temporaliter utile, & spectatum ut pretium rei sacræ, ut sufficiat ad simoniam dico, ex pacto nam si Episcopo indigenti mutua detur pecunia principaler, ut ei subveniatur, etiam si remote dans speret ex eius benevolentia beneficium, non potest continere labem, ut tradit Navar. c. 23, n. 101. in fine, & Conf. 19, n. 6. & Conf. 23, n. 2 h. t. Vid. Suarez c. 38, n. 6. & 7. Sic & donatio aut remissio solutionis eius, quod debetur, ratione rei sacræ eo nomine concedendæ, ponit labem, quia est pretio æstimabilis.

59 *Spektat huc etiam impositio pensionis, collatori aut alteri solvendæ, sive ex ipso beneficio, sive aliunde, idque ex pacto prævio, qua de re actum est supra, Vi Eccles. benef. sine deminut. confer. in fine, Suarez d. c. 38, n. 10. Item promissio pensionis super beneficio litigioso inter duos alteri præstandæ, si contra tertium jus super eo prætendentem obtineatur opera alterius, ut tradit Navar. Conf. 47, h. t. qui & ut simoniacam conventionem damnat, quæ quis familiari Pæpæ promittit pensionem illi constitutæ super beneficio vacante, si illud pro se impetravit, Conf. 57. & in Manuali c. 23, nu. 106. §. Ad quintum, ubi in seqq. refert alios similes casus uti & in Conf. h. t.*

Q. An ergo non liceat quid accipere, vel re, pro procuracione beneficii? R. Non licet, citra labem. Ita Navar. d. c. 23, nu. 101. Ad quintum, & Conf. 54, h. t. quod potest dare collatori, & dare tertio, qui intercedat apud collatorem, eumque moveat ad dandum: nisi detur pro laboris merito, & tertius illis suscipit, frequenter ad collatorem, scribendo litteras, aut alia negotia vel in compensationem alicujus temporis considerabilis, lucri cessantis vel damni mediatoris. Cujus ratio est, quod non datur ratione rei sacræ, sed ejus, quæ commutationem patitur, modo non detur amissionem beneficii, nam ita sacra res in commutationem veniret. Quod facit, ut in l. C. De suffrag. permittit quodammodo suffragio & auxilio atque intercessionem Principem, imò & dat exactionem pro suo eo nomine.

Q. II. An transactio super lite beneficii citra R. Gratam & amicabilem compositionem super lite in beneficiis, esse prohibita, etiam eam, in qua quid temporale datur, uti dandum, secundum propriam translationem naturam, e. 7. sup. De transact. nam res spiritualis æstimaretur pretio; pactio autem in ritualibus prohibita, eap. fin. sup. De pactis. procedet, etiam si spirituale pro spirituali, & pioioso detur alteri, ut desistat, cum iura alteri damnetur transactio in spiritualibus, ut in cap. beneficiis, nisi cohonestate tate Episcopi. e. Constitutus sup. De transact. simpliciter & indistincte transactio in beneficiis dicuntur continere spectat hinc. Quod si lis sit super pluribus beneficiis, non valet transactio propria alteri, ut unus unum, alter aliud possideat, ut utriusque jus sit dubium, non potest transactio transigentium dari vel transactio quid juris in alium, qui forsasse nihil habet, que proprium possideat beneficium, & si alteri litem moveat, etsi sit conventio ut uterque liti cedat, pacifice restat beneficio proprio, sine auctoritate Prælati, quæ res tantum continet solam commutationem pugnationem juris alterius, & continet conventionem non tam super beneficio, quam

lite, nullo pretio interveniente: non tamen isto casu licet transigunt, ut unus alterius beneficium obtineat, quia res ista cum permutationem sapiat, indiget auctoritate Prælati, qui ex causa honesta eam permittere potest, qualis est transactio, & vacabit res simoniaca labe, secundum dicta sup. *De rer. permut.* Suarez c. 51. n. 11. & seqq. ubi late de hac quaestione.

62 Q. III. An & possit Prælatum ex causa transactionis constituere alteri, qui cedit, pensionem; ab altero, penes quem beneficium manet, persolvendum? R. Videri non posse, cum ea res contineat compensationem juris spiritualis pro onere temporali, quod improbatum, c. 2. sup. *De arbitr. & c. fin. sup. De rer. permut.* Est enim pensio quid meret temporale. Dicendum tamen, posse Prælatum, in quem compromissum est, ex mero arbitrio rem controversiam taliter componere, ut unum beneficium assignet, eumque gravet in pensionem alteri dandam, quod ipsum expressè approbatur in c. Nisi sup. *De præben.* Suarez d. c. 51. nu. 17. Quæ pensio non videtur tantum ad vitam ejus, qui solvit, duratura, sed potius futura ad onus beneficium, ut colligi videtur ex c. *De castro sup. De transact.* ubi census in simili casu alteri assignatus non excedit vitam ejus à quo solvitur, si absque auctoritate Episcopali sit constitutus; ut à contrario, si auctoritas Episcopi intervenerit, duret ad vitam ejus, cui solvendus. Et ita tenent Panorm. Card. quos refert & sequitur Gigas, *De pensionib.* q. 6. nu. 3. & 4. Suarez d. loco nu. 18. Non obstat d. c. Nisi, quia in eo non fuit pensio constituta auctoritate Episcopi, sed solum aliorum arbitrio. Quod ita procedit, nullo pacto partium intercedente.

63 Q. IV. An idem sit statuendum, conventionione partium antecedente, & Episcopo proposita, ut illam approbet? R. Id posse videri, argumento permutationis, in qua nihil illiciti continetur, prævia partium conventionione super permutatione, quin oblata Episcopo ab eo approbetur, ut dictum sup. *De rer. permut.* Contra tamen rescriptum in c. 4. & c. *Prætorum* 9. & 10. sup. *De transact.* in quibus ex eo, quod partes causa litis sopiendæ convenissent de pensione ei, qui cederet, constituenda sua auctoritate, judicatur ea conventio simoniacam

labem continere atque ita passim Canonistæ tenent, ut alteri beneficium, alteri pensio derur temporalis, transigi non posse privato pacto, sed tantum honestari arbitrio judicis, quo pensio alteri assignatur, juxta d. c. Nisi. Nihil facit argumentum sumptum à permutatione; nam in ea agitur de permurandis rebus spiritualibus inter se principaliter, licet accessione veniant temporales; hic autem agitur de dando temporale illi, qui litem deserit: quod sentit labem, si partium conventio præcedat, ut tantum nudo arbitrio judicis sit concedendum pacis causa, d. c. Nisi. Quod facit c. *Cum quidem* 7. sup. *De pactis*, ubi ex eo, quod non mediante auctoritate Apostolica convenissent inter se, super beneficio litigioso transigendo, judicatur conventio continere pravam speciem illicitæ transactionis, & que ratione temporalis pretii dandi ex partium conventionione. Ut prædicto casu tantum ex Judicis providentia constituatur temporalis census alteri cedenti propter bonum pacis, quod continere temporale commodum non est negandum, & insinuat Pont. in d. c. Nisi V. & utilitatis. Nec quod ad illam pacem perveniantur, renuntiando juri, obstat, quia hoc est per accidens, non considerabile. Nihil obstat, c. 2. sup. *De arbitr. & c. fin. sup. De rer. permut.* in quibus reprobari videntur transactiones, cum alicujus temporalis præstatione in commodum alterius; nam in d. c. 2. ex narratione facti apparet, subesse arbitrium injustum, ab eis datum, qui alteri parti favebant, & in quos dolo inductus consenserat alter. Ut tantum eo nomine illud improbet ibi Pont. cum subjungat in fine, si foret æquitate subnixum arbitrium, compellendam esse utramque partem ad ejus observantiam. In d. c. fin. non tantum agitur de transactione, sed de venditione perpetua juris decimandi: ut rectè irritum sibi decernat Pont. tale arbitrium, non datum pacis causa, nulla lite prævia. Non est autem necesse, ut ad tale arbitrium adsumantur Prælati, cum per Judices ut arbitratores partium consensu acceptos res componi possint, d. c. Nisi qui adjudicent beneficium illi, qui verum titulum habere præsumitur. Plura Suarez d. c. 5. nu. 19. & seqq.

Q. V. An Simoniam sapiat pro redemptione 64
ne vixæ circa beneficium pretium dare? R.

Ppp 2

Post

Post jus acquisitum & beneficium obtentum, non esse Simoniam, redimere vexationem, quæ pro jure tollendo injustè inferitur, vel probabiliter timetur. Ita plerique tenent, *Gl. i. in c. Dilectus* 28. *h. t. ubi Abbas Navarr. in Summa c. 23. nu. 1028. Oñarvo, Azor. p. 3. c. 11. q. 4. Suarez c. 50. nu. 2. & seqq.* Probat hęc sententia ex *d. c. 28.* in quo cogitur quidem restituere is, qui accepit, ut desineret ab injusta læsione, non reprehenditur etiam dans. Probat et per *can. Quæsitum I. q. 3.* ubi Religiosi vexationes ejusmodi redimentes, quas patiebantur in Ecclesiis, quas possidebant, nihil peccasse supponuntur. Ratio quia dans ex tali causa pretium non dat illud pro re spirituali, sed pro vitanda injuria, nec per illud spirituale quid acquirit, quod habere supponitur.

Objicitur *c. Matthæus 23. h. t.* ubi legitime electus à majori parte eligentium, quod pecuniam paucis contradicentibus, ne se vexarent, dedisset, judicatur simoniacus, & consulitur illi, ut administrationem deponat, quia illam detinere sine gravi detrimento animæ nequeat. Aliqui respondent, in illo cap. non agi de injusta vexatione sed justa, propter incapacitatem aliquam electi, aut defectum. Verum ea de re non patet ex textu, in quo potius significatur vexatio fuisse injusta, in *vers. Ei, qui magister discordia videbatur &c.* Rectius cum Innoc. respondetur, in *d. c. 23.* non agi de electione inquietanda, ad quam jus erat & pro injusta ejus vexa potuisset sine noxa dari vexanti pretium, secundum jam dicta, sed de impedienda prosecutione confirmationis, per quam necdum erat jus quæsitum, cujus processus ne impediretur, pecunia fuerat data, non citra noxam, ex eo, quod confirmatio necdum esset habita, quod in *d. c. 23.* judicatur simoniacum.

Requiritur itaque Primò, jus jam sit acquisitum ac plenum, quia, necdum acquisito jure, non licet pretio redimere vexationem. Abbas, Innoc. & alij in *d. c. 23. & 28. h. t.* Nam cum jus necdum habeatur, licet redimendo vexationem non det immediate pro re spirituali, mediare tamen vult acquirere pecunia jus tale. Et hoc, si is, cui datur pretium, talis sit, ut prodesse possit suo suffragio; tunc enim inducendo, ne obstit, videtur suffragium eo-

rum pecunia redimi. Eoque in sensu veniendum *d. c. 23.* saltem quoad Simoniam Canonici. Quod si contingeret nihil per vexationem injustam à tali redimere etiam jus acquisitum licet, quia cum nihil com ad beneficium impetrandum, redimere non est illicita, nec intrinsecè, nec quia Canonico prohibita, cum non commutationem rei spiritualis, sed mere temporali cundo requiritur, vexatio sit injusta: ista fuerit, & lis justè intentata, non pot videri redimi spirituale. Quod de dicitur causa sit dubia, quia tunc lis est causa demptio ejus adficeret spiritualem ben res quæ datur pro illicita vexatione sit temporalis, nam si daretur spiritua mitteretur Simonia, quia daretur pro illi, scilicet pro injusta vexa, quæ est tem

Q. VI. An dicendus Simoniacus, si vexa injusta desinat, quid accipit? Ad id est, vexationem injustam per se non nere quid spirituale, sed temporale, illius cessatione detur temporale, non illa res censeri simoniaca, cum Simonia non contigit: ut secundum dicta non vexa ista offerre spirituale beneficium spirituale veniet pro temporali, & non sed cum pacto, atque ita damnetur *can. Euphemium II. q. 3. Azor. d. c. 23. q. 3. Suarez d. c. 50. nu. 14.*

Injustè itaque redemptio vexationem à Simonia, si detur temporale spirituale habetur jus acquisitum etiam acquirendum. Quæ procedunt, presentatione, nominatione, institutione, quia hæc pertinet ad lulum spiritualem: ut videantur obtinere etiam ratione vexæ injustæ, si agatur acquirendis.

Quid juris in possessione adquisita? Aliquibus placere, non sine Simonia dari pecuniam ad redimendam vexationem super denegata possessione, etiam post acquisitum plenum jus in beneficio quoad presentem; ea ratione, quod, secundum legem, liceat quidem vexam super jure spirituali adquisito injustè motam redimere, non super jure acquirendo ab illis, qui postea

esse, quod quodammodo videatur acquiri pretio jus spirituale. Est autem possessio quid spirituale, aut ei adnexum, quia per eam adquiruntur exercitia spiritualium, *can. Decimas 26. xvi. q. 7.* ubi prohibentur Episcopi, ne decimas à suis subditis redimant, etiam si ab iis vexentur, & alias solvere nollat; quæ prohibitio in hoc fundata videtur, quod decimæ sint spiritualibus adnexæ: Ita tenet Abbas in *c. Ad nures 24. nu. 6. Et in c. Dilectus 28. in fine h. t. ubi Felin. nu. 3.* Contraria tamen sententia probabilior, post plenum scilicet jus adquisitum quoad proprietatem licitum esse remove impedimentum adquirendæ possessionis; ex ratione, quod possessio secundum se spectata non tam sit jus spirituale, quam factum quoddam corporale, & tantum spirituali adnexa, quatenus ex titulo spirituali dependet. Spirituali autem titulo adquisito, possessio non potest præteriri, ut consequenda tamquam adnexa titulo spirituali, quo habetur, sed per se, ut quid corporale per se & immediate debitum; ut nulla possit dici subesse Simonia, redimendo vexam circa illam, cum solum redimatur factum, non jus. Dicta procedunt in casu, quo jus circa proprietatem est certum. Nam si circa illud dubium foret, id eo que negaretur possessio, tunc non per se sola possessio redimeretur, sed ut adnexa juri, & sic ipsum quoque jus. Navar. *d. c. 23. nu. 102. §. Offavo.* Binsfeld. *ad c. Dilectus 28. h. t. qu. un. Concl. 3.* Non obstat *d. can. Decimas* quia prohibitio, de qua ibi, non est fundata in eo, quod redemptio ista sit simoniaca, sed ne detur laicis occasio similes injurias exercendi spe talis lucri.

Ut prædicta redemptio procedat, requirunt aliqui, ut sine magno incommodo aut mora non possit Superior conveniri, qui vexationem auferat. Quæ limitatio bona quidem in foro exteriori, ad evitandam præsumptionem Simoniæ; posita tamen revera vexatione, in foro conscientiarum non est necessaria. Idem dicendum, si possidenti beneficium denegentur fructus, qui citra ullam labem redimantur, cum non adducantur ut adnexi spirituali titulo, sed secundum se. Secus est, si denegentur, revocando in dubium jus ipsum beneficii, tunc enim non magis liceret redimere fructus, quam jus ad illos. Turrescra. in

can. Altaria l. q. 2. art. 2. Et in d. can. Decimas. Suarez. *d. c. 50. nu. 32. Et seqq.*

Quæritur ulterius, An sit licitum præsentare aliquem ad beneficium litigiosum, ut suis litiget expensis, probetque jus præsentandi pertinere ad præsentantem? R. Videri pactum istud esse onerosum, non sine labe, eo quod plus exigatur à præsentato sub obligatione, quam facere teneatur scilicet verificare suis expensis, quod jus præsentandi pertineret ad præsentantem quod esset loco pretii præsentationis, & non sine labe, ut videtur supponere Navar. *Conf. 12. nu. 1. in fine h. t.* ubi defendit conditionem istam, ut, nisi præsentatus intra tempus à jure statutum prosequatur præsentationem suam, liceat præsentanti contravenire, & uti jure suo, nihil includere mali. Add. Suarez *c. 28. nu. 14.*

An Beneficium post multas expensas obtentum licet quis resignet sub conditione expensarum restituendarum? R. Id posse videri prima facie, eo quod resignans non petat nisi servare se indemnem, beneficium alias gratis tribuat alteri. Dicendum tamen, labem subesse, quia onus solvendi tales expensas non est adnexum beneficio, sed extrinsecum, illudque non imponitur, nisi quia beneficium datur, atque ita pro beneficio, quod est simoniacum. Deinde expensæ illæ non concernunt utilitatem ejus, cui fit resignatio, sed ejus, qui resignat, ut non rectè exigantur. Simile est in domo, super quâ quod multa sint factæ expensæ, non ideo domus ultra justum valorem æstimanda, etiam si eum excedant expensæ, ut non est infrequens. Nec posset ea res purgari auctoritate Pontificia, nisi ex causa separet fructus à beneficio. Vid. Azor. *p. 2. lib. 7. c. 27. qu. 7.* Flamin. *D. resignat. benef. lib. 14. qu. 7.* Suarez. *c. 35. nu. 24.* Binsfeld. *ad c. Cum essent 12. h. t. q. 6. Concl. 8.*

An in permutatione sit licitum pactum, ut alter solus expensas subeat pro expeditione Bullarum? R. Non videri, ex eo, quod, cum illares ad utriusque onus spectet, non citra labem alteri tantum imponatur, cum gravamen illud sit pretio æstimabile, videaturque dari in compensationem beneficii, Suar. *c. 24. in fin.*

Itaque sub munere à manu continetur omne donum, consistens in aliquo habente emolumentum temporale, etiam si jus habens in

se spirituale, cui annexum quid temporale, ut etiam permutatio rerum spiritualium non sit ita licita, secundum dicta sup. *De rer. permut. & probatum sup. h. t. nu. 40. Vid. Suarez c. 38. in fine.*

70 Q. An renunciatio sub pensione sit simonica? R. Cum pensio sit mere temporalis, non posse non esse simoniacam renuntiationem factam, reservata pensione; & quidem contra jus divinum, non etiam tantum contra jus positivum humanum, cum illiusmodi renunciatio contineat expressam commutationem rei spiritualis pro temporali, pensione scilicet, quæ solum est onus aliquod pecuniarium absque titulo spirituali. Ac proinde ut numeratio pretii pro beneficio poneret simoniam contra jus divinum, ita & hæc ponet; cum sit æquivalens reservatio pensionis numerationi pretii, quia utraque continet commodum mere temporale. Posset tamen vitium hoc vitari, si fiat in manibus Pontificis, itque approbet, qui potest fructus separare à beneficio, atque ita illos pretio æstimare, & gravare pensione, secundum dicta supra eod. nu. 40. Vid. Redoan p. 1. c. 25. & p. 2. c. 12. & seqq. Navar. in *Summa c. 23. nu. 108. Suarez. c. 35. nu. 21. & seqq. Binsfeld, ad d. c. Cum in Ecclesia 9. qu. 2. h. t.*

71 Alia questio est, An & facta in favorem tertii sit simonica? R. Certum esse, resignationem purè & absolute factam; sine designatione personæ cui consultum vult resignans, nec per se malam esse, nec prohibitam, quod neutriquam detur temporale pro spirituali. Fieri etiam licet in manibus inferiorum Prælatorum, exceptis majoribus, ut renuntiationibus Episcopatum, & similibus, quæ non fiunt nisi in manibus summi Pont. propter præjudicium Ecclesiarum: ita tantum, ut secundum Bullam Pii V. an. 1558. incip. *Quanta Ecclesia*, collatores talium beneficiorum ea non conferant suis non resignantium consanguineis, adfinibus, familiaribus. Certum quoque est, resignare in favorem tertii, cui bene vult resignans, juri divino contrariam non involvere simoniam, ut rectè tradit Covarr. 1. *Var. Resol. c. 5. nu. 3. & eum secutus Suarez. c. 35. nu. 2. cum non detur temporale pro spirituali, sed gratis dimittatur in favorem tamen certæ personæ: qui respectus non facit, quin gratui-*

ta sit resignatio, ut nequeat dici simonica pro divino.

Ut querendum sit, An jure Ecclesiastico prohibita? R. Quod adfirmat confirmantia, Gl. in c. *Dilectio sup. De pæben. h. t. c. Non satis 8. h. tit. Navar. d. c. 13. nu. 10. Ad decimum, & alii allegati à Suarez. c. 35. 3. Probatur per generales Juris regulas, præ admittunt in spiritualibus ulla conditione pactiones, ut autem huic aut illi renunciatio est, Verum non videtur illi renuntiationem continere pactioem prohibitam, nec cum posse extendi generales regulas pactioem in spiritualibus, cum renuntiationem permutatio fiat in eundem favore tantum sit prohibita, sed permissa. *permut. in 6. & expt. sicut in c. Conventum 8. sup. eod. tit. ubi resignatio facta in favorem nepotis non ideo retractatur, ut dicitur; quia facta in favorem, sed quia tantans compemutantis præbedam, ut resignasset in suum nepotem, permutatio à sua parte completere fraudulose non potest, quod illa resignatio non inferat gravamen Prælato, quam permutatio, si minus odiosa est, ut quod in illa permissa in hac permissa debeat. Ut dicendum est, renuntiationem ejusmodi in favorem tertii continentem vim rigorosæ & suspensivæ canonis, sed tamquam modum aliquem resignationis absolute factæ conjunctum, non esse illicitam, & coram Episcopo rectè fieri, si acceptari sine ulla culpa; nec renuntians peccare, nisi intentionem omnimodam Episcopum habeat, quia vult in dante resignationem, quam nequit, jure communi, cum liceat illi intendere tantum, tantum Episcopum, quatenus tali persona tantum. Quod facit, quod interior intentio, tantum conferatur certæ personæ non ipsi, ut ut tradit Navar. d. c. 22. nu. 107. in fine, quando sup. De refer. Except. 4. Decretal. Cum essent 12. h. t. qu. 6. Concl. 6. & Gl. 1. in can. Ordinationes 113. l. 1. ut bene expressa sit dicenda inficere. Unde potest etiam inferre gravaminis Episcopo, cum resignatio facta absolute, ut possit etiam inferre alteri, & de rigore alteri facta**

tenebit, cum nullum jus obliget ad conferendum personæ nominatæ. At tamen non peccabit, si illi conferas, in cuius gratiam est facta, modo personæ quæ sit mereatur: & ita habet communis sententia ad usus. Verum posset videri ob stare prædicta Pii V. Bulla, quæ videtur prohibere, ne intentio qualiscumque intercedat designandi successorem à resignantibus. Sed dicendum, Pium V. non tam agere de resignantibus, quam de ipsis Prælati, quibus non est licitum promittere resignanti, sub eiusmodi modo se eidem collaturum, in cuius favorem resignat. Et hæc ita de resignatione simpliciter in favorem, secundum tradita à Suarez d. c. 35. nu. 4. & seqq.

Quid si addatur conditio suspensiva resignationi, quæ inducitur per clausulam, *Non aliter nec aliter*? R. Clausulam istam non ponere Simoniam contra jus divinum, cum ita renuntians nihil temporale petat, aut accipiat pro spirituali, Non etiam esse Simoniam prohibitam jure Canonico, si pactum non intercedat cum Episcopo, sed resignans tantum intendat talem renuntiationis modum. Qua in re licet peccet, non tamen potest dici simoniacus proprie, cum non subsit commutatio unius pro alio, nec realis nec mentalis, imò nullus subsit contractus onerosus, sed tantum limitata ad certam personam donatio, non gravis Episcopo, qui potest illam non acceptare, & acceptando non committet Simoniam, quia nihil temporale intervencit. Ut etiam videatur posse personæ nominatæ providere citra labem, si id non faciat ex pacto aut obligatione, quamvis non bene agat, ut dicitur inferius.

Ubi aliqui volunt, Episcopum acceptatum beneficium taliter resignatum posse, rejecta conditione, conferre cuibet alteri, præteritendo nominatum, quod conditio habeatur pro non adjecta, quæ sententia est Covarr. 1. Par. c. 3. n. 5. & 6. Verum contrarium est verius, quia quando fit actus cum aliqua adjectione, debet totus recipi vel rejici, neque enim potest acceptari quoad partem; nec verum est, conditionem haberi pro non adjecta, quia hoc jure non probatur. Itaque dicta resignatio etsi in rigore non sit simoniaca, non potest tamen licite fieri coram Prælato inferiore, nec ab eo acceptari aut conferre secundum condi-

tionem appositam, quia damnantur hujusmodi resignationes, propter imaginem Simonia, cum renuntians videatur Prælatum cogere ad conferendum nominato, etiam si Prælatum id faceret non ex vi pacti, sed suo arbitrio. Ut tales renuntiationes, cum sint tantum prohibita, recte fiant coram Pontifice, qui vitium, quod subsit, purgare potest. Quod si pactum precedat cum Episcopo, certum est, esse renuntiationem simoniacam, saltem quia prohibita, ex eo, quod Canonici inprobent pactiones circa beneficia, cum obligatio ex parte Episcopi videatur onus aliquod, vel obsequium pretio æstimabile. Coram Pontifice facta hujusmodi resignatio & admissa purgatur à vitio, videtur enim Pont. admittendo talem super vitio dispensare.

Ubi posset quæri, An acceptata resignatione, possit Pont. alteri, quam in cuius favorem facta conferre? R. Etsi quibusdam videatur licere Papæ, verius tamen, minime esse permissum, propterea quod renuntiantem invitum privaret suo beneficio sine iusta causa, quam non ponit talis renuntiatio, cum coram Pontifice fiat sine peccato, & soleat Pont. illam acceptare, & secundo in eius conditionem conferre personæ nominatæ. Plura de hac materia vide apud Flamin. lib. 13. qu. 3. Garf. De beneficiis p. 11. c. 3. num. 151. Azor p. 2. lib. 7. c. 27. q. 4. Less. lib. 2. c. 35. Dubit. 14. Suarez d. c. 35. nu. 19. & seqq.

Ex dictis fortius inferitur, resignationes seu cessiones reciprocas non recte fieri coram Ordinaris, colore seu titulo permutationis v. g. *Resigno meum beneficium in favorem tui nepotis, ut tu resignes tuum in favorem mei nepotis.* Idem jus in triangularibus, v. g. *Renuntio meum beneficium Petro, ut Petrus suum cedat Paulo, Paulus suum mihi.* Cujusmodi resignationes etsi videantur esse permutatio, non tamen pura, sed mixta cum resignatione in favorem tertii. Episcopis autem non est permessa potestas, nisi ad puras permutationes probandas. Item intercedit pactum renuntiandi in favorem tertii pro alio simili: ut approbatio excedat Ordinariorum potestatem. & res ea non fiat licite nisi coram Pontifice. Vid. Azor, d. c. 27. qu. 5. & p. 3. lib. 12. c. 12. qu. pen. & ult. Suarez d. c. 34. nu. 19. Less. lib. 2. c. 34. n. 87. & 88.

Et

Et hæc ita quoad munus à manu, quatenus temporale quid venit, quod habet rationem pretii respectu rei spiritualis. Quo casu cessat omne dubium, nisi causa dandi aut recipiendi pretium à præstante quid spirituale honesta subit, quæ faceret cessare vitium. Sic Sacerdos pro Missa dicenda, aut dicta, nullo malo more accipit stipendium, etiamsi sine eo Missam non esset dicturus, quia habet honestam causam intendendi stipendium, ut conditionem necessariam, sine qua Missam aut non diceret, aut non applicaret isti persone. Suarez c. 36. nu. 7. circa fin.

75 Superest, queratur de casu, quo spirituale pro spirituali venit dandum. De permutatione beneficiorum dictum supra *De rer. permutat. nu. 6. & 7.* eam sine Superioris auctoritate factam spectare ad Simoniam prohibitam. Quod & dicendum quoad communicationes actionum pertinentium ad functiones beneficiorum, quæ à potestate vel jure aliquo speciali procedunt. Quo modo Simonia committeretur, si duo electores ita inter se paciscantur, *Tu elige hunc, ego eligam istum*. Similiter, *Presentabo T. ut eligas C. Si eligas M. confirmabo S. vel conferam tibi beneficium, aut promitto tibi beneficium, c. De hoc 11. hoc tit.* Item, si patronus paciscatur presentare N. si sibi beneficium reuertitur. Ratio non est commoda, quam dat Panorm. in c. *Cum olim nu. 4. sup. de rer. permutat.* quod scilicet ejusmodi sint personalia, nec mereantur personas; cum illa ratio faceret quidem esse ista non permutabilia, quod cohereant personæ, non tamen & ideo Simoniam saperet eorum inter se commutatio. Unde ratio vera consistit in pacto prohibito, circa beneficialia, & iis connexa, c. *Prædem & c. fin. sup. De pact.* Talia autem sunt adnexa beneficialibus, cum ad illa ordinantur, & ab iis habeant æstimationem. Præterea licet videatur spiritualis functio pro spirituali commutari, moraliter tamen loquendo non æstimatur ut spirituale, sed ut via & medium ad lucrum temporale, cum beneficium oblatum pro electione sit vice pretii. Ita Suarez c. 31. nu. 14. Similiter & oblata electio unius cedit loco pretii confirmationis alterius, ut non possit non inferri ista commutatio ad Simoniam prohibitam. Eodem & spectat pactum ut unus cedat alteri presentationem, qui vi-

cissim illi conferat expectativam, quæ Pont. habet. Suarez d. c. nu. 17. Hæc quid dicendum de casu, quo collatum est jus per Pont. ex aliqua communicatione g. Academia Lovanienis, tunc vero conferre beneficia in sua diocesi præsentia, unus ut obtinere possit præsentationem, offert liberationem à duntaxat reliqua collatione. Nam clarum est, non esse liberam à Pont. collationem ejusmodi non esse liberam à Pont. quandoquidem ex pacto circa beneficium collationis uni isti faciendæ. Quæ tradita à Navar. *Conf. 5. & 8. nu. 4. Conf. nu. 1. & 2. & alii.*

Postremo queri hic posset, An mutatur ad munus à manu convivia & præsentatione invitantur collatores sapienter negantis beneficium? Non esse dubium prævio rem esse simoniacam, cum pro spiritu-ali venit. Neque enim potest negari temporale esse, convivia & similia, exhibere collatoribus, quod præcipue conferant ad corruptum præsentationem. Unde iol. *Quisquis in Claretar. mutans judex exilio ponitur, quæ tot legum atque provinciar. Quod potest dicendum, quæ sufficienter ad cordos eorum animos, qui spiritualia duntaxat & faciunt rem spiritualem vilescere, & utilitate temporali commutetur. V. *similis c. 38. nu. 7.* Sed quid si collator præsentium? ut Lovanii nuper commutatione alicujus præbende simpliciter, quis appetebat & ambiebat fore, ut teneretur excipere isto modo commutatione Lectionis sibi collatae, & Capellania, tractavit præter solentibus diebus, adeo, ut conviviis huiusmodi cessarent lucrum Lectionis annuatim nis aliquot, & hoc instans Capellania taliter? Cessante explicito pacto, in primis non vacare sordibus, quæ ad corruptendos animos collatoribus quam vobis præcipue possunt sympathetum. Secundo, Et si pactum explicitum verit, non tamen implicitum, ut non videatur carere labe Simonis; quæ caret beneficium istud eo tempore,*

symposia exhibebantur, non poterat non intelligi, ideo ea exhiberi, aut animi pararentur, corrumpentur: quod non decet virum probum, cujus est animus a fordibus alienus, vel ille debet. Et licet Navar. In *Summa* c. 23. n. 191. in *fin.* neget esse simoniacum, mutare indigentem, cum spe minus principali & remota consequendi postea ab eo aliquod beneficium spirituale; non loquitur tamen illo in casu, quo exhibetur alteri officium, vacante beneficio ut in casu proposito, sed quo necesse beneficium vacat. Et haec de Simonia muneris à manu.

76. Secundum est munus ab obsequio. Obsequium aliud temporale, quod est opus hominum, quod ad usus & commoditates sive corporis sive animae, in sua tamen naturali perfectione spectat, ordinatur: aliud spirituale, quod est omnis functio spiritalis, ut ministrandi Sacramenta, & similia. Quantum ad prius, certum est, temporale obsequium, quantum ex se, esse sufficiens pretium Simoniae, si pretio sit aestimabile, & per se pro re spiritali obtinenda fiat; autè converso, si res spiritalis loco pretii tradatur pro obtinendo obsequio, quia est commutatio rei spiritalis pro temporali. Unde pro obsequiis exhibitis dare beneficium est Simonia, cum detur in recompensationem rei temporalis, debiti scilicet resultantis ex obsequio, quia resolvitur tandem in debitum pecuniarium. Et satis est, quod ex illo orta sit obligatio iustitiae ad condignam compensationem temporalem; neque enim nisi ratione obligationis ex iustitia datum spirituale pro temporali ponit Simoniam. Nam moveri quidem per obsequia praestita, ad dandum alicui beneficium ultra debitum omniae gratis, nihil habet simoniaci, quia tunc obsequia non habeant ratione pretii, cum nihil ejus nomine debeat, sed solum conciliant benevolentiam, à qua procedit gratuita collatio. Dico, cum nihil ejus nomine debeat; nam si quid deberetur, collatio beneficii videretur facta esse in recompensationem ejus, atque ita non extra labem; nisi obsequium praestanti salva maneat sua obligatio ad temporalem recompensationem obsequio proportionatam. Ubi non refert, obsequium sit ad bonum aut malum finem, iustum aut iniustum, quia tota ratio in

eo consistit, quod non detur ut pretium obsequii, in quo solo versatur vitium. Tantum illa distinctio confert, ut provisio sit iusta vel iniusta, aut dispensatio beneficii ex curpi & catu-ali adfectione, quae non ponit proprie Simoniam. Hinc frequens habet consuetudo, Praelatis Ecclesiasticis, aut etiam secularibus Principibus, quibus est jus praesentandi, exhibere servitia sine ulla mercede temporali, spe tantum beneficii alicujus sive favoris ad illud obtinendum. Pro quibus beneficia conferunt, aut ad obtinendum praesentant illi quibus servitia exhibita, & quidem sine labe, modo cesset pactum, non tantum explicitum, sed & implicitum, nam & hoc adficeret labe collationem aut praesentationem: quale intercedit in exhibitione necessarium officiorum, quae causat intrinsecè obligationem iustitiae ad reddendam mercedem operariis, quae non potest persolvi sine labe perdonum spirituale. Non est etiam à labe immune, dare beneficium, cum onere exhibendi temporalis obsequii, non adnexi beneficio, quia veniret pro spiritali temporale; & propter illud imponitur obligatio, quod includit Simoniam, c. *Cum essent* 12. h. t. Quod si pactum cesset, sed tamen conferatur beneficium gratis viro bene merito & digno sine & intentione habendi illum benevolam, quae utendi ejus opera ex gratitudine & amicitia, nihil mali includit, cum spes gratitudinis, non faciat, quin gratis dentur spiritalia. Dico non adnexi; nam si adnexum fuerit obsequium temporale illud conferte cum obligatione oneris nihil involvit mali, cum expressio eorum, quae insunt, non mutet rei conditionem. *h. Si Titio* 22. §. 1. D. *Quando leg. ced.* Vide plura hac de re apud Suarez. c. 39. n. 5. n. 6. seqq.

Potest & vacanti beneficio onus imponi de novo ad obsequium Ecclesiae etiam temporale, ad quod tenebitur is cui beneficium conferitur, nec suberit ulla Simonia, dummodo adnexio fiat ante collationem ab eo, qui habet potestatem quod facit text. in c. 1. inf. *De magistris*, & faciunt tradita sup. *Vt Eccles. benef. sine deminat. confer.* Quae adnexio non alias licite fiet, quam si res spiritalis habeat adnexa temporalia commoda, quibus temporale obsequium sit proportionatum. Nam dare aliquid spirituale pure adnectendo tempo-

tal obsequium, esset dare spirituale pro temporali tanquam pretium, neque enim potest obsequium onerosum habere rationem stipendii sustentationis, ut spirituale videatur dari in satisfactionem talis obsequii; Suarez *d. c. 39. nm. 9. & 10.*

Quantum ad obsequium spirituale, non potest dici habere rationem pretii ad Simoniam sufficientem, non tantum si sit adnexum beneficio, sive de antiquo sive de novo adnectatur ab habente auctoritatem, quia cessat pactum, probatur id ipsum *c. Significatum 11. sup. De prob. verum & non adnexum iam exhibitum, quia commutatio inter spiritualia, ut talia non potest dici simoniaca, quippe nec intrinsece mala nec prohibita, quando nimirum voluntarie obsequium fuit exhibitum, nullo pacto praevio; cum non sit ratio, cur tum spirituale obsequium possit habere rationem pretii, quia pro illo nihil potest ex iustitia exigi. Quod si obsequium spirituale sit prius exhibitum, cum conditione, naturali jure ibi contenta, recipiendi stipendium justum sustentationis, illicitum foret, per spirituale beneficium satisfacere pro debito stipendii, & se liberare ab obligatione ista, quia daretur pro temporali spirituale; praecedens enim obsequium licet spirituale, peccat tamen obligationem ad rem temporalem. Ita ferè Suarez *d. c. 39. nm. 11.* Pactum praevisum ad obsequium spirituale pro beneficio spirituali jure naturae non potest rem facere prohibitam, quia non venit pro spirituali aliquod temporale.*

77 Dubitatum autem, An non sit simonia contra jus Ecclesiasticum? R. Ita dicendum esse, quod obsequium illud spirituale videatur aliorum subire rationem pretii. Quod facit *c. h. sit. ubi promissum beneficium pro ius electione ad Episcopatum non potest retineri tanquam acceptum si moniacè. Et hoc, si accipiatur vox electionis, ut detur pro beneficio, tunc enim est loco muneris ab obsequio, quia danti beneficium sit obsequium per suffragium. Nam si consideretur beneficium datum pro voce electionis, beneficium erit tanquam pretium & loco muneris à manu. similiter si duo aut plures inter se conveniant, ut sibi invicem obsequantur, nunc unius amicum eligendo,*

postea alterius, si moniacè hoc & similia saltim quia prohibita. Huc accedunt iura, quae prohibent pacta, conventiones in spiritualibus, praefertim in beneficiis & ministeria Ecclesiastica, ut ex potestate spirituale quid dare non sit sine laetitia ordinariè talia obsequia habeat quid temporale aut ejus debitum, sicut modum stipendii. Quo modo Episcopus rectè promittit vicario suo beneficium quot annos serviet illi in spiritualibus, tunc rectè praefertat aliquem in celebrandi Missas per aliquod tempus, vel Litanias pro se, Improbatur & prohibentur Episcopi aliqui, aut Praelati, vel ministri suis, de dando saltem, nec provideant de beneficio, quia *Navar. c. 25. nm. 13.* probet, improbatur motio ab aliquo conseqeudate pro mo Praelato ministrare in spiritualibus mali in se involvit, modo tamen obsequii non cedat in liberationem à subiectis, quam tenetur praefare Praelato spiritualia obsequia, Vid. Suarez, *d. c. 13. & 14.*

Quæri posset, An labem aliquod spirituale obsequium adnectere temporale sive temporale quid relinquere sub obsequio spiritualis obsequii? R. Adfirmare Innocentius *1. seg. id non esse extra Simoniam* sentit Abbas in *d. c. significatum 11. sup. De prob.* Verius est, hoc nihil mali includere spectes jus divinum, quia non cessat esse per temporale oblatum, cum per se quatur res temporalis ad certum tempus spirituale, licet sub conditione capitis Ecclesiasticum, cum non interveniat aut jus idipsum prohibens, sicut in loca juris in contrarium id permittit uti *c. Olim sup. De restitut. spuar. & h. sup. De condit. appol. & p. 2. c. 1. De testam. c. Ex parte. De veri. spuar. & h. Dudum De sepul. ubi sub conditione modi relicta approbantur. Et in usu Ecclesiae esse, recipere relicta ad fundandam Ecclesiam, legatum, vel sus vel ratione anniversariorum, vel*

nere distribuendi eos pauperibus, quæ res ne
ambam quidem Simoniam sapit. Ita Suarez *d. c.*
29. nu. 18. §. 1. 199.

Munus a lingua complectitur humanas pre-
ces, supplicationes, intercessiones, laudes, adu-
lationes, & alia id generis. Dicitur, humanas;
nam spirituales continentur sub obsequio spi-
rituali.

Ubi questum, An propter preces dare bene-
ficium sit Simonia? R. Ita aliquos velle si for-
male motivum & ratio dandi spirituale sint pre-
ces; ex ratione, quod preces quasi intrinsecè
contineant promissionem favoris temporalis,
& humanæ amicitia; quæ sunt pretio æstimabi-
lia. Facit eodem tenore *can. Ordinationes 113.*
l. 1. ubi falsæ dijudicantur ordinationes pretio,
vel precibus pro se aut alio indigno obtinere.
& can. Pueri 120. eod. q. 1. ubi improbat in
ordinatione venalitas, potentia, supplicatio per-
sonarum interveniens. Similia habentur multis
aliis in locis, & c. Nemo 14. hoc tit. de quo infra.
Contra tamen videtur, postulare à Prælato bene-
ficium aliquod, & obtinere per preces, im-
portunas supplicationes, laudes & similia, ni-
hil involvere mali per se & seclusa omni pro-
missione extrinseci boni, pertinentis ad munus
à manu vel obsequio, cum nihil interveniat
temporale. Ut preces istæ non possint dici, ha-
bere rationem pretii, & Prælati earum in-
tuitu motus nequeat dici simoniacus, si be-
neficium petenti pro altero conferat; quia ea
res nec concernit vitium aliquod repugnans ju-
ri divino, cum dare propter preces tales non
sit vendere, nec Prælati conferens recedat à
gratuita donatione, ut nec per preces obti-
nens sibi vel alii potest dici emere, quia non
obtinuit mediante re pretio æstimabili: ne-
que juri humano, quia nullibi talis prohibi-
tie invenitur, imò potius loca multa sunt,
quæ concessa ad preces beneficia non tam im-
probant, quam approbant. Exemplum est in
can. Lasorem 121. §. can. Filium 122. l. 1. q. 1. ubi
Pont. se precibus inductum fatetur aliquos
ordinales; quæ loca Gratianus adducit, ut o-
stendat ordinationes ad preces aliorum fa-
ctas non esse semper improbatas: & in c. Tu-
nos 34. h. 1. admissus ad Canonatum, quia
humiliter rogasset, nihil labis commississe di-
ctur. Vid. Suarez c. 40. nn. 2. 7. eadem ratio

obtinere, in eo, qui pro se beneficium precibus
& supplicationibus obtinuit à Prælato, quia sci-
licet non magis pro se oblatæ preces possunt
habere rationem pretii, quam pro alio: nec po-
test sibi penes beneficium aut dignitatem præ-
sumptuosus videri, aut ambitiosus aigui, si mo-
raliter & sine temeritate se dignum reputet,
cum ita habeat usus Ecclesiæ. & Trid. *sess. 24. c.*
18. De reform. ordinat. ut beneficia, quibus ad-
nexa cura animarum, per concursum conferan-
tur digniori, ut tacite videatur invitare ad se
offerendum & petendum. Quod nec prohibi-
tum, nec malum per se, cum possit fieri bona
intentione, cessante ambitiosa præsumptione,
si quæ non suo tantum judicio nitatur, sed &
aliorum & judicio ducatur, dignumque
se judicet, non quia alius præferat, sed quia
illis eocurrat. Suarez d. c. 40. nu. 2. 7. Bion-
seld. ad cap. Cum essent 12. h. 1. qu. 2. Concl. 6.
Quamvis hodie plerique, pro dolor! etiam dum
vident se aliis magis dignos, aut cum se nesci-
ant dignos, imò videant indignos, & alios dig-
nos aut magis dignos audiant prædicari, eos
stultæ ambitionis venerint, ut neutquam ce-
dant, sed eo importunioribus agant precibus &
sordibus, secundum illud Plautinum, non quo
modo, sed modò habeatur quæritur; quæ res &
Ecclesiæ perniciem & Reipubl. interitum gene-
nerat

Dicta procedunt, si quis digno sive indi-
gno precibus impetret beneficium; nam in-
dignitas personæ non facit pretium interven-
nisse, cum faciat preces quidem injustas, &
collationem injustam, non tamen simoniacæ
infectum labe. Quo modo distinctio Gl. in *d.*
can. Ordinationes, inter dignum & indignum
concedit. Non obstat *d. can. Ordinationes*; nam
ibi agitur in genere de illicitis modis adqui-
rendi beneficia, ad quos spectat, precibus &
supplicationibus aliorum moveri, & conferra
beneficia, cum sæpe contingat conferri ea vel
nihil meritis, vel minus meritis & indignis.
Sic quoque accipiendus *d. can. Pueri*, ubi ve-
nalitas beneficii comparari videtur cum sup-
plicatione pro beneficio; nam hoc non quasi
propriam Simoniam constitueret, uti ponit
venalitas, sed quod per istiusmodi supplica-
tiones contingat conferri beneficia immeri-
tis. Magis videtur ob stare *c. Nemo 14. h. 1. ubi*
gratia

gratia & favore penitentem adducere ad poenitentiam iudicatur simoniacum, per gratiam autem & favorem, indicantur preces. Sed dicendum, in isto Cap. per gratiam non intelligi illam, quam facit collator; nec per favorem, quem exhibet conferendo; sed gratiam, quam praeferendit ab eo, cui confert, & favorem simili-ter, quem sperat se consecuturum, & tunc transeunt preces in promissionem simonia-ecam, cum supplicant locum pretii. Quo modo & acci i postet verbum, *Precibus*, per quas ordi-nati dicuntur non intrate per obitum, id est Christum, in *d. can. Ordinationes*, Vid. Suarez *d. c. 40. nu. 8. 9. 10.*

81 Q. An licitum sit uti viro potente aut fami-liari Pontifici, Episcopo, aut simi collatori, cuius precibus consequatur quis beneficium? *R. Si precibus* ... *aut familiaritatis ratione commendat, & ita impetret beneficium, nihil plus viri potest dici ea res involvere, quam si quis suis preci-bus immediate consequatur beneficium a col-latore, cum preces istae duplicatae non ponant pecuniam, & usus habeat etiam timoratis ho-minibus, uti conciliatoribus, coram collato-ribus ut facilius desiderii sui fiant compotes. Quod si pro suffragio aut precibus detur pecunia, non caret res vitio, quod videatur pro pretio quis consequi beneficium, saltem in causa morali. Nec obstat, quod collator libere conferat; nam hoc est ratione ignorantiae ex parte ipsius, non ex parte conciliatoris, qui preces vendit, virtute quarum, quantum in se est, vendit beneficium, nisi id, quod datur, detur boninae molestiarum, secundum dicta sup. *cod. nu. 60.**

Haec ita quoad preces, laudes, & similia, per se accepta, & seclusa omni promissione extrinseci alicujus. Nam si collator obligare collatorem, vel eum, pro quo intervenit ad preces pro se offerendas, intendat, res non vacat labe; quia ejusmodi obligatio precum, aut intercessionum & laudationum est loco muneris à lingua ei, à quo expectatur bene-ficiam, & quidem ut temporale lucrum, eu-jus nomine datur spirituale. Si tamen pactum intercedat; nam absq; eo collatio dicenda pro-cedere ex gratitudine. Idem dicendum, si pro-mittatur beneficium sub conditione, ut is, cum

promissio facta, intercedat apud Pontificem pro collatore. Unde dici posse videtur collatio esse immunitas à labe, si collator non fecit alicui, nisi rogatus à certo quodam quem per hujusmodi collationem collator stringere desiderat. Pactum enim videtur bitum jure saltem Ecclesiastico videtur obligatio ista, qua favorem temporariae munitiam alicujus venatur & collator debet, sit pretio arhimabilis, & non onus ei, cui imponitur. Et ad hoc est certum est superius spectare de collatione *mo hoc tit. & d. can. Ordinationes*, hinc. *A. que hoc est, quod dicitur, non debet accipere quidem numerotum per ordinatione, & tamen Ordinatione gratia largiri, atque de largitate tantum solummodo retributionem quoniam nonnulli 114. l. 9. 1. Et subjungitur acceptum gratis non tribuere, quod pensio officio sanctitatis numerotum favoris. Et ita hujusmodi possunt dicitur à lingua, quae licet videtur cum muneribus ab obsequio, debentur propterea ab his possunt, quod habentur ganitur de muneribus, quae venduntur nec paltari per modum servitii obsequii ministerii. Dici etiam potest non ad simonia collator, qui coelertur fama ejus celebratur per laudationem cui confert, aut per eum, qui illud cognoscatur ut consanguineus: non temporale pro spirituali. Suarez *d. c. 12. & seqq.**

Ubi quaeritur, An solo titulo caritatis alicui dare beneficium sit contra aliquorum opinionem esse, remanet Simoniam aliquam, *Gl. in. nu. 10. 11. ten. sup. Vt Eccles. benef. sine dicitur* 14. e. *Ventens & c. Tu nos h. 1. Eusebius videtur in eo positum, quod collator non sit minus bonum temporale, quam humanus; ut cum ejus nomine datur beneficium, videatur quid spirituale datur porali. Veriorem tamen esse se collatorum, qui negant quid laois coelertur tionem beneficii propter consanguinitatem quam partem, alios referros, necet*

Variat. §. 1. m. 4. & suetur eandem Suarez e. 37. nu. 5. & 6. fundatam in eo, quod res ista nec obviat juri diviso, nec humano. Prius patet, quia dans consanguineo, ut tali, non dat spirituale pro temporali, cum nihil temporale recipiat, nullum pactum interveniat, nec datum datur consanguineo, quia tali, ideo minus sit gratum, cum nihil a consanguineo recipiatur, non consanguinitas, quia jam adest, ut licet propter eam, non tamen pro ea tamquam pretio collatio facta dici possit. Aliud esset, si ideo datum foret beneficium viro nobili, ut ab eo habitus collator pro consanguineo participaret nobilitatem, quia tum spirituale daretur pro temporali, ut paulo ante dictum. Postenus probatur ex eo, quod nulla datur Canonica constitutio, qua consanguineis conferre praevidenda prohibetur, nec ratio, ob quam ut simoniaca damnetur ab Ecclesia, cum nihil intercedat pretii, aut pretio aestimabilis. Licet posset dampnari ratione carnalis adfectus, qui facit etiam in male meritis cognatos conferri beneficia & munera Ecclesiae; quo in casu accipienda varia juris loca improbantia ex carnalitate animi & adfectu carnali collationes factas, eo que in casu accipienda reprehensio Pont. in d. can. vers. circa sup. Vi. Eccles. benef. sin. demeritis, confer. Ut collatio facta consanguineo alicui digno non possit dici continere quid peccati aut inordinati uti tradit Covarr. loco sup. tit. Cavendum tamen Praelatis, aliusve collatoribus a scandalo; facile enim possent nimio adfectu duci, ut dignum vel digniorem judicent consanguineum, qui revers non est. Negotium fallere videtur text in d. c. Nemo 24. h. r. de quo & alias actum: nam in eo sunt duae partes, & posterior habet materiam diversam à prima, ut quod ibi dicitur, utrumque esse simoniacum, non sit referendum ad partem priorem, in qua agitur de communicatione in peccatis alienis, respectu consanguinitatis & familiaritatis: aut si ad utramque partem textus sit referenda, dicendum, non agi ibi de propria Simonia, cum fieri non possit, ut ejusmodi prohibitio Ecclesiae ponat actionem istam simoniacam, licet bene alio modo illicitam. Idem dicendum de conferente beneficium, aut simile quid, ratio-

ne necessitudinis aut familiaritatis, ex eadem prioris ratione. Vide Binsfeld, ad c. 12. hoc tit. qu. 3.

Aliud dubium est. An collatio facta ab indulto per precibus armatas, puta per metum aut timorem, sit dicenda fordida? R. Hoc posse videri, ex eo, quod vitare malum impediens sit pretio aestimabile, ut ejus rationem subeat, quippe continens aliquod ten potale bonum, pro quo datur spirituale. Dicendum tamen, non esse Simoniam per se, & ex vi talis motivi, cum per hoc nec violetur jus divinum, neque humanum. De illo patet, quia tantum intenditur remotio causae, quae posset esse vitare malum, evitatio & depositio odii & voluntatis inferendi damnum aut malum aliquod, provocatio ad benevolentiam, neutiquam ut pretium, & cessante omni pacto. Deinde facit, quod jam dictum, ratione consanguinitatis & amicitiae conservandae quid spirituale conferre nihil sapere labis, quia nihil temporale datur: ut & ratione provocandae amicitiae & benevolentiae quid conferens sit dicentis carere labe, cum favore benevolentiam & generare ejusdem sint rationis. De jure Canonico ex eo probatur, quod nusquam constat eo jure merum haberi loco pretii, & talem actionem nulli jus istud detur, imo potius eum, qui coacte taliter operatus est, defendat, & reformationem ex isto metu factam irritet, resignante quae ad jus suum redire permittat, c. Ad aures c. c. Abbas sup. De his, qui vi vel metu c.

Quae ita procedunt, si non intercedat ullum pactum, quo ex causa rei spiritualis data obligetur inferens non ex se qui, sed à nocendo cessare; nam ejusmodi renuncatio juris nocendi est injuste, est pretio aestimabilis, & fit ex pacto in spiritibus improbato, quo intenditur quaedam obligatio non nocendi, quae est pretio aestimabilis. Aliud est, si intentio ista sit interna, quia illa non est de pretio, sed de benevolentia concilianda isto medio. Imò etiam metum passus exprimat intentionem, rogando, ut cesset, & cum in finem offerat spirituale: nam licet tunc videatur aliqua subesse pactio, in rigore tamen non potest dici Simonia, eo quod non tam obliget violentum ad non nocendum, quam potius invitet

Qqq 3 & ami-

& amicabiliter inducat ad cessandum à nocu-
mento. Clarior ea res est, si ex parte violenti
fiat comminatio expressa mortis, si non re-
nuntiet beneficio, aut non conferat benefi-
cium, aut quid simile; nam per renuntiationem
aut collationem certum est non intendi
aliquid, quam evasionem periculi, non ut pre-
tium collatæ rei spiritualis, sed ut effectum
inde consequentem. Præterea eo casu conse-
rens aut renuntians non tam donat, quam
permittit ab alio subripi, argumento ejus,
quod dictum sup. tit. De j. rejur. de jurata pro-
missione solvendarum usurarum. Nec cen-
setur aliquid tunc recipere, quia licet non pati
malum sit bonum, tamen non est bonum col-
latum ab eo, qui cessat injuriam inferre, nec
illius respectu preti æstimabile. Ita ferè Sua-
rez d. c. 37. num. 9. & seqq. Adde Less. l. 2. c. 35. Du-
bit. 21.

84 Quid si merus sit jure incussus? R. Videri
eo in casu non deesse labem, ex eo, quod pro
avertenda justa punitione instante, quæ est
pretio æstimabilis, detur temporale, v. g. Si
judicem, ejusve filium quis præterit ad be-
neficium, ea intentione, ut ejus mitiget ani-
mum, inducatque vel ad absolutionem, vel
ad mitigationem pœnæ. Quod omnino ita
procedit, si pactum interveniat, vel promissio
rei spiritualis, sub tali conditione, quia æstima-
bilis pretio, & non raro contingit eam vendi,
licet inique & ab iniquo judice, ut dicen-
dum sit pro spirituali venite pretium. Quod
si intentio tantum sit mere interna, & nullo mo-
do exierit in actum exteriorem, non videtur
Simonia posse poni, quod cessante pacto, dans
spirituale intendat primario captare benevo-
lentiam, & per eam remissionem vel mitigatio-
nem pœnæ, nam licet injuste conetur cor-
rumpere judicem, quasi empro legum, arg. l.
Quisquis C. Si cartum per. non tamen simonia-
ce. Et hoc ita, quando de damno vitando, aut
inflictione pœnæ evadenda agitur. Suarez d. c.
27. n. 19.

85 Quid sit subitæ lucri amissio, nisi misantis
animum mitiget? R. Videti & hic distinguen-
dum, ut si ex pacto fiat oblatio rei sacræ mi-
nanti, ex timore amittendi sibi debitum,
casu isto oblatum non vacet Simonia, uti nec
vacaret datum sub conditione non petendi

debitum; quia certum est, hujusmodi
tionem esse pretio æstimabilem, conser-
tur in lucrum temporale, & quia appropria-
lioni rei sacræ, non posse vacare vio-
niæ. Nisi tamen violentia & injuriam
us in faciendâ solutione ponere exor-
vexationem; tunc enim potest hujus-
tum non tam pro pretio datum videri,
ut inducatur vexator ad bonum faciendâ
justitiam, atque ita ad tollendam vexationem
Si vero citra pactum fiat oblatio rei
nec intercedat nova obligatio in lucrum
potest ea res damari Simonia, cum non
intendatur lucrum, quam quod factum
piatur: ut intentio non faciat, quæ com-
tis detur beneficium, aut simile quæ
parte facit, quod non possit. Hujusmodi
simoniacus qui dat beneficium Tullio
ea intentione, ut satisfaciât sua
bus: ut idem sit dicendum, si ipse
creditor, cum non sit peioris conditionis
sunt alii creditores; quo casu ne quæ
sticiam committit, si digno contentus,
d. c. 37.

De Pœnis Simonie.

Hæc de materia Simonie, & modis
bus committitur: restat videre de
huic detestabili pravitate & pestifero
ut habet Extravagans 2 h. tit. peccata
sterrendos homines ab ejus exercitio
prænotandum, in Simonia tria con-
propositum scilicet internum, patet
teraam verbis vel signis indicatam, a
tionem pactiois; secundum quæ
tres constituuntur species, scilicet
Conventionalis & Realis, juxta Cassan-
Navar. d. c. 23. nu. 103. & in Commone. l. 1.
dato ult. nu. 7. h. t. Gomef. ad Reg. de
qu. 1. §. cum igitur, Redoan. j. 1. c. 1. nu. 11.
Theologi duas species faciunt, internam
licet & externam, quod esse peccatum
aut internum aut externum, atque
mentalem, aliam conventionalem: harum
rum aliam completam utramque in
quam Canonistæ vocant reatam, aliam
completam, quæ vel consistit in
minis conventionis, vel ab altera parte

rum impleta est, quam Canonista vocat conventionali: ut videatur divisio Canonistarum ratione sua subnixi.

Mentalis hic non accipiendi pro modo, proposito seu desiderio interno committendi Simoniam, si in nullum actum externum prodest; quia hic agitur de Simonia, ut ei poena externa applicari potest, non potest autem ulla mere mentali, sed illa, quae actum quidem externum vel effectum habet, malitia tamen eius se non prodit exterius, sed in mente manet, solaque intentione est simoniaca. V.G. Si aliquis conferat beneficium speremunerationis, alias non collaturus, quae subsecuta extra ullam conventionem, aut admittat ad Religionem spe alicujus muneris consequendi, de quo in *c. fin. h. t.* Sic etiam exhibere munus à manu, lingua, ab obsequio, intentione obviandi beneficium, alias non exhibiturus, omni pacto & explicito & implicito cessante, est simoniacus mentalis. Invenitur hujusmodi intentio interdum in uno tantum, interdum in utroque.

Conventionalis est, cum subest pactum implicitum aut explicitum perfectum dandi spirituale pro temporali, non tamen consummatum traditione. Unde patet eam distingui à mentali per additionem exterioris contractus à reali per carentiam traditionis.

Realis est, quando conventio est consummata traditione, scilicet & rei spiritualis & ipsius pretii, quod est extra dubium.

Quæritur autem, An quæ ab una tantum parte est impleta secundum conventionem dicenda sit realis, an conventionalis? R. Si tantum intervenerit traditio pecuniæ, vel rei temporalis, quæ est loco pretii, non posse dici consummatam Simoniam, atque ita tantum dicendam conventionalem, cum traditio rei venditæ demum consummet emptionem-venditionem, quia ante recedi à contractu potest, in *C. Quando ab empr. reced. lic. & res alteri venditæ tradi cum effectu, juxta l. Quoties 15. C. De rei vindic.* Ut ante traditam rem spiritualem non possit dici consummata injuria, unde nec poenæ juris habebunt locum ut dicitur inferius.

Controversia major est, si tantum rei traditio intervenit, quam sufficere aliqui vo-

lunt ad constituendam realem Simoniam, & consummatam; & ratione, quod in emptione præcipue consideretur res venalis, ut ejus traditio videatur consummare emptionem, etiam necdum tradito pretio, si de eo sit sufficiens promissio, secundum eorum præcipue opinionem, qui per rem traditam volunt haberi fidem de pretio, atque ita eam rem transire in dominium emptoris, ut vindicari nequeat à venditore, *Gl. in §. Vendita & communiter ibi DD. Infit. De ver. divis.* Facit, quod traditio rei secundum promissionem temporalis rei præviam non possit dici facta gratis, & ponat consummatam injuriam, ut poenæ juris tamquam ex delicto perfecto locum habere debeant, quæ de re infra. Verum etsi magis dici possit completus contractus traditione rei, quam pretii, non potest tamen dici verè completus, donec pretium accesserit, cum secundum veriore opinionem ante non possit dici transisse dominium, uti est colligere ex *d. §. Vendita Infit. De ver. divis.* si penitus textus ejus inspiciatur, per quem tenet D. Madaus in *l. Quod vendidit 19. nu. 6. & 7. D. de contrah. empr.* non censeri habitam fidem de pretio per solam traditionem rei, ideoque rem vindicari posse. Estque ea sententia Navarri. *d. t. 23. nn. 103. & in Comment. s. fin. hoc tit. num. 28. ubi aliter citat.* qui ante consummationem per interventum pretii negat poenæ juris habere locum. Adde Suarez *6. 41. num. 6 & seqq.*

His præmissis, certum est peccatum hoc esse gravissimum & mortale; unde in variis Juris Canonici locis vocatur *piaculare flagitium, execrabile, detestabile scelus, pestiferum vitium simoniaca pestis, cancerosum vulnus*, quod serpit ut cancer, Becke sic perniciosissimum. Ex quibus patet gravitas istius vitii, ut non possit non includere reatum mortalem, uti clarè colligitur ex illis D. Petri *Act. 8. verbis, Pecunia tua secum sit in perditionem. Vides te in felle amaritudinis, & iniquitatis esse.* Ut rectè Paphalis Pont. *can. fin. l. 9. 7.* dicat omnia crimina ad comparationem simoniæ hæretis quasi pro nihilo reputari.

Tantum quæritur, An aliquando possit esse veniale peccatum ex levitate materia? R. Generale esse, quod mortale est in suo ge-

mere fieri posse veniale ex levitate materiae, quae augeri & minui potest, ut in furto esse inferius dicemus, & in praesenti dici potest. Nam pretium potest esse exiguum, & res etiam ipsa spiritualis exiguae quantitate, ut parum aquae benedictae. Dicendum tamen simpliciter esse mortale hoc vitium, quod nec ex parte pretii, nec ex parte rei spiritualis ita deminui potest, ut transeat in veniale. Posterior patet, quia nullum donum gratiae, quod minus parvum videatur, potest esse vendibile sine gravi irreverentia & Dei ipsius doni: quod licet in suo ordine sit parvum, non potest tamen contemni, & pretio aestimari ac dari, quia non reputaretur tamquam pendens ex gratuita Dei donatione. Prius probatur, quia licet pretium sit parvum, nihilominus non sine magna irreverentia spiritualis res efficitur venialis, pretioque aestimatur; & quo promissori pretio datur, eo vilius aestimatur, irreverentiamque auget. Quod ita non obtinet in furto, mendacio, aliisque, in quibus materiae levitas irreverentiam minuit, ut reatum faciat venialem. Probatum ista pars c. *Extus* 20. h. t. ubi qui sex solidos pro sua ordinatione dedit, deponendus ab ordine & Monasterio dicitur includendus: & can. *Placuit* 102. l. q. 1. ubi tremissem exigentes pro Baptismo dicitur simoniaci. Teneat hanc sententiam Glos. *Panorm.* *Felin.* & alii, in d. c. *Extus* Navarr. d. c. 23. nu. 101. & *Conf.* 52. h. t. Non obstat text. in c. *Essequationes* 18. h. t. nam ibi etsi fiat mentio parvi munus, non tamen quasi excusaret a Simonia, sed quod non faciat praesumi intentione tali datum ut esset loco pretii, si non constet, quo animo sit datum, quia dubia in partem meliorem sunt interpretanda. Vide latius ista tractata à Suarez c. 3. nu. 5. & 6. & c. 38. nu. 2.

Patet itaque ex dictis, omnem Simoniam puniri divino iudicio: verum cum plures poenarum gravitas, quam Dei timor soleat ardeere atque avocare à peccandi voluntate, Ecclesia varias poenas constituit in Simoniacos, uti Excommunicationis, Suspensionis, Privationis, Inhabilitatis, Interdicti, Nullitatis collationis, & alias *Extravag. Cum desestabile* h. t.

20 Atque ut distincte procedamus ad men-

talem quod attinet, illam pure internum ut nullum opus externum. ex ea sui factum, certum est non comprehendere. Ecclesiasticis, inò nec illarum de capite cum Ecclesiastica jurisdictione non creditur directè ad actus mere interios. Quod licet in actum aliquem externum, ut recepto aliquo secundum intentionem, et pactum expressum vel tacitum, non potest esse, Ecclesiam posse tale factum de facto tamen non punire, ut patet c. h. t. quod habet, sufficere eo casu placare poenitentia, ut qui loca de suis.

Verum dubitatur, An conventionalis sit poenis Ecclesiasticis? R. Valde bene necesse sufficientem materiam poenae dicitur, cum actus sit externus contra personam perfectum; perficitur enim contra consensum in rem & pretium, ut tamen ponat injuriam rei spirituali. De hoc Tranced. refert Glos. in c. *Tua* nu. 14. sequitur *Redo* p. 4. c. 9. n. 2. & *Reg. do trien posses* qu. 12. §. *Quid* ubi ait beneficium esse dimittendum cum ex sola promissione, sine alio memento. Verius tamen, Simoniam poenitentialem, id est à neutra poenitentiam, non puniri poenis juris poenitentiae lato latis contra simoniacos, atque poenitentiam non incurri censuras, si habiles poenitentiam, si quae ipso jure latae. Ratio est, quod talis conventio non ponat nisi coactionem, anis non debet nocere, ut solus ad inducendam poenam, *De R. I* in 6. Quod facit, quod poenitentiam de poenis Simoniacorum, ut tamen tantibus tantum dationes & receptiones eos, qui dando vel recipiendo commiserunt, simoniace ordinarum, postulari, confirmari, beneficium poenitentiam, *Extravag.* l. c. 2. h. t. can. *Prohibet* sim. l. q. 2. & qu. 3. c. *Non nisi* h. t. c. *Simoni* 13. & *passim* h. t. Quae loca tantum simoniacas puniunt, ut ad coactionem quae actus non puniunt, non sunt extorquenda; cum poena per legem imposta non extorquet, donec actio eo modo, quo per legem preta puniunt, committatur & coactionem

Et licet diffidendum non sit, etiam Simoniam conventionalem ponere grave peccatum per exterrum, ut subit foro Ecclesie, atque ita puniri ab ea possit: quod negatur; non tamen dici potest, ideo de facto poenam illi per Ecclesiam esse impositam, quod tantum quaeritur. V. Suar. c. 55. n. 12. 13.

92 Quid si fuerit impleta ex parte ementis tantum per dationem pretii? R. Esi possit videri esse locus poenae, quia conventio exierit in actum exteriorem, dicendum tamen, necdum poni causam sufficientem incurrendi poenas ipso facto, quippe quae non soleant incurri, nisi delicto perfecto, quod dicto casu inchoatum quidem, non tamen perfectum, cum tantum ex parte ementis intervenit pretium, spirituali necdum contracto, ut irreverentia contra illud non possit dici completa, in qua tamen ponitur ratio Simoniae: ut secundum regulam, quod poenae sint potius molliendae, quam exasperandae, non sint maleficio non perfecto imponendae hoc casu. Facit, quod commissio rei alienari prohibita non incurritur per solam venditionem, aut etiam numerationem pretii accedentem, si non sequatur traditio Navarr. d. c. 23. n. 104, Suarez d. c. 55. nu. 16.

93 Major controversia est, si ex parte vendentis impleta fuerit conventio, collatis scilicet Ordinibus aut beneficio, promisso quidem non tamen dato pretio? Resp. Esse quidem hic commissam isto casu irreverentiam, propter traditum aut peractum spirituale respectu promissionis, licet non completa per realem dationem: dicendum tamen, probabile esse & hoc casu necdum obtinere poenas, quod necdum sit maleficio peractum. Ut procedat ratio in casu superiori allata, quia desiderant Canoness passim utriusque implementum, datum scilicet et receptum, ad simoniam labem incurendam. Facit, quod non possit dici perfectior contractus, tradita sine pretio, quam tradito pretio sine re, cum & illo casu possit res vindicari, secundum tradita ad §. Veniit vero in fine de ver. divis. Pro qua parte facit Extravag. 2. h. 5. quae tantum videtur eos excommunicationi subicere, qui dando vel recipiendo committunt Simoniam atque ita realem ab utraque parte completam. Et ita tenet Navarr. d. c. 23. nu. 104, & in c. Si

quando sup. de rescript. except. 4. nu. 3. & 4. Cor. ad c. peccatum p. 2. §. 8. n. 7. & 8. Less. lib. 2. c. 35. dubit. 25.

Verum quia non idem obtinet in omnibus Censuris, discurrendum de singulis censuris & poenis, quae propter Simoniam incurruatur; Et certum est, reali Simoniae utrimque completae Primò esse propositam Excommunicationem, quam reus ipso jure incurrit per Simoniam commissam in Ordine, beneficio & ingressu, saltem de jure novo. De Ordine & beneficio probatur d. Extravag. 2. ubi facit mentionem Ordinum ita susceptorum, uti & electionum, postulationum, praesentationum, aliorumque provisionum. Ubi ejusmodi poena extenditur etiam ad mediatores, ut parentes, amicos, procuratores, & concernit quoslibet Simoniacos, sive manifestos sive occultos. Eadem censura potest & dii concernere eos, qui pro tonsura prima dant vel recipiunt, quia per illam quis constituitur in ordine Clericorum, secundum dicta sup. eod. n. 14. Suar. c. 56. n. 5.

De ingressu probatur per Extravag. 1. h. tit. ubi Urbanus IV. Pont. dantes aut recipientes pro ingressu in Monasteria, tam virorum quam mulierum, ipso jure declarat excommunicationem incurtere. Quod ipsam frequentius in mulierum Monasteriis contingit, ad quae foeminae plerumque non admittuntur, nisi cum promissione & pacto dotis perfolvendae; aliarumque expensarum, non sine scandalo: ut consuetudine ea res excusari nequeat, & per d. Extravag. 1. sit improbata tamquam corruptela. Nisi tamen necessitas excuset exactorem, quae de re actum sup. eod. num. 16. ubi etiam diximus; sponte oblatum citra noxam recipi, uti & probat d. Extravag. 1. Videtur tamen quoad Moniales haec censura sub lata; cum Navarr. d. c. 23. n. 109. dicat Innoc. VIII. declarasse Moniales eam non incurtere, nisi ob receptionem cum pacto, aut alicujus non idoneae oblationem, & Clementem VII. concessisse, ut Moniales nullam Simoniae poenam incurterent propter pacta & conventiones circa dotes, circa eorumque earum victum. Trid. autem deff. 25. c. 16. de reform. vetuit ante professionem quid recipi, excepto victu & vestitu novitii & novitiae illius temporis,

poris, quo in probatione est, quocumque prax-
textu.

96 Possit dubitari, An hæc Simonia incurratur
dato aliquo aut recepto pro receptione habi-
tus? Resp. Id videri, eo quod textus absolute
loquatur, & recepto ad habitum pretio inter-
veniente culpam habeat simoniæ. Probabile ta-
men non incurrit hanc censuram ante professi-
onem, per quam demum consummatur tradi-
tio rei spiritualis, quæ per receptionem ad habi-
tum tantum est inchoata. Quo facit quod d. *Ex-
trav. 1.* loquatur de receptis pro ingressu, qui
denotat professionem, ut pretium pro habitu
licet simoniacè datum non ponat hanc censu-
ram.

97 Secunda est suspensio, quam incurrit Con-
ventus, recipiendo simoniacè aliquem ad Mo-
nasterium, & probatur clarè per d. *Extrav. 1.* quæ
videtur concernere omnem actum sive officii
Capitulare, quod requirit jurisdictionem
sive administrationem Ecclesiasticam; nam il-
lud subiectum non est capax alterius suspensio-
nis. Eamdem & incurrit simoniacè ordinatus,
quoad suorum Ordinum executionem, d. *Ex-
travag. 2. h. 1.* Plura Suarez d. c. 52. n. 9. & seq.

98 Q. An & quoad beneficium, officium? R.
Minimè, cum d. *Extravag. 2.* loquatur tantum de
Ordinis executione, ut non sit extendenda
suspensio ad alia, scilicet pœnam contineat. Nec
facit, quod ibi Pont. omnes pœnas juris antiqui
voluerit ipso facto incurri; nam cum tantum
singulariter exprimat suspensionem quoad Or-
dinis executionem, dicendum eam non con-
cernere beneficia & officia, cum exceptio fir-
met regulam in non exceptis.

De ordinantibus non videtur loqui d. *Ex-
trav. 2.* ut videantur ipso jure non suspensi: ha-
bit tamen c. pen. h. 1. eos manere suspensos hoc
ipso ab ordine per triennium. Sixtus vero V. in
Bulla sua contra male promotos, incip. *San-
ctum & salutare*, declaravit ipsos ordinantes
hoc ipso manere suspensos à collatione quo-
rumcumque Ordinum, etiam ipsius tonsuræ, &
ab executione omnis muneris Pontificalis: ut
jurisdictio & administratio ipsis sit salva, quia
pœnæ non sunt extendendæ. Suarez d. c. 50. n.
17. & 18.

Quantum ad Simoniæ in beneficio, con-
ferentem incurtere aliquam suspensionem à

beneficio non, est jure proditum: videtur per
ditum, eam incurri ab ipso recipiente, quia
beneficia ante obtenta. Nam quod dicitur
cuius obtentum simoniacè d. *Extravag. 1.* cum
ditur acquiri jus ad illud, & fructus negari
jus, cui talis collatio facta, quod non con-
nit suspensionem, sed pœnam alioquin
nis de qua mox: ut verius sit, quod ob-
ta eam non suspendi. Per Simoniæ autem
commisam circa beneficium dicitur, non
suspendi eam ab Ordine, cum nullatenus
extet eam suspensionem inducens. Suarez
56. n. 19.

Quæritur autem, An suspensio illa incurritur
per Simoniæ completam tantum, an etiam
spiritualis? R. Excommunicatio, oblatio
ri, impleta Simonia tantum ex parte
alis, probabile est, dictum est *Supra*, &
idque propter d. *Extrav. 1.* in verbis *deus*
recipiendo, quæ videntur requirere, ut
pœnis sit completa, quamvis illa verba sint
& possit dici excommunicatio non solum
traditam esse rem spirituales. De suspensio-
major est dubitatio. Et Nav. quidem negat
locum esse, nisi completa utrumque. Suarez
c. 23. n. 103. & c. 25. nu. 68. Cov. ad Reg. *Tran-*
p. 2. c. 8. n. 7. & 8. Quam sententiam quæ
ceptam adferunt, & probari videtur per d.
Extravag. 2. in V. dando vel recipiendo, solent
rem spirituales quam pretium. Et ad hoc
ci potest textus in c. de hoc 11. h. 1. ubi vult
in eo, quod promissa sint recepta. De qua
generalis regula, pœnam non incurri, nisi
cui imponitur, perfecto, qui hinc periclitari
nequit, nisi pretio recepto. Videtur tam
gore juris sufficere traditio rei spirituales
promissione pretii, licet necdum soluta
traditio illa contigerit inritu promissionis,
dicenda sit simoniaca, siquidem non sit
gratis, cum promissio dandi pro spirituali
porale faciat non esse gratitatem collationis.
Quod probatur per c. penult. h. 1. ubi pro
vel juramentum, de non molestando
nantem receptum, facit & ipsum & ordinan-
tum esse suspensum. Facit eodem modo
ubi electio facta sub promissione solvendi
pecuniæ declaratur simoniaca, ut non gra-
facta. Ut ea sententia, saltem quoad suspensio-
nem, ex vi verborum videatur jure veni-

Nec facit, quod promissio talis sit irrita & nullius momenti: nam & ipsa pretii datio est irrita, cum sit restituendum, ut infra videbitur, & tamen satis est temporale vere dari, atque ita etiam satis erit intercedere promissionem. Nam quod jus irritat actum, non tollit Simoniam malitiam, nec rationem onerosi contractus, nec dationis non gratuita. Quo facit *can. si quis 115. l. 9. 1.* ubi dicitur non gratis acceptum, quod acceptum fordidas precibus oris. Non potest autem negari, fordidas esse preces, quae continent promissionem temporalem. Unde Gratianus, *l. 9. 6. in fine §. si autem*, comparat promissam esse pecuniam & datam. Admissio tamen moderamine per consuetudinem hac in re inducto, subsequente postea pecuniae traditione, certum est censuras tunc incurri, etiam si non totum pretium datum sit, sed dari coeptum, etiam in minima quantitate, uti est contra dato pretio pro ordinatione, si illam inciperet Episcopus conferre, quia statim in primo gradu foret consummata Simonia, & haberent locum poenae, saltem ex nunc quia delictum est perfectum. Navar. loco sup. cit. Caslad. Decis. 5. de consuet. & de cis. 2. de Simonia. Cov. ad Reg. Peccatum p. 2. §. 8. nu. 7. Suar. d. c. 56. n. 24. & segg. Biasi. ad rubr. h. 1. Notab. 15. §. Tertium.

100 Sed dubium est, An & retrorahatur censura ad tempus commissi criminis per traditionem rei spiritualis? R. Ita velle Nav. d. c. 23. n. 104. quasi fuisset suspensa censura, ut perfecto postea contractu ex tunc incurreretur, arg. l. quaedam 15. D. de reb. dubiis. Verum non videtur ejusmodi retroractio habere fundamentum in d. Extrav. 2. quia loquitur de Simonia utrimque completa. Et facit, quod ut irregularitas tunc contrahitur, quando mors insequitur, non etiam quando fit vulneratio, quia tunc delictum est completum. Ita etiam censura non incurritur, nisi completo delicto. Ut ante solutionem pretii ordinatus non sit suspensus, & celebrans non fiat irregularis, quia non celebrat cum censura. Sis & talis ordinatus absolvit sacramentaliter ante pretii exsolutionem. Est enim haec retroractio secundum quamdam juris fictionem, effectus autem censurae requirunt realem ejus existentiam, ut, illa non posita, effectus non impediatur, nec possint dici postea inflicti ex subsequente censura per Simo-

niam realiter completam. Quod facit *c. Apostolica inf. de Cler. excom.* ubi se excommunicatum ignorans non redditur irregularis, si postea intellexerit se antea excommunicatum fuisse, quia defuit contumacia. Ut cum non sit effectus aliquis istius retroractionis censurae, ea non sit admittenda, nisi forte quoad punitionem in excommunicatione vel inhabilitatem ad beneficia adquirenda, ad quam non est opus censura. Vid. Suar. d. c. 46. n. 34. & segg. Less. d. c. 35. n. 151.

Tertia poena est infamia, *c. sane XV. q. 3.* qui tantum loquitur de Simonia commissâ pro obtinenda sede Episcopali, & conferendis Ordinibus, & eligendo; generalius loquitur *can. fin. l. 9. 3.* Quod accipere de infamia juris, quae ponit impedimentum & inducit irregularitatem, *c. Infamibus De R. l. in 6.* Idque post sententiam, Suarez d. c. 56. n. 21.

101 IV. Irritatio actus: quae quia passim non habet locum, distinguendum inter actus, quorum aliqui sunt actionum seu functionum spiritualium, relinquendum interdum effectum aliquem permanentem, ut ordinatio Sacerdotis, consecratio Episcopi, professio & similes, aut etiam non relinquendum, ut benedictio nubentium, ciborum &c. Aliqui vero spiritualium rerum permanentium, cujusmodi sunt acquisitio beneficii & officii Ecclesiastici. Ad primum genus quod attinet, functiones ejusmodi, licet simoniae factae, validae sunt & ratae, suumque habent effectum, nisi irritabiles sint per Ecclesiam, & lex irritans eas sit lata: neque enim Simonia ex vi & natura sua illas irritat. Hinc ordinatio simoniacae rata est, quoad substantiam & effectum characteris, quia ad substantiam requisita adsunt. Item Baptismus, Confirmatio, Consecratio Eucharistiae valida sunt; ut & extrema Unctio non iteranda propter Simoniam, etsi non recipiatur ejus effectus. Matrimonium quoque licet emptum in ratione Sacramenti effectum nihilominus habet. Sed & consecrationes Ecclesiasticum & aliarum rerum tenent; nam licet ex parte consecrantis sint potius execrationes, juxta *can. Ecclesial. q. 4* quia consecrans, quantum in se est, eas potius polluat, non tamen etiam quatenus exercentur ex potestate & auctoritate Ecclesiae. Professioem Religionis simoniacam non

invenitur irritasse Ecclesia, etsi irritare possit: vult tamen ita receptum dimitti & transferri ad strictius Monasterium, c. de regularib. c. quoniam & c. veniens, h. t. Quod decretum Ecclesie est potius sententiae ferendae, quam latae, cum in dictis locis non utatur Pont. verbis ad latam sententiam spectantibus, sed ferendam. Quoad actus jurisdictionis vel administrationis, jurisque Ecclesiastici, ordinatos ad conferendum beneficium aut officium Ecclesiasticum, irritos eos ipso facto esse patet d. Extravag. 2. Eius ordinis sunt electiones, postulationes, confirmationes, provisiones, & aliae dispositiones, quae jubentur ibi viribus carere, ut iis non sit inhaerendum. Latius de his Suarez. c. 57. nu. 2. & seqq.

103 Quantum ad secundum genus functionum, earum adquisitio ex natura rei non est irrita, sed valida, cum talium traditio fiat consensu ejus, qui circa illas jus habet, quem ut non impeditur Simonia, ita nec ejus effectum. Suar. d. c. 57. n. 11. & seqq. Ecclesia tamen beneficiorum Ecclesiasticorum simoniacam acquisitionem irrita irritavit, ut nullum jus aut titulum adquirenti accedat. Haec irritatio clare colligitur ex d. Extravag. 2. §. per electiones ubi idiplum exprimitur. Patet etiam ex c. Mattheus 23. h. t. ubi regimen Ecclesiae simoniacae adquisitum celeriter ac sponte est dimittendum ab eo, qui vult consulum animae suae non alia de causa, quam quod circa illius retentionem nullum jus habeat. Ratio irritationis est, quod merito quis puniatur in eo, in quo deliquit, & quidem ipso jure, quia poena est in acquirendis, non etiam in adquisitis. Felin. c. in nostra num. 13. sup. de refer. Redoan. p. 2. c. 10. n. 33. Suarez. d. c. 57. nu. 22. & seqq. Non tenetur autem reus tantum dimittere beneficium, verum & fructus ex eo perceptos, quia nullum habet jus in beneficio, ut eos ex re sua perceperit, quod est contra justitiam, d. Extravag. 2. Imò etiam ad non perceptos sua culpa; quos percipere potuit secundum ea, quae traduntur de restitutionibus fructuum in §. si quis à non domino. Insti. de rer. div. D. & Cod. de rei vindic. Quod tantum accipiendum de fructibus ratione tituli, qui nullus est perceptis; nam, quantum ad stipendia ratione Misalarum, aut oblata ratione suffragiorum, aut alias, non sunt restituen-

da, quia non concernunt fructus beneficiorum stipendia sunt laborum personalium. Suarez. Conf. 90. h. t. Caslad. de off. 6. de praes. d. l. n. 25. & 26.

Q. An & distributiones ratione intentionis in divinis retineat? Resp. Id velle. Non loco ex ratione quod competant ratione personae: securiorem tamen esse communi sententiam & veriore, quod non ponderant illi labori utrumque, sed utrumque tali titulo, & quod distributiones non computentur inter fructus beneficiorum. Suarez. d. c. 26.

Habet haec poena locum non tantum in simonia publica, verum & occulta, sed non fiat talis distinctio, & d. c. Manu. & quatur de Simonia occulta. Idiplum exprimitur in d. Extravag. 2. ut dubio non locus. Deinde etsi nulla foret specialis definitio super illa re, ex ipsa natura talis patetur ipse effectus, cum obligatio dimittendi beneficium, & restituendi fructus maliciae collatione, & nullitate acquisitionis non referat, Simonia sit occulta ad manum Covarr. ad Reg. Peccatum p. 2. §. 8. num. 1. Apud veteres Suarez. d. c. 57. nu. 27.

Quid si per tertium intervenerit, etiam ab eo, cui beneficium collatum, contra sit Simonia? Resp. Si scivit, & non contraxit, & nihilominus beneficium collatum, & per alium faciens per se facere videtur, si contraxit, & nihilominus beneficium conferri patitur, non est collatio extra, ut patet ex c. sicut 33. h. t. quod ut non tertii factum, requirit contradicendum ignorantiam; cum suscipiendo beneficium videatur cooperari. Unde si contraxit, & ignoraverit per tertium datum, & cunctiam, suscipiendo beneficium, aut tertiario consentiendo, aut confirmationem perdo, non incurret poenam nullitatis, ne aliter alicui inique noceat d. c. 33. ubi jungitur, nisi postea consenseris, permissum, & reddendo sicutum. Quod mutatio si ante obrentum beneficium contigerit, eodem modo irritabit; collationem, & miles actus; atque si nunquam contraxerit, quod faciunt priora verba, & quae postmodum nimè recessisti. Suarez. d. c. 57. nu. 28. & 29.

106 Quid si subsequatur obtentum beneficium ista mutatio? Resp. Si tantum solvatur amico pretium animo liberali, ne in damno maneat, aut sine causa patiatur detrimentum, non etiam animo approbandi, clarum est, eum non commississe Simoniam. Navar. Conf. 10. h. r. Si vero solvit, approbando & ratificando factum, tunc involvitur vitio Simoniae, cum quoad intentionem illud habeat pro subiecto, & sic Simoniae approbator, quod sufficit ad malitiam illius speciei, quod facit argum. c. cum quis 23. de sent. excom. in 6. Non videtur tamen illo casu incurtere ipso facto poenam infirmitatis, electionis aut amissionis beneficium, cum electio & collatio à principio fuerit absque vitio, quae per subsequens peccatum nullibi per jura irritatur, sed tantum per praecedens, quod eam simoniacam facit. Et licet ex d. c. 33. colligatur à contrario sensu, ad culpam aut poenam posse imputari, non tamen ad eam incurrendam eo modo, quo incurteret, si Simonia praecessisset Gl. in d. c. 33. h. r. Suarez 2. de c. 37. n. 32.

Denique si ignoraverit pro beneficio ejus nomine esse datum pretium, & non contradixerit, quia non habuit suspensionem ad contradicendum, distinguunt communiter D. D. ut, si pretium sit datum in odium istius personae ab inimico quodam, ad impediendum ejus effectum, non impediatur beneficium dimittere, cum Ecclesia non patiatur innocentem injuste pati, ne detur occasio pessimis hominibus injurias inferendi innocentibus & dignis, atque impediendi promotiones alioqui rite faciendas, c. nobis 27. de d. c. sicut 33. h. r. Suarez d. loco n. 33. Si vero datum fuerit in favorem & beneficentiam provisi, valida quidem non est provisio.

107 Verum disputatur, An ipso jure sit invalida? Resp. Non irritam esse, sed irritandam, velle Navar. Conf. 95. h. r. ex ratione, quod hujusmodi simonia a collatio vel electio nullibi dicatur ipso facto irritari, sed potius irritanda, ut in d. c. 27. de in c. penult. sup. de elect. Verius tamen, ejusmodi collationem ipso facto esse irritam: & probatur primo, quod ipse ignorans, ubi sciverit vitium suae collationis, teneatur continuè in conscientia beneficium relinquere, nulla expectata sententia, vel à superiore remedium petere, juxta c. ex insinuatione 26.

h. r. Ipso jure non teneri patet ex d. c. 33. ubi parvuli, quibus ignorantibus simoniace à parentibus quaesita beneficia, ea debent dimittere, non ex alia ratione, quam quòd possideant non sua. Hinc tenebitur talis restituere omnes fructus non tantum à die cogniti vitii, sed obtenti beneficii ante cognitum quidè vitium tamquam bonae fidei possessor, ut ad consumptos non teneatur, postea verò ad omnes, tamquam possessor mala fidei. Nihil obstat d. c. 27. in quo dicitur reprobanda collatio; nam illud verbum non accipitur, quasi non esset irrita ipso jure, sed pro reprobata, ut contineat sententiam latam, non etiam ferendam, & ab origine reprobendam, atque ita declarandam nullam. Suarez d. c. 37. n. 34. 35. & 38. Secundò probatur, quòd talis ad idem beneficium maneat inhabilis, nisi habita dispensatione Pontificis in dignitatibus & curatis beneficiis, in simplicibus verò Episcopi, d. c. pen. sup. de elect. quod est signum sufficiens, fuisse impedimentum ad tale beneficium obtinendum, cum minus sit, liberè dimissum recipere absque vitio, quam obtinere validè titulo vitioso. Est autem differentia inter eum, qui ignorat pretium datum, & non contradixit, & eum, qui scivit datum pretium, quòd prior ille, si bona fide possideat beneficium per triennium, utatur regula Cancellariae de triennali possessione, quamvis dubium sit, an veram praescriptionem in conscientia adquisit; posterior verò non gaudeat ista regula: ut & probabile est ea non gaudere conventionalem simoniacum, de qua consulatur Gomez. in Reg. de trien. poss. q. 12. ubi vult non impediri regulam istius usum in eo, qui post provisionem beneficii aliquid dedit aut promisit, Suarez d. c. 37. nu. 39. Praedicta nullitas etiam obtinet, si collator ignoraverit simoniam, quae cum mediatore fortè intercessit, quia irritatio directe fertur in omnem provisionem simoniace factam, non facta differentia inter scientiam & ignorantiam conferentis, aut vi posita in ejus culpa. Suarez ibid. n. 40. Nullitatem istam procedere in Simonia commissa contra jus divinum non est dubitandum.

Quaeritur de ea, quae commissa contra jus Ecclesiasticum in beneficiis? Resp. Esse, qui negent, permutationem jure Ecclesiastico

Rit 3 sumo.

simoniacam, inducere nullitatem acquisitionis permutatorum beneficiorum; ea ratione, quod in penis sit benignior facienda interpretatio, & correctanda sint ad delictum maxime proprium ac naturale, quale est hæc in materia contra jus divinum. Adducitur pro ea parte *c. 4. sup. de transact.* ubi ratione transactionis super litigioso beneficio non inducitur privatio, cum causa dicatur audienda, in irritum revocata transactione. Dicendum tamen & eam impedire acquisitionem juris ad beneficium tale. Abbas *ad c. univ. verorum 8. n. 6. sup. de rev. permutat. Redoan. p. 3. c. 8. Suar. d. c. 57. n. 41. c. 42. & facit text. in c. Constitutus sup. d. t. ubi permutantes propria auctoritate spoliantur beneficiis suis, per sententiam potius declaratoriam criminis, & executionis pœnæ quam definitivam, quamvis eo verbo utatur ibi Pont. Item facit *d. Extrav. 2. h. t.* annullans omnes provisiones simoniacas, ut hæc non possit dici exclusiva, nec benigna interpretatio habere locum, salva verborum proprietate. Non obstat *d. c. 4.* quia ibi tantum res mansit in terminis Simoniacæ conventionalis.*

109 Habet itaque acquisitionis irritatio per *d. Extrav. 2.* locum in electionibus, postulationibus, provisionibus in Monasteriis, dignitatibus, personantibus, officiis Ecclesiasticis, & quibuslibet beneficiis, ut textus ibi subjicit, ut nominationes, præsentationes sint nullæ, quia pertinent ad provisiones. Quod autem in ista *Extrav. 2.* dicitur de officiis Ecclesiasticis, Navar. *c. 23. n. 11. §. septimo* accipitur de officiis, quæ sint beneficia, cujus ordinatio est Prioratus, Abbatia, & similes, non etiam de iis, quæ beneficia non sunt. Cujus opinio est benigna in pœnabilibus: loquiturque *d. Extravag. 2.* de officiis ordinariis Ecclesiarum & Monasteriorum, ut Auditoratus, Clericatus Camerae, & similia, non comprehendantur sub ejus decisione. Suarez *d. c. 57. num. 46. c. segg.*

110 Dubitatur autem, An acquisitionis irritatio obtineat in conventionali completa ex parte beneficii tantum? R. Videri collationem istam tenere, quod uti excommunicatio, de qua supra *cod. n. 93.* non habet locum isto in casu, ex ratione, quod non sit pœna infligenda nisi delicto perfecto; non est autem perfectum necdum numerato pretio. Navar. *d. c. 23. nu. 104.* ita

nec irritatio inducta per *d. Extrav. 2.* habere locum, ut ille, cui collatio facta est, beneficium retineat, donec pretium solvat. Quam sententiam secundum Navar. cum in hoc cedere tradit ibidem Navar. cum in hoc contrarium videatur dicendum. Quod si non impleatur Simonia per dationem pecunie, non legem irritantem habere suum effectum, si sefforem effici malæ fidei, ac teneat ad electionem fructuum, non tantum post contractam Simoniam preceptorum, verum et tempore collationis, cum ejusmodi tractatur retro, idque ex silio Curie. Item itaque prima collatio valida aliquando esse, cum facta sit ab eo, qui habuit jus, non tamen absolute, sed dependente eventu solutionis pretii. Non facit quod tutor non intendit non conferre nisi in obligatione dandis, quia ista obligatio est recipi, ut habeatur pro non adjecta, & non imputat, quod minus sit absoluta voluntas conferre beneficium. Ut sit in potestate eius, collatum collatum beneficium, non constituit Simoniam per solutionem pretii, ad quam illicita est, non tenetur retinere beneficium non simoniacè collatum, & fructus hoc beneficium pro tempore istud non retineat. Nec potest dici, ista via delictum hominibus committendi Simoniam conventionalem, & astutiam in delictum committendi, quia non ratio peccandi, quæ non tam rigore peccatum non vindicetur, & quod tempore istud modum alius consequatur, est per accidens, licet jure non irritetur talis collatio, tamen per sententiam irritari, quod irritatio reprimendam istam licentiam. Pœnabile est *Stat. Suarez d. c. 57. n. 50. c. segg.*

Q. An dicta de irritatione, ratione Simoniacæ, habeant locum in simoniacæ electione Rom. Pontificis? Resp. Hoc polle videtur *can. si quis pecunia Dist. 79.* ubi qui peccatum acquirit, non Apostolicus, sed Pontificus dicitur haberi. Verum iste casus per se facit, cum non tam de electo per peccatum agat, quàm de eo, qui non electus canonice electione Cardinalium. Id videtur pressit Julius II. in *Constit. cum tanquam an. 1503.* & electionem talem irritat, &

penas induxit. Statutum tamen jure communi, propter vitandum majus periculum schismatis, ut contra illam electionem factam canonicè nulla admittatur exceptio, Clem. ne Romani de elect. ex ratione quod Pont. non habeat terra superiorem, per quem error in ejus electione commissus corrigatur. Quod jus commune habet suam vim, non obstante dicta constitutione Julii II. quæ non videatur recepta, & per Constitut. Pii V. 85. derogata intelligitur, ut ait Suarez d. c. 37. in fine. Quo facit quod dictum supra de elect. n. 33, excommunicationem electi in Rom. Pont. non impedit valore electionis, ex dicta ratione. Hæc quoad irritationem beneficii simoniacè obtenti.

112 Dubitari possit, An Simoniacus in ordine aut beneficio privetur beneficiis prius obtentis? R. Excepta Simonia confidentiali, de qua infra, & examinatoribus ad beneficia Simoniam in examine committentibus, qui privantur beneficiis ante quomodocumque obtentis, secundum Trid. Sess. 24. c. 18. De reform. probabilius esse, non incurri ipso facto per Simoniam privationem beneficiorum ante legitime obtentorum: & ita habet communis sententia, ut videre est apud Abbat. in c. cum Clericis n. 2. sup. de pass. Felin. in c. Injunctum 13. h. t. Suarez c. 58. n. 4. qui plures citat: qui dicunt Simoniam supervenientem non inficere titulum jam adquefitum, ut nullò minus super uno beneficio commissa adficiat alia legitime obtenta. Fundatur hæc sententia in eo, quod non invenitur textus, per quem talis poena infertur ipso jure, sine textu autem aut Canone poena non sit inducenda. Nihil facit c. inquisitionis 13. in pr. sup. de accusat. quia rectè accipitur de beneficio simoniacè accepto, aut si & de aliis sit intelligendum, non tamen ipso facto, sed per sententiam declaratoriam. Quo facit, quod ibi Simonia comparatur homicidio, quod non privat ipso jure prius obtentis, c. clericis 5. sup. ne Clerici vel Monachi &c. Et facit, quod d. Extrav. 2. non irritet beneficii adquisitionem, nisi si oniaci, de possitibus autem ante non loquatur.

113 Unde resolvitur quæstio de actionibus inter se subordinatis, veluti electione & confirmatione, An infirmetur electio propter commissam Simoniam in confirmatione? Resp.

Tantum esse irritam confirmationem, non etiam electionem, quæ ritè facta est, ut vitium illius non debeat hinc inficere. Facit, quod subsequens Simonia non privet ipso facto juribus prius ritè adquefitis, nullo enim hoc jure ostendi potest. Et pro ea parte adducitur textus in c. si confirmationem 39. de elect. in 6. ubi vitium circa confirmationem non adficiat electionem canonicam præcedentem, quamvis è contra vitium electionis adficiat confirmationem, quæ ponitur per vitium in electione commissum. Et hoc ita de facto; nam irritanda venit per condemnationem judicis, quomodo intelligendus Felin. & alii in cap. sicut tuus 33. h. t. Suarez d. c. 58. num. 7. Quod & dicendum de beneficiis, ut condemnatione judicis possit illis privari, antequam tamen rectè sit utitur fruitur, & in alios resignat, tamquam jus plenum habens. Navarr. Conf. 92. h. t.

Postremo quaritur, An Simoniacus in beneficio fiat inhabilis ad obtinenda in posterum beneficia? Resp. Indubitatum hoc esse quoad ipsum beneficium simoniacè obtentum sine speciali dispensatione, c. pen. sup. de elect. & ibi Abbas & in c. de simoniacè 22. h. t. quoad alia negat Navarr. Conf. 91. n. 5 & conf. 92. n. 5. h. t. Videtur tamen id velle Constitutio Pii V. quam citat Navarr. d. loc. qua inhabilis perpetuo ad ea & quæcumque alia beneficia obtinenda declaratur. Ut non possit dici requiri sententia condemnatoria, aut etiam declaratoria, cum talis poena sine actione hominis per ipsam legem immediatè inferri possit. Addit tamen Navarr. eam Constitutionem non esse usu receptam quoad effectum istius poenæ. Plura Suar. d. c. 58. n. 9. & seq.

Quinta poena est Restitutio pretii pro re spirituali accepti. Cujus restituendi obligatio accipientem tenet, non in casu, quo non est solutum, neque enim potest obligari, qui de dicit rem spiritualem, nullo accepto pretio: sed in casu quo pretium est datum. Et omnino procedit, si pretium datum sit, non recepta re spirituali, nam eo casu pretium non est absolute datum, aut liberaliter; sed sub pacto oneroso, & conditione sibi dandi spirituale. Quæ conditio licet sit turpis, dum tamen non impletur, sufficit, ut voluntas non habeat effectum absolute.

114

115

absolutum transferendi pretium in dominium alterius, sed tantum sub conditione, ut, ea non impleta, teneatur accipiens restituere, quod accepit, & quidem ei qui dedit, non etiam Ecclesie aut pauperibus. Navar. d. c. 23. n. 104. sive inspicias jus naturale, sive Ecclesiasticum. Prius patet, quia dans non addicavit à se dominium dati pretii nisi sub conditione, qua non impleta non potest dominium pretii ab eo abscississe; ut illi sit restituendum, non etiam satisfiat dando Ecclesie ut pauperibus, quibus nihil juris potest dici quæsitum ad pretium taliter datum. Probatur posterius, quia Ecclesia non punit Simoniam conventionalem tantum ex una parte impletam, saltem ipso facto; certum autem est, quod talis punitio sit pœna.

Non obstat *l. si ob rumpem pen. D. de condit. ob rumpem caus. c. l. 2. C. eod.* ubi acceptum ex utraque parte rumpi de causa non est restituendum danti, quod in pari causa potior sit possidens; nam ea regula obtinet conditione impleta, necdum verò impleta non est ulla ratio, quare privetur dans, qui non abdicavit à se id, quod dedit, nisi sub conditione. Et deinde procedit subsecuta sententia iudicis, qua privetur is, qui dedit, & attribuat Ecclesie aut pauperibus. Navar. c. 17. num. 30. *Et seq. Cov. ad Reg. peccatum p. 2. §. 2. n. 7. Suarez. c. 59. n. 1. 2. c. 93. Pet. à Navar. de Restitut. lib. 2. cap. 2. nu. 410.*

Supereft videre, quid juris sit in Simonia reali, id est utrimque completa. Ubi certum est, pretium debere restitui, per textum expressum in *c. de hoc it. h. 2.* qui habet, sine gravi salutis periculo retineri pretium non posse. Cujus ratio est, quod siac causa sit pœnes eum, qui recepit, utpote acceptum pro re pretio non æstimabili. Imò duplicatum restituendum esse habet text. in *c. Audivimus 4. h. 2. Et in Nov. de sanctiss. Episc. 123. c. 2. in fine.*

116 Dubitatur autem, Quo jure restituendum veniat? Resp. Hac in re esse sententias diversas. Nam aliqui volunt obligationem restituendi procedere ex jure divino, quod contra voluntatem domini vendatur res spiritualis, qui gratis dari eam voluit: ut contractus sit injustus, atque ita ex natura rei pretium acceptum restitutioni obnoxium. Covar. ad

Reg. peccatum p. 2. §. 2. n. 7. Et alii veluti d. c. 54. n. 4. Alii verò è contra ex natura rei volunt sequi obligationem restituendi ob contractum, quod dicitur Simonia mentalis, cum licet in opere, non obliget ad restitutionem, nisi in casu, ut nec realis dicenda sit obligatio, tamen teret, ut ex vi ipsius actionis secundum se, & injuria in illa inventa, sequatur, quod obligatio est in Simonia mentali. Facit, quod etiam prioris domini pretium sit acceptum absolute & liberè dedit. Navar. d. c. 23. n. 104. *Et in comment. c. ult. n. 12. h. 1.* Dicendum tamen Simoniam continere injuriam contra naturam commutativam, obligationem ad restituendum pretium sequi ex divino & naturali iure æstimetur pretio res inæstimabilis, & functionibus spiritualibus, ut credendum. Nullis, confessionibus, & similibus contractio obligat ad restitutionem ex jure naturali, cum hujusmodi substat dispensationem voluit gratias inde venditur res, quæ non est subveadentis, cujus traditio est sine causa sine causa ex summa injuria pretio sibi retineat. Si verò Simonia commutativa propria injuria & injuria contra naturam commutativam, ex natura rei non est obligatio ad restituendum. v. g. Si beneficii pretio suum beneficium commutatum, & comparatione ad temporale beneficium lumentum, qualis dici non potest contra justitiam commutativam, cum ætuum dominus, ut dictum supra in *l. Cler. Qui incommodum, quod significando, hac via compensando, non dicit contravenire justitiae commutativa, amplius non exigat, quam rationis rationis abest. Nec obstat, quod dicitur dicitur beneficium, illud cum est dicitur quira; quia hoc non inspicendum, & dimittere, cujus dimissio est valida, & quisitio sit sine effectu; atque ita causa accipiendi pretii. Plura Suarez d. c. 10. *Et seq.* Sic & recipiens Simoniam in ministerium non potest dici coacti ad restitutionem, ex natura rei, quod illa receptio spiritualis, conjunctum tamen habet temporali pretio æstimabile, & licet*

tionem corporalem Religionis. Vendens etiam rem, cui adheret jus patronatus, & carius propter commoda, quæ istius juris nomine percipit, non potest dici teneri, ex vi naturalis iustitiæ ad restituendum pretium, cum commoditas ista, qua caret, sit pretio æstimabilis. Suarez. *d. loco n. 41. & 42.* Idem censendum est de similibus, in quibus restitutio tantum tenet ex jure humano.

117. Ubi quaeritur, cui restitutio facienda? Resp. Per se & ex vi legis naturalis pretium ei restituendum esse, qui dedit, quia is passus injuriam, quæ illi refarcienda ab eo, qui intulit. Non est autem illata Ecclesie aut pauperibus, ut his nihil veniat restituendum; cum ille sit actus iustitiæ, quoad æqualitatem reducitur inæqualitas prius facta, nulla autem facta respectu Ecclesie aut pauperum. Navar. *c. 17. nu. 30.* Suar. *d. 79. n. 23. & seq.*

Non obstat, quod datus dederit voluntariè pecuniam; quia non voluit donare, sed dare, quantum iustitiæ ratio patitur, quæ nulla hic subest. Non etiam obstat, quod ille, qui dedit pretium, turpiter dederit, ut indignus sit recuperatione; nam ut hoc quidem verum sit, non tamen ex eo sequitur, indignitatem istam ipsum obligare ad exsequendam in se pœnam, stando in solo jure naturali, priusquam per iudicem puniatur. Nec dat etiam facultatem, qui pretium recepit, puniendi dantem tali via, sua auctoritate, quia talis privatio est actus iustitiæ, quam cum non habeat, in alium non rectè ea utitur. Non obstat quoque quod accipiens rem spiritualem non teneatur illam restituere danti; nam accipiens rem spiritualem non peccat contra iustitiam, uti ille, qui pro pretium accepit, quam jubetur à Christo gratis dare.

Quod ut ita sit de jure naturali, tamen de jure Ecclesiastico tutior est opinio, non esse pretium restituendum danti, qui eo propter turpem causam meritò privatur, nec tamen retinendum ab eo, qui turpiter accepit, quia & in eo causa deest, sed Ecclesie dandum, juxta *d. c. de hoc 11. h. 1.* Nam licet Ecclesia impediverit, quò minus recipiens dominium adquireret, non restitit tamen abdicanti, quò minus secundum voluntatem ejus secuta causa pretium ab eo abesselet & in pœnam ejus

applicuit illi Ecclesie, quæ injuriam passa, *d. c. 11. ubi Glof.* Posset tamen in pauperes distribui pretium ex arbitrio superioris. Covarr. *ad e. peccatum de R. l. in 6. p. 2. §. 2. n. 6.*

Ex dictis colligere est, datum pretium ad reddendam vexationem injustam acutiquam posse retineri per eum, qui accepit, cum injustè accepit, ut ex vi juris naturæ teneatur illud restituere, & quidem illi, qui dedit, qui non potest dici peccasse, si quidem injuriam sit passus: ut rectè supra dictum sit, quod talis non teneatur pœnis Simonie propositis.

118. Similiter ex dictis resolvi potest quaestio. An acceptum per Simoniam mentalem ad restitutionem obliget? Resp. Difficultate hæc in re ponere duos textus, *c. fin. h. t. & c. Consultus 20. inf. de usuris.* In illo dicitur, pœnam mentalem Simoniam acceptum indistinctè non obnoxium restitutioni, sed placendus Deus, in hoc vero, acceptum per usuram mentalem esse obnoxium restitutioni, & quidem indistinctè. Rationem diversitatis aliqui dant quod in Simonia mentali nulla subit læsio proximi, qui spontè obulit; in usura verò mentali subit injustitia & læsio. Verum hæc non tollit difficultatem, cum, postis paribus terminis, vel utroque casu sit injusta læsio ponenda, vel in neutro. Multò minus exhaurit difficultatem, quod cognationis pœnam nemo patiatur in foro exteriore, *l. cogitationis 18. D. de pœnis,* cum & ista responsio tam conveniat usuræ mentali, quam Simonie. Posset videri aptior solutio, quam dat Navar. *ad d. c. fin. nu. 24. & seq. h. 1.* quod nemo teneatur restituere, quod utrimque turpiter datum & acceptum, ut in Simonia, in qua utraque ex parte turpitudine versatur; si verò tantum sit ex parte accipientis, teneatur iste ad restitutionem, secundum ea, quæ traduntur *D. & Cod. de condit. ob turp. caus.* Est autem turpitudine in usuratum solutione tantum ex parte creditoris, non etiam debitoris, quia solvere usuras non est malum, cum qui juravit eas solvere, teneatur satisfacere juramento, ut dictum sup. *De jur. jur.* Quòd non foret, si esset peccatum eas solvere, siquidem juramentum non sit vinculum iniquitatis: ut ideo creditor eas teneatur reddere, quòd ex mala causa penes

eum fuit, non etiam acceptum ex Simonia mentali.

Verum nec ista solutio, quamvis ea aliquibus placeat, tollit difficultatem, cum acceptum simoniace non manet penes accipientem, sed Ecclesia eum oneret ad restitutionem Ecclesie faciendam. Unde querenda est alia ratio, quare in *d. c. fin.* dicat Pont. temporale pro spirituali accipientes, nullo pacto praevio, sed ex adfectu animi praecedente, non teneri restituere, sed sufficere per poenitentiam satisfaciant suo creatori, ut videantur sine noxa retinere quod acceperunt. Dicit enim simpliciter Pont. ad resignationem spiritualium aut temporalium non teneri, sed ad solam poenitentiam, ut videatur excludere omnem restitutionem, cum tamen dicat usuras taliter acceptas, tamquam male acceperas, restitui debere in animi iudicio.

Pro veriori solutione dicendum videtur, distinguendo, an simoniace pretium acceptum contineat uiam iniustitiam, an vero nullam iniustitiam habeat ad eam. Posteriori casu obtinet decisio *d. c. fin.* non subesse obligationem ad restitutionem. Nam si illa subesset, vel esset ex vi juris naturalis vel Ecclesiastici: non illud, quia secundum dicta *sup. eod. num. 116.* non obligat etiam realis in isto casu ex vi juris naturae: non hoc, quia ubi jus Ecclesiasticum imponit hanc obligationem ultra naturalem, id non facit per modum poenae. At vero Ecclesiastica poenae non cadunt in Simoniace mentalem, quia Ecclesia non iudicat de internis. Et ita accipiendum *d. c. fin.* in quo agitur de Simonia mentali super ingressu Religionis non habente iniustitiam adnexam. Nam licet intertio fuerit prava, non deest tamen titulus iustus ad retinendum acceptum, scilicet & ad alendum Religionem, & ad sustinendam onera status illius, ideoque mutata intentione tollitur pravitas: ut recte ibi dicatur satisfacendum esse creatori per poenitentiam. Idem statuendum in aliis ejusdem ordinis Simoniis, in quibus receptio pecuniae non est iniusta, cum ubi eadem subest ratio, id est jus sit ponendum: ut & fiat dicenda immunes a restitutione, non obstantibus legibus Ecclesiasticis, quae non iudicant de occultis. In priori casu, quo receptio pretii non tantum est simoniaca, verum & iniusta, licet mentalis tantum sit Simonia, oriatur tamen obli-

gatio restituendi, non quidem ex lege Ecclesiastica, quod isto in cap. & al. is potuit negare Ecclesia non iudicat de occultis, sed ex iure naturali, quod nullquam acceptam Ratio est, quod nullus superfluo titulo a retinendum pretium acceptum; ut si non restitutionem obliget, in eaque specie est iudicium *d. c. fin.* Probatur, quia omnis acceptio anterior de se iniusta & procedens ex intentione iniusta obligat ad restitutionem. Praeterea tem ista Simonia ex intentione iniusta retentionata materiae, & in re exequitur iniustitiam, in seque documentum est acceptum contra iustitiam. Ut in isto generaliter sit dicendus locus esse decisionis *Compluit 10. inf. de usuris* in quo quod dicitur iudicio sit restituenda usura, est poenitentiam, ut si & in Simonia illa intentione in ea sit statuendum, ex jam dicta ratio, & que ita *d. c. fin.* quod absolute & in se habet teneat teneri ad restitutionem, recte ad restitutionem, nisi concurrat iniustitia contra, si usura mentalis non con iustitiam aliquam, ut posse fieri inferius dicendum est, cessare obligationem ad restitutionem, cessante utpote iniustitia cum qua te Ita feret Suarez *d. c. 39. n. 41. & 109.* Videri de hac quaestione sentientes, *Corruentius Peccatum p. 2. in pri. n. 4. segg. Petr. à Navarra restitut. lib. 2. c. 2. n. 40. & 109. & n. 200. Azor. 3. l. 12. c. 20. q. 2. Casus. De usuris c. 7. n. 3. Bios. ad c. ult. h. t. qu. 1. & ad c. simonia. q. 1. inf. De usuris.*

Superest quaestio, An restitutio sit facienda ante sententiam? R. Non esse quantum ad obnoxio ad restitutionem ex vi poenitentiae; quia certum est non esse expectandam sententiam, cum ipsa conscientia cum facta fuerit, sed tantum in casu; quo solo iure Ecclesiastico restitutionis obligatio promanet. In parte negante facit; quod lex poenalis non obliget in conscientia ante condemnationem, nisi expresse declaratur; non declaratur autem ullibi ista restitutio ante sententiam, in regula generalis obtinere debeat. Facit de praeterea parte, quod non appareat, cui sit facta restitutio ex sola obligatione Ecclesiastica, non debeat fieri illi: qui dedit, quia, quod tantum in se est, voluntate sua abdicavit à se

pretii dominium, ut non sit obligatio ad faciendam illi restitutionem; nec Ecclesia aut pauperes ad eam sibi faciendam aliquid juris possint pretendere. Pro eadem parte faciunt quæ traduntur l. 3. & pen. D. de conditione ob turp. cau. & l. 2. C. eod. non teneri promissorem restituere pecuniam turpiter datam & acceptam, ex eo, quod quando utriusque est par turpitudinis, possessoris causa sit potior: ut non tam imponatur onus pretium acceptum offerendi seu sponte a se abdicandi, quin potius sit auferendum per sententiam. Pro parte tamen adfirmante facit c. de hoc n. b. r. in cuius sine dicitur, temporalia sic recepta pro dando ad sensu electioni Ecclesiasticæ non posse sine gravi salutis periculo retineri: quæ verba planè sunt intelligenda de foro conscientiæ, etiam nulla antecedente iudicis sententia, ut ipsum jus videatur impedire acquisitionem pretii ejusmodi accepti in materia Simoniæ, quod optimè potuit statui pro materiæ gravitate. Vid. Navar. in Summa c. 27. n. 32. Suarez c. 60. num. 3. & seqq. Less. lib. 2. cap. 35. Dubit. 31.

120 Sextam ponunt Irregularitatem. Non videtur tamen illa incurri immediatè, sed mediante infamia, quæ per sententiam inferri videtur, ut dictum sup. eod. nu. 101. quam sequitur irregularitas. Quæ videtur etiam poni, si sic ordinatus vel ordinans ministrat, irregularis enim fiet, quia ministrat cum suspensione. Immediatè non incurri ex eo constat, quod irregularitas non contrahatur nisi in casibus à jure expressis, ut traditum sup. de Cler. excom. ministr. non est autem jure expressum ullibi, ut hac de causa irregularitas contraheretur, cum si contraheretur per ordinationem, necesse foret; ut antea sit excommunicatus; excommunicatur autem demum per ordinationem. Unde non potest dici suscepisse Ordines excommunicatus, quia excommunicationem incurri facit ipsa ordination, non etiam irregularitatem, quia non est lata utraque pœna hoc in casu. Suarez cap. 50. numer. 20.

121 Septimam ponunt Depositionem; quam tamen jura non videntur inducere ipso facto, sed per sententiam iudicis, quod passim utantur verbis sententiæ ferendæ, non etiam latæ, ut in can. Erga Simoniacos 110. l. 9. c. 2. sup. De

conf. c. de hoc n. b. r. nec etiam patet depositionem esse inductam per d. Extrav. 2. h. t. Suarez d. c. 35. num. 22.

De Simonia Confidentiar.

122 Ultra res species Simoniæ, de quibus dictum, est quædam alia species, Simoniæ Confidentiar dicta, à spe & fiducia, quæ ei subest, quæ etiam potest distingui in mentalem, conventionalem & realem. Eaque alia est licita, huc non spectans, ut cum aliquis sperat beneficium sibi conferendum aut fratri quia dignus est, quæ nihil mali includit; alia illicita, & aut non simoniaca, quando quis sperat conferendum à Prælato, ratione amicitiar, consanguinitatis sibi, vel alii licet indigno; aut simoniaca, quæ est confidentia, qua aliquis beneficium confert, aut ad id præsentat, eligit, renuntiat, cum pacto tacito aut expresse, de resignando eo sibi aut alii.

123 Materia hujus Simoniæ sunt tantum beneficia Ecclesiastica, cujuscumque sint ordinis simplicia, curata, majora, minor, regularia, secularia. Pretii nomine venit hoc in genere idem beneficium, quod renuntiat vel confertur, ut renuntianti vel conferenti aut alteri reddendum sit aut restituendum, aut fructus ejusdem beneficii, vel pensio seu pars eorum renuntianti aut alteri præstanda. Ut hoc Simoniæ genus committatur in collationibus, renuntiationibus, præsentationibus beneficiorum, & aliis provisionibus quibuscumque, Suarez c. 43. nu. 4. & 5. Less. d. c. 33. dubit. 6. Committitur autem triplici modo; Primo per Accessum, quando Prælatus cupit alicui provisum de beneficio, qui per ætatem est incapax, ideoque confert ejus pedagogo, aut alteri, hac fiducia, ut ubi alter erit capax, propria auctoritate illud accipiat aut accedat. Qui modus habet locum in præsentatoribus ad pingua beneficia aut personatus, in casu, quo habent liberos ætate ætiores, quam ut præsentari possint. Secundò, per Regressum, quando alteri ceditur beneficium, reservato jure regrediendi, si alter præmoriatur, aut beneficium deserat. Tertio, per ingressum, quando quis beneficium sibi collatum ante captam possessionem resignat, reservato jure ingrediendi possessionem in casum prædictum.

324 Ubi dubitatur, An ista Simoniz species habeat locum in permutatione beneficiorum? Resp. Hoc videri, quod Pontifices loquantur generaliter de beneficiis in favorem resignatis; cessis vel aliis dimissis: & permutatio videatur includi, in qua & obtinet pactio de dissolvenda permutatione, & regrediendo ad priora beneficia, in casu, quo aliquid contingat; vel de resignandis beneficiis in favorem nepotum vel aliorum, & de reservandis fructibus aut parte eorum sibi vel alteri. Judicant tamen alii non spectare, secundum Bullas Pii IV. & Pii V. Pont. Simoniz hanc speciem & prohibitionem ad permutationes, quod resignationes & cessiones, de quibus ibi, sint accipiendæ de simplicibus, in favorem tertii, quæ sunt magis odiosæ, quàm illæ, quæ sunt per modum permutationis, & simplices illæ incommoda graviora habent, quæ Pontifices non overunt, quam hæ permutationes, ut ad eas dictorum Pontificum Constitutiones non sint extendendæ, quia pœnales. Et hoc, quatenus tantum concernunt permutantes inter se; nam si collator cum permutantibus pacificatur modo dicto, habebit locum hoc genus, & pœnæ per Pont. propofitæ Vid. Navarr. Conf. 77. h. t. Suarez d. c. 43. num. 10. & 11.

325 Pœnæ autem variæ sunt. Primo, quoad Prælatos superiores, est Interdictio ab ingressu Ecclesiæ quoad inferiores Excommunicatio, latæ sententiæ, Pontifici reservata. II. Annullatio resignationis & collationis beneficii in quo commissa ejusmodi Simonia: inhabilitas ad idem beneficium, & ad alia omnia inde secuta. III. Privatio beneficiorum & pensionum ante obtentorum, & inhabilitas ad quæcumque alia obtinenda. IV. Reservatio talium beneficiorum, ut non nisi à Sede Apostolica conferri valeant, & fructus eorum malè perceptorum Camera Apostolicæ applicentur quas pœnas colligere est ex Bullis dictorum Pontificum, apud Navarr. c. 23. nu. 10. Ex quibus patet, hujus speciei pœnas esse graviores, quam simplicis Simoniz. Cujus ratio est, quod illa sit gravior, quippe continens insidiosas fraudes & imaginem successionis hæreditariæ, quasi transmittendo beneficia per unum ad alios cognatos, aut aliàs inhabiles, defraudando Camera Apostoli-

cam & alia similia, in prædictis Bullis contenta.

Incurruntur autem omnes istæ pœnæ, si factus; nisi quod beneficiorum legitime obtentorum privatio non ita censetur incurrenda factis, ut teneatur quis seipsum spoliare sententiam saltem declaratoriam. Aliæ pœnæ, censurarum & inhabilitatis, si factis habeant effectum suum, non tantum ubi ab unaque parte est impleta Simonia, verum si ab altera tantum parte, scilicet beneficium inceptum per ejusmodi confidentiam, Navarr. d. c. 23. num. 10. §. Secundo, Conjectura, quibus hæc species in foro exteriori probatur, colligere est ex dictis Bullis & Navarr. d. c. 23. Quoad mediatores, non videntur incurrere excommunicationem, nisi impleta detur Simonia, cum Bulla Pii V. de his non loquatur Pauli II. Extravag. h. t. eos completa detur Simonia excommunicationi velit subsistere, quæ non mutata per alios Pontificum permutatione non est, Navarr. d. num. 10. §. de novis, Suarez. d. c. 43. in fine.

Hæc de pœnis Simoniz. In qua hoc speciale, ut quilibet criminolos etiam mensis admittatur ad acculandum, c. 7. & ibi dicitur, t. propter gravitatem istius labe, Unde etiam constitutum, ut nulla dignitas ab ejus pœna excuset, ne quidem Cardinalatus aut Regis de hoc h. t. Extrav. 2. eod. subsunt etiam Reges legi Ecclesiasticæ.

Ubi queri possit, An vitium Simoniz incidere possit in Pontificem? Resp. In omni materia, in qua Simonia committitur contra divinum, non esse immutem ab ea dispensatum ea ratione, quia juri divino sit subiectum Pont. Quo modo pro Sacramentorum collatione citra labem hanc non accipitur potestatem. Idem est de aliis, saltem si ut pretium res licite accipiat, non stipendium aut rationem magno æstimabilis pretio, quæ subest, & quam deponit à te facta, non committit Simoniam. In fructus beneficii ab eo separatos recte recipit Pont. & alia similia. Quantum ad eam, quæ jure Ecclesiastico committitur, cuiusmodi in mano inducta, non potest hæc cum obsequio qui est supra humanum, supra quæstionem esse, l. Princeps D. de consuet. Prims, quæ dea

ad eum sup. tit. de consuet. num. 10. Hinc leges circa Simoniam confidenter non obligant Pont. quod ea sit positivum juris, ut mala sit, quia prohibita, quatenus jus Ecclesiasticum prohibet omnes pactiones super beneficiis, nisi etiam extenderetur ad communicationem spiritualis pro re temporali, quia esset juris divini, & Pontificem obligaret. Quantum ad pœnas fori exterioris adversus Simoniam commissam contra jus sive humanum sive divinum, omnium sententia est, non teneri iis Pontificem, quod si sint inducæ per jus Ecclesiasticum; Princeps autem supremus non subiciatur suis legibus quoad vim coactivam; uti traditum D. de legib. n. 24. & seqq. & patet ex eo quod nulli sit subiectus, can. cuncti per mundum X. q. 3. Non habet autem locum vis coercitiva nisi in subiectum, ut censuris, quæ constringunt inferiores, non possit ligari Pontifex. Quo facit, quod Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. c. 12. & seqq. & Navar. in c. Novis. sup. de iudiciis Notab. 3. nu. 78. & 142. & in Summa c. 27. nu. 13. tradunt, si contingeret Pontificem Rom. in hæresim incidere, non fore eum ipso iure excommunicatum, Unde licet omnes fideles etiam Imp. Cardinales, Episcopi subiciantur censuris; non tamen ipse qui supra jus est, ligabitur Vid. Suarez c. 52. num. 2. & seqq. Binsf. ad c. 1. h. t. q. 2. Concl. 1. 2. 3. Less. d. c. 2. dubii 5.

Hinc consequenter possit quaeri, an si contingat Pont. facere contractum cum aliquo simoniaci, eo ipso eximat eum à pœna Simoniae? Resp. Id negare Abbates, c. 1. nu. 8. h. t. etiam in casu quo Pont. non committeret Simoniam; qui proinde putat non posse talem in conscientia retinere beneficium taliter acceptum. Quo facit Clem. spo. de sent. excomm. ubi Pont. scienter communicando cum excommunicato, non censetur eum absolvere, nisi exprimat. Probabilius, Pontificem tunc censeri eum eximere à pœna, & eum eo dispensare per tale factum, est, quæ ea sententia rationi magis consentanea, cum non sit verosimile Pontificem velle beneficium conferre frustra & punire opus, quod ipse semel effecit, & fortasse ad illud invitavit, hoc enim foret se condemnare. Ita tradit Covar. d. 4. c. peccatum p. 2. § 8. nu. 9. Vid. Azor p. 3. lib. 12. c. fin. qu. 2. Suar. c. 61. n. 15. Binsf. d. c. 2. quod. 3. vers. dubium nuncup.

Possit hic aliud moveri dubium, an Pont. non teneatur lege simoniaci ambitus, Annatas exigens? Resp. Annatarum usum non ita nuperum esse, ut vult pro more suo patum in Rom. Sedem æquus Duaren. De sacris Eccles. ministr. lib. 6. c. 3. ejus originem Bonifacio IX. adscribens, secutus errorem Platina in Vita Bonificum earum fiat mentio in Conc. Viennensi, quod celebratum sub Clemente V. quem multis annis ante Bonif. IX. se disse ex fallis Ecclesiasticis est notum. Sunt autem Annata fructus primi anni Episcopatum, aliarumque dignitatum & beneficiorum, à Pont. Imperatorum, quos sibi suæque Camera retinet, non in pretium dignitatum, seu beneficiorum, sed in sui sedisve suæ subventionem, & ministrorum sustentationem, quorum opera est necessaria in Ecclesia per totum orbem gubernatione. Quo facit quod in lege veteris Testamenti à Levitis decimæ decimarum essent præstandæ summo Pontifici, Num. 18. ut res ea non possit dici quid involvere simoniacæ labis, cum non rellimetur quid sacrum & rectè D. Thomas 2. 2. q. 87. art. 4. doceat naturalem æquitatem dicere ut ille qui omnium curam habet de communi alatur adeoque Pontificem posse à singulis Clericis decimarum decimas exigere; quidni etiam unius anni fructum sibi reservare? quod continet minus gravamen. Ut plerique rectè defendant Annatas ab omni labe alienas, quos citat Flamin. De Simonia confid. q. 9. n. 58. quid impudenter & temerè Molin. impius pro more suo in S. dem. Apostolicam, eam mordaciter carpat, & post eum alii Annatarum usum damaent. Vide Azor p. 2. lib. 7. c. 12. qu. 1.

Quod attinet ad Curiam Rom. Simoniam contra jus positivum humanum in ea commissam, sciente & non contradicente Pont. quidam negant habere locum, quorum dictum verum est, quoad Simoniam, cui ipse Pont. auctoritatem præstitit; eam quoad commissam inter alios, non est sufficiens signum, culpam nullam subesse, ex eo, quod sciat Pont. eum interdum toleret, quia ita expedit nisi talis sit scientia & patientia, ut communi iudicio prudentum censetur lex ibi derogata, aut ei derogatum. Suarez c. 52. num. 10. & 11.

129 Unde quaesitum, An possit consuetudine honestari exactio temporalis pro spirituali? R. Non esse quaestionem de Simonia iure divino prohibita, tantum quaeri de prohibita iure Ecclesiastico: & pro adfirmantium sententia facere Primò, quòd per consuetudinem possit abrogari lex humana, ut dictum sup. de consuet. num. 8. Ubi non obstat, quòd per statutum non possit derogari juri communi, nam hoc ideo, quia statutum nititur sola potestate inferiorum, ut merito non praevaleat legi superioris; in consuetudine concurret tacita saltem voluntas & consensus superioris. Secundò facit, quòd pia consuetudines hac in materia dicantur observandæ, cap. ad Apostolicam h. r. Potest autem ista exactio esse pia, ut constat per Trid. Sess. 24. c. 16. de reform. quod præcipit examinari & discerni inter consuetudines, quæ aliquam exactionem induxerunt in beneficiis; ut si in pios usus non convertantur, nequiquam fieri permittantur; ut præsupponatur posse consuetudinem esse piam. Pro contraria tamen parte facit, quod consuetudo reprobata non possit contra legem prævalere. Covar. 3. Var. Resolut. 4. 13. n. 4. Est autem talis consuetudo reprobata per Canones, ut patet e. non satis § h. r. in verbis, nec sub obtentu cujusquam consuetudinis tantum suum quis tueatur; cum diuturnitas temporis non diminuat peccatum, sed augeat. Facit & quòd consuetudo vocetur prava & corruptela, e. in tantum 36. c. Sicut 39. hoc tit. & in can. Ex multis l. qu. 3. reprobata consuetudo quid largiendi etiam in pios usus. Dicendum, non omnem consuetudinem circa exactionem alicujus temporalis esse reprobatam, & concurrere posse tales condiciones ac circumstantias, quæ malitiam ejus auferant, & purgent ab omni suspitione mali: veluti si tale onus imponi cœptum in debitum sustentationis stipendium, propter ministrorum indigentiam, quæ sola ponit justum titulum quid exigendi fundamentum laudabilis consuetudinis. Ubi tamen, ut omni vitio res careat, oportet impositio talis fiat sufficienti auctoritate & potestate; neque enim privata auctoritate ab aliquibus, licet indigeant, onus tale imponitur, qui spiritualia recipiunt. Solet autem talis origo præsumi, si aliud non obstat, ut tradit Nav. cons. 3. h. r. Quomodo pro sumeribus

exequiis, baptismo, & similibus, etiam pro vino prohibitis, quid dare usu receptum, non exigi. Non sit tamen exactio fieri consuetudo specialiter in jure prohibito, qualis est rogare spiritualia, nisi dentur prius temporaria, aut de dâdo certa sit cautio præstata, hinc eodem jura passim detestantur, ut videtur in d. c. in tantum & c. An videri 41. de illis & ad talem rectè accomodantur jura supra allata, quæ eam pravam & corruptelam vocant: alias secundum Trid. possent duo laudabiles, etiam quoad ea, in quibus jure divino exactio temporalis si prohibita, quæ non capitur pretium, verum ut stipendium sustentationis, quod debitum ministranti spirituali non est provisum aliunde. Vid. An. 1. § 12. c. 19. qu. 1. Suar. 2. c. 48. n. 1. & 109.

Hæc ita quoad culpam & poenam Simoniam super quibus, quatenus dispositio cadit, videtur. Ad culpam quod attinet Simoniam contra jus divinum commissam, nulla dispensatio humana eam tollere potest, quia non est Ecclesiæ potestas, quæ jus divinum immutat. Quoad eam, quæ committitur de Simonia prohibita, dispensatio humana quæ non est, & quidem Pont. Rom. tantum, non alius, nisi ex pontificis commissione; tamen potest dispensare super legibus humanis, quæ non sunt. Solum itaque Pont. super Simoniam se inducitur dispensat: non ut manente Simonia absit culpa, quia Simonia ex proprio conceptu significat rem malam, sed ut commisso venditio, quæ obligante lege esset sine onere, illa sublata talis non sit. Non solet autem dispensare super ea Pont. ex eo, quòd illud sit necessarium, cum possit aliter pariter sustentationi suæ; nec Eccl. licet res, non expedit res ejus fieri venales. Ita fecit Lopez. c. 61. n. 1. & 2.

Quantum ad poenam ab excommunicatione per Simoniam in Ordine, beneficii, & gradu Religiosis, contracta absolutio reservata est soli Pontifici, Extrav. 2. h. r. Suar. 41. 61. n. 3. Quoad suspensionem in Ordine licet rectè dixeris: quod licet non pateat ex d. Extrav. 2. ut possit videri habere locum regulam de qua in c. nuper inf. de sent. excomm. quod in conditor Canonis abolitionem sibi reservaverat non reservavit, hoc ipso concessit.

deatur aliis relaxandi facultatem: tamen constat ex c. *ten. h. i. & ibid. Gl. ac DD.* ubi dicitur à Sede Apostolica obtinenda dispensatio à Simonia in Ordine commissa. Deinde quòdo suspensio est lata in puram pœnam, non potest auferri, nisi per eum, qui intulit; neque enim inferior disponit super lege superioris. Idem confirmat Bulla Sixti V. contra malè promotos, & Clementis VII. Ubi aliqui limitationem ponunt, ut regula procedat quoad eos, qui scienter sunt promoti simoniace, quasi cum eo, qui ignoranter est promotus, dispensare valeat Episcopus, & ubi præsupponunt talem esse suspensum, c. *per suas h. i.* ubi Pont. de tali agens subjungit, *nisi cum eo misericorditer fuerit dispensatum.* Videntur tamen tales non commisisse Simoniam in sua ordinatione, cum suspensio sit pœna imposita propter culpam, qua cessante, propter ignorantiam, debet & cessare pœna, arg. c. *Apostolica inf. de Clerico excom. celebr.* & ita tenet Navar. c. *25. n. 68.* Suarez d. c. *61. n. 5. & 6.* Non obstat d. c. *per suas*, quia agit de ignorantia juris, ut ex textu constat, qualis non excusat. Idem dicendum de ignorantia facti culpabili, nam & hæc non excusat, *can. ult. l. q. 5.* Unde consequens est, non suspensum neutquam indigere dispensatione. Quoad ordinationem simoniacè, cum suspensio trinitatis de jure communi ligat, d. c. *pen. h. i.* idque in puram pœnam, ut non tollatur nisi à Pontifice. Aucta autem dicta suspensio circa eum, & quidem cum eadem reservatione. Idem in mediatore, præsentatore. Suarez d. c. *61. n. 7.* Quantum ad irritationem collationis, dispensatio etsi antecederet fieri possit, iniqua tamen foret: postea facta ad aliud non proderit, quam ut iterum possit conferri beneficium. Quoad inhabilitatem ad obtinendum idem beneficiū simoniacè obtentum, non dispensat nisi Pont. cum sit pura pœna, etiamsi ignoraverit. Et hoc quoad beneficium majus, & quidem pro illa vice tantum, ut postquam alteri fuerit collatum, & iterum vacaverit, liceat Episcopo dispensare: eum etiam licebit dispensare cum tali quoad beneficium simplex ignoranter simonia è adquisitum, Suarez d. c. *16. n. 10.* Quantum ad inhabilitatem ad alia beneficia, præsupposito, quòd ipso jure & ante sententiam incurritur, non potest super ea dispensare Episcopus, si non sit pura pœna Papalis. Quamvis non

videatur saltem usu talis pœna obtinere ipso facto, sed demum post sententiam antequam ut non incurritur, ita nec opus ulla dispensatione, quæ tamen utilis esse poterit, ut postea quis per sententiam beneficio fortè obtento non privetur.

Quid si occulta fuerit Simonia? R. Quoad excommunicationem & suspensionem, rectè extendi facultatem dispensandi Episcopis super irregularitate in casibus occultis datam per Trid. Sess. 24. c. 6. *de reform.* Nam eo ipso, quo non excipitur, concluditur sub generali istius loci decisione. Quam ad inhabilitatem non rectè traxeris, quæ non tam est irregularitas, quam particularis pœna. Concilium autem non dat facultatem generalem dispensandi in omnibus pœnis occultis Papæ reservatis; & ita dicitur declaratum à Cardinalibus: Suarez d. *loc. cit. n. 11. circa fin.*

Dubium aliud superest, An in restitutione pretii simoniacè recepti dispenset Pont. Resp. Distinguendo; aut enim jure naturali est debita, aut tantum venit ex lege Ecclesiastica. Illo casu non dispensat Pont. quia non potest alter privari jure suo, cui illud pretium reddendum, non ut pœna, sed ratione injuriæ. N si tamen is, cui restitutio faciendâ, commiserit Simoniam, possit enim Pont. in pœnam ejus dispensare cum eo, qui accepit, in hoc vero casu potest Pont. dispensare, tum quia dispenset super jure positivo, tum quòd illa pecunia ad bona pertineat Ecclesiastica, quæ subjacent dispositioni Pontificis, Ita Suarez d. c. *61. n. 12.*

Quantum ad consuetudinem, per quam dispensatio possit induci, nihil aliud hic dicendum est, quàm quod quatenus abrogat leges humanas ita etiam possit tollere pœnas per legem humanam inductas: qua de re Suarez d. c. *61. in fine.*

Quantum denique ad modum concedendi dispensationem, & quantum ad inferiores prælatos, in casibus, quibus id est licitum, expressis ea verbis faciendâ, post causam cognitâ, quia dispensant in lege superioris, & ut valide, necesse est causa justa subât. Quod in Pont. non requiritur, qui etiam scienter conferendo beneficium Simoniaco, etsi id non declarat, facit valere collationem, siue

causa

132

133

134

causa subicit, sive non, quia cum sit supra jus humanum, non requirit causam, ut illud tollat, quamvis ab omni noxa causa cum salvet. Et deinde sufficit sola voluntas, quam ponit scientia, quæ nisi effectum consequeretur, videretur ludere & nihil agere voluisse, quod non decet Principem, cujus beneficia debent habere effectum. Suarez. *ibid.* *num.* 13. & 14.

TITULUS IV.

Ne Prælati vices suas vel Ecclesie
sub annuo censu
concedant.

SUMMARIUM.

1. Communicatio jurisdictionis Ecclesiasticæ & constitutio Vicariorum pretio est simoniaca.
2. Clericatus sive auditoratus Camera an rectè pretio committatur?

Actus jurisdictionis Ecclesiasticæ non tantum fori interni, verum & externi pretio æstimari citra Simoniam non posse, dictum *Tit. superiori n. 22*. Et hoc, sive sint actus contentiosæ jurisdictionis, sive voluntariæ. * Unde actus communicandi jurisdictionem spirituales sunt materia Simoniacæ, ita ut illos pretio æstimare sit contra jus divinum, quia venderetur quid ordinatum ad spirituales ac supernaturalem finem per se & primò. Hinc Episcopus prohibuit Vicarios pretio constituere, qui pro certa quantitate jurisdictionem exerceant, aut Archidiaconorum vices subeant, in terminandis Ecclesiæ causis. Quod olim quidem fuisse usitatum apparet *ex c. 1. & 2. h. t.* postea verò ut simoniacum prohibitum, sub pœna privationis jurisdictionis & potestatis conferendi, *d. c. 1. & 2.* non tamen tam ipso facto, quam per sententiam, uti clarè apparet ex verbis istorum textuum, quæ sunt futuri temporis Navar. *Conf. 1 n. 2. h. t.* Videtur & consuetudinis fuisse, licet pravæ, & enormis, ut eam vocat Pont. & contra SS. Patrum institutiones inductæ ab eis, quid omne pium & honestum judicent,

quod est utile. Sacerdotibus sub annuo pretio committere regimen Ecclesiæ unde id ipsum omnibus modis prohibetur *h. tit.* sub juncta optima ratione, quod dicitur Auditorium sub annuo mercede venale committitur, ad æternæ retributionis præmium conditio ratio non habeatur.

Dubitari posset, An rectè in Camera Clericatus, sive Auditoratus, ut vocat Camera pretio committatur? Resp. Dico non aeri isto munere: prius est jurisdictionis spiritualis, alterum emolumentum temporale ejus administratione proveniens. Illud vendi nequit citra Simoniam juris divini, hoc se nude spectatum vendibile est, nisi emerit temporale. Dico, per se non vendibile: quia ut conjunctum isti jurisdictioni, tamquam consequens ex illa, pretio vendi nequit citra labem, quod etiam ipsa dictio spiritualis venderetur juxta *can. 1. p. obiter l. 9. 3.* Suarez de Simonia *c. 20. n. 1.* ne labe itaque partem fructuum istius muneris sibi reservat Pont. separando emolumentum ab ipso, ut potest, secundum dictum *Tit. prox. num. 44.* Unde nihil omnino includit, sub annuo censu Ecclesiæ possessiones [illæ enim veniunt nomine Ecclesiæ, in quo jus sit mentio in *c. fin. h. t.*] alicui elocantur res ea sit merè temporalis: ut rectè illi Ecclesiæ rectorem velit compelli ad vendendum contractum, & secundum tenorem conventum permittere conductorem possessionem possidere.

TITULUS V.

De Magistris, & ne aliquid exigitur pro licentia docendi.

SUMMARIUM.

1. Pro licentia docendi pretium dari non debet non est simoniacum.
2. Docentes & Auditorum causa oblationum suorum fructus integre percipi debent.
3. Pro gradu licentia aus Doctoratus licentia pretium.
4. An pro opera ac labori tradendi fructus

5. Et quid de Theologica doctrina?

6. Pretium accipere pro consilio dando nihil continere iniustitiam.

Quia, secundum dicta spiritualia in pactum deduci non possunt, quaeritur hoc Tit.

1. An pro licentia docendi pretium accipi aut dari possit, citra labem? *Causa dubitandi in eo est, quod Pont. pro ista licentia pretium accipi prohibeat, & acceptum restitui velit, *cap. 2. h. 1.* sub iuncta ratione, *Gratis accepistis, gratis date.* Verum ista prohibitio Pont. non eo tendit, quod id sit simoniacum; uti nec poena privationis beneficii, quae eos manet, qui idoneae personae licentiam docendi sine pretio denegant, *c. 1. & 3. h. 1.* Cum nihil spirituale vendatur, ut patet ex dictis: sed eo, quod iniustitiam continet, denegare licentiam docendi idoneo, pretio non numerato, propterea quod ea res reddunt in gravamen & decentum & discentium, cum essent docti potius invitandi ad docendum. Qua de causa Pont. ut horum necessitas sublevetur, & discere volentibus sit facilior via ad scientiam adsequendam, mandat assignari beneficia docentibus ad convenientem sustentationem, qui ejus Ecclesiae Clericos & alios pauperes gratis doceant, *d. c. 1. h. 1.*

2. Hae & docentes integrè fructus suos percipere voluit in *c. fin. h. 1.* simul & studiorum causa ablegatos, usque ad quinquennium, ut docti sicut stellae in Ecclesia Dei fulgeant, & alios ad iustitiam erudire valeant. Imò & istis subministrari necessaria à Praelatis & Capitulis, si proventus eorum non sufficiant, mandat ibidem Pont. Quod spectant privilegia hujus Universitatis per Martinum V & Eugenium IV. data, quibus concessum docentibus & discentibus in ea, ut integros fructus beneficiorum suorum percipiant; qua tamen in re Praelati & Capitula non raro se praebent difficiles, quo jure ipsi viderint. Voluit autem Pont. in *c. pen. h. 1.* in Metropolitana Ecclesia & Theologum eligi & Grammaticum, si sumptus suppetant. In praedictum finem decrevit & Trid. Sess. 23. c. 18. de reform. in majoribus Ecclesiis, quatenus feruat facultates, ali aliquot pauperiores pueros, quos spes est futuros aliquando utiles Ecclesiae, & tonsura ac veste clericali utentes religiosè educari.

Quaeritur autem, An pro gradu Licentiae aut Doctoratus licitè accipiat pretium? R. Videri posse, non licitè accipi, eo quod datum videatur recipi pro licentia docendi ad quam ordinatur gradus iste; hoc autem est prohibendum, si non ut simoniacum; saltem ut iniustum, cum à radice cupiditatis videatur procedere *c. 3. h. 1.* & abusus quidem sit spiritualis jurisdictionis; praecipue quia gradus iste per potestatem spirituales sit institutus, confertur enim auctoritate Pontificia. Quibus non obstantibus, probabilis est, hujusmodi gradus nihil continere spiritualitatis, atque ideo non esse materiam Simoniae, si pretium pro eis detur, nea tantum in modum stipendi ad silentium pro labore, verum etiam per modum pretii & contractus onerosi; cum gradus nihil aliud sit, quam publicum testimonium scientiae studio & labore quaesitum, & approbatio ad officium docendi, consulendi, curandi, & similia, cum quibusdam privilegiis, facultatibus, commodis, honoribus temporalibus. Ut titulus sive habitus, quae nomine gradus seu magisterii significatur, sit pretio aestimabilis, non minus quam ipsa doctrina, in qua fundatur. Ita suarez de Simonia *cap. 18. num. 15* Nihil refert, quod collatio sive institutio istius gradus sit a Pont. cum non omnia ab eo descendencia sint spiritualia Imò & temporalia ille interdum instituit ad splendorem & utilitatem rerum spiritualium, quae eo ipso non possunt dici ita adnexa spiritualibus, ut sint materia Simoniae, nisi speciali jure sit prohibitum ea vendere. Quod non invenitur in istis gradibus, nec possunt hic applicari, quae habentur *d. cap. 3. & aliis locis h. 1.* cum ibi agatur de danda licentia docendi à Praelatis & Capitulis, atque ita auctoritate quadam spirituali; ut ea res videatur continere aliquem abusum potestatis Ecclesiasticae, si pretium interveniat. Unde & jura prohibentia exactiones & contributiones pro recipiendis personis ad sedes & munera Ecclesiastica, *c. cum in Ecclesia 9. sup. tit. prox.* non pertinent ad hos gradus, nec de iis mentionem ullam faciunt. Quod ita procedet non tantum in Jure & medicina, verum & in Theologia; nam & in ea Magisterium non minus est temporale quid, quam in aliis sci ntiis.

Tte Alia

4. Alia quaestio est, An liceat propter scientiam & doctrinam pretium exigere: Resp. Secundum substantiam nec jure nec facto à possidente vendi posse, ita scilicet, ut in alium physice transeat, & per se illam perficiat, cum nequeat ab uno in alium transferri; nam ut animus & intellectus transferri nequeunt, ita nec potentia & actus iis inherentes. Tantum esse quaestione quoad actus & opera talis scientia, velut artem tradendi scientiam ejusmodi: ut solum dubitetur, an quid labis contineat vendere operam & laborem adjunctum. Quod licet videri possit, ex eo, quod doctrina & scientia sit quid spirituale; non tamen aliter, quam quod in animo & intellectu sedem habeat, non per influxum, & effectum, sed per generalem concursum labore & studio comparata. Ut non possit dici ponere alicuius materiae religionis, atque ita nec materiae Simoniae cum mercede temporale pro temporali detur, opera scilicet & industria in tradendis scientiis. Imò posito quod talis scientia sine ullo labore esset parata, vel à Deo per accidens infusa, nec simoniacum quid, nec injustum aut illicitum, per se loquendo, illius usum & doctrinam vendere, juxta condignam aestimationem talis operis; quia non ideo magis spiritualis ejusmodi doctrina, aut alicuius valoris vel aestimationis, quod principium ejus miraculose sit collatum, cum nihilominus maneat naturale; & valor rei non attendatur ex modo, quo comparata est, & an pretio an sine pretio, sed ex intrinseca natura & valore suo, juxta communem aestimationem, quem servando nulla committeretur injuria; excedendo verò possit committi, quod ultra, quam valet, opera aestimetur, contra justitiam commutativam. Hinc Magister cui constitutum condignum stipendium, ut omnes gratis doceat, peccatum injustitiae committet, exigendo à discipulis aliquod pretium, secundum *c. 1. & ibi DD. b. t.* Nisi extra ordinem docueris, nam pro extraordinaria lectione, quae non comprehensa est pacto, nihil injusti potest dici committere, cum hujusmodi actus non ponat materiam Simoniae. Potest & augmentum pretii esse immune ab omni vitio Simoniae & injustitiae, si doctrinae nobilitas vel eximia personae petita id mereatur licet non sit major, sed minor aut etiam nullus; nam do-

ctrina ex objecto redditur dignior, & condigne prout vendibilis est, reddatur etiam majoris aestimationis. Ex parte etiam profectus docentis plurimum augetur doctrinae utilitas nata ex auctoritate docentis, merito considerabilis ad pretii aequalitatem, qua de re, ut de aliis huc spectantibus, latè Suarez, *c. 8. n. 4. p. segg.* & Binsfeld *ad Ru. r. b. 1. Notab. 8.* Quae ita omnino procedunt in aliis scientiis, ut in Medicina.

Dubitatur, An idem sit dicendum de Theologia? R. Aliquos velle, pro eius tradenda utilitatem pretium accipere esse simoniacum. Fundamentum est, quod sit supernaturalis, non verificetur circa principia fidei & rationis, sed circa doctrinam. Et facit: quod D. Paulus, *ad Rom. 12. & ad Ephes. 4.* inter ministros Ecclesiarum numerat Pastores & Doctores: ut si ministerium Ecclesiasticum habeant actus tradendi doctrinae istius pertineat ad Simoniam. Vitiis contrarium communis obtinuit, etiam quod actus talium Magistrorum docentium sint naturales, & naturali modo cooperentur ad hoc, ut auditores discant, sive ad istius scientiam sit naturalis, sive supernaturalis, quia non videtur ipse ad sensus, qui non est docentium labor & opera tantum, qui non est minus estimabilis, quam aliarum scientiarum. Quod magis & in Scholis Theologiam docentibus ad pretium est stipendium. Ita Suarez, *c. 18. n. 4. p. segg.* Binsfeld *ad loco vers. Major autem, Lys. 1. 3. dubit. 13.*

Ex dictis patet, nihil simoniaci aut illiciti continere, pretium accipere pro docendo non tantum in Jure & in Theologia, quod illi actus sint naturales, & conditio vel scientia perfectae sit incidentaria; usque doctrinae Theologiae in his actibus merè naturalibus, & qui tantum sunt ad instructionem intellectus, vel temporalem utilitatem, pretio aestimari potest contra omnem noxam. Quod & procedit, quando consilium datur à Theologo ad parandam conscientiam: nam licet actus possit esse spiritualis, cum tendat directe ad salutem animae si tamen sistat consilium in pura instructione intellectus, non potest esse materia Simoniae, quandoquidem ista instructio non sit minus naturalis, quam si daretur in omni-

ria merè speculativa, cum operetur Theologus tradendo con hium ut magister humanus. Et sic indistinctè à Doctoribus pro consiliis quid accipi posse citra labem tradit Nav. in Summa c. 23 n. 100. Suar. d. c. 18. n. 18. & 15. Secus esset, si si. ret per modum exhortationis, quod pertinet ad discretionem spirituum ut cum datur ad judicandum de aliqua vocatione, an sit à Deo nec ne, vel revelatione, an sit à bono vel malo spiritu, & similibus, quæ pendunt magis ex peculiari directione & illuminatione divina, & quadam spirituali experientia, quàm ex doctrina, licet illa coadjuvet. Ut in ejusmodi consiliis non sit expectanda retributio aliqua temporalis à timoratis, cum spirituale quid sapiant, atque ita ponant quamdam Simoniam matciam Suarcz d. loco citato, 21.

TITULUS VI.

De Judæis & Saracenis.

SUMMARIUM.

1. Iudaorum & Saracenorum nomine qui veniunt.
2. Iudæis quatenus habitare inter Christianos liceat.
3. Eorum familiaritas & cohabitatio interdicta Christianis.

IN Deum peccatur à Judæis & Saracenis, ratione infidelitatis. * Iudæorum nomine veniunt, qui lege veteri utentur s. Christum negant esse Deum; Saracenorum vero omnes qui in gentiliū cœcitate perdurantés idolis servant, impia Mahometi dogmata sectantes Azor. Inst. Moral. p. 1. lib. 3. c. 23. qu. 4. Nominis originem alii aliunde petunt, quæ de re Cov. 4. Var. c. 9.

His etiã liceat habitare inter Christianos, 2. citra compulsionem ad suscipiendam fidem, sive in se, sive in liberis, c. sicut 9. h. t. synagogas suas habere, veteres restaurare, non etiã novas extruere. cap. consuluit 7. h. t. l. fin. Cod. eod. cœtemonibus & exercitiis suis uti, citra scandalum tamen Christianorum, c. 4. h. t. Clem. un. eod. quo modo non procedunt in publicum die

Passionis Dominica, nec habent ostia & fenestras apertas die Pentecostes. c. 3. & 4. & c. in nonnullis 15. §. in diebus h. t. His, inquam, etsi liceat habitare inter Christianos * familiaritate tamen eorum & cohabitatione Christianis etiã servis est interdictum, sub poena excommunicationis, c. Iudæis. & c. ad hac 8. h. t. ne, ut fieri ad solet, consuetudine in eorum errores trahantur, secundum illud. Qui claudo cohabitavit, claudicare discit; qui tangit picem inquinatur ab ea. Unde ut faciliè dignoscantur, diceret à Christianis v. ste uti jubentur, d. c. 15. Officium nullum inter Christianos exercere permittuntur, & quòd fortè susceperunt dimittere coguntur, cum omni emolumento inde percepto, punito eo, qui officium illud commisit, c. cum sit 10. h. t. Si reddituum collectionem Judæus emerit, ei præficiendus Christianus, ne per Judæum contingat Christiano alicui gravamen, c. penult. h. t. Baptizatum aut baptizari volentem prohibentur emere, retinere, Baptismum servi aut libertorum impedire, aut aliquem ad Christi fidem convolantem circumcidere, sub poena profectionis bonorum & exsilii, l. Iudæi 16. h. t. Servum Christianum si quem habeat, venalem jubentur exponere intra tres menses, redimendum duodecim solidis aureis, c. fin. h. t. Alias servo privantur, qui perducitur ad libertatem, & pretio, uti & scienter servum Christianum comparans servitii causa, d. c. fin. Cum iis qui agunt hostiliter, omne commercium Christianis est prohibitum, & subsidii alienius præstatio, sub poena excommunicationis & privationis bonorum, c. 6. & c. quod olim 12. h. t. jure civili sub poena amissionis bonorum & ultimi supplicii, C. quares exportari non deb. h. t. Conversionis tamen gratia cum iis conversari, aut ad eos proficisci redimeutorum captivorum causa pium est, cap. quam sit 10. cum e. seq. h. t.

TITULUS VII.

De Hæreticis

SUMMARIUM.

1. Hæresis quid, & Hæreticus quis dicendus.
2. Poena hæreticorum. I. Excommunicatio.

Tit 2

3. II.

3. II. Irregularitas.
4. Hæreticus occultus an hanc pœnam incurrat?
5. An ad meliorem mentem re-versus quoad Ordinem ante susceptum?
6. An super hæretico occulto Episc. dispenset?
7. Irregularitatem contrahunt & defensores, fautores hæreticorum.
8. Item filii hæreticorum & fautorum.
9. An & illegitimi?
10. An nati ante hæresim?
11. An ordinatus ante hæresim patris suspendatur ab executione Ordinis?
12. An filii re lapsorum, qui ante mortem sunt reconciliati Ecclesiæ?
13. III. Infamia.
14. IV. Confiscatio bonorum.
15. An reus eo casu teneatur bona deferre ad fiscum?
16. Pœnitentia ante sententiam declaratoriam an faciat cessare hanc pœnam?
17. V. Mors.
18. Resipiscentes an & quatenus evadant hanc pœnam.
19. Disputationes de fide prohibita laicis, & scripta hæreticorum damnata.
20. Inquisitores hæretica pravitatis.

Iudaismus & paganismus etsi generalioris nominis vocabulo sub hæresi comprehendantur, proprie tamen ab ea distinguuntur, cū formalis hæreseos causa sit contradictio fidei semel susceptæ in baptismo; Judaismi verò contradictio fidei, numquam susceptæ.

Dicta hæresis ab electione, quod quis sibi eligat disciplinam, cui pertinaciter adhareat, *can. Hæresis 27. XXIV. q. 3.* Unde hæreticus est, qui errorem aliquem pertinaciter defendit, contra Ecclesiæ definitionem; post factam tamen professionem fidei in baptismo, sive gratia lucri temporalis, sive vanæ gloriæ, odii, vindictæ, ut plerique, *can. Hæreticus 28. d. q. 3. Covar. 3. Var. 1. num. 2.* Duo itaque ut quis habeatur hæreticus, requiruntur: prius, ut sit baptizatus, cum fidem deserere necdum susceptam nemo dici possit; quo modo & pœnæ ab Ecclesiæ hæretico propositæ non infliguntur non baptizato, licet possit esse verus hæreticus, perversè de fide sentiens, cum Ec-

clesia non agat in non sub. i. os. Alteram, ut errorem contra fidem & Ecclesiæ definitionem pertinaciter defendat, *can. qui in Ecclesiâ seq. XXIV. q. 3.* nam qui deceptus quadam simplicitate contra Ecclesiæ definitionem quilibet sensit, corrigi paratus, non est dicendus hæreticus, *can. dixit d. q. 3.* Necesse autem est, ut exteriore sit prodita hæresis, etiam occultam qui sinitrè quidem sentit de fide, nihil tamen exterius prodit, qualem vocant hæreticum mentalem, non habetur hæreticus quoad pœnas juris, cum actus purè interius sit materia censuræ, ut neque est materia Ecclesiæ jurisdictionis, per quam sententiam cum Ecclesiâ non iudicet de occultis. Contra qui animo fidem tenet, etsi actus ostendatur hæresis sapere, non tamen habetur hæreticus, solum in foro interio. *Vi. Covar. ad c. Peccatum de R. I. in 6. p. 2. in prin. in Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 8. c. 9. Jul. Clar. Hæresis in prin. Quoniam autem hoc genus hominum Christianæ Reipub. est perniciosissimum, ejus quieti & tranquillitati maxime insidians, variis tam civili quam Canonico jure puniendū coërcetur.*

Prima est Excommunicatio lata *secundum c. ad abolendam q. h. 1.* Quam incurrit non tantum ipsi hæretici, verum & receptatores, fautores, defensores, ut tales sunt, credentes, quæ doctrinam veracem *c. sicut & c. excommunicatus 13. credentes h. 1.* corpora eorum demeruntur sepulturæ mandantes, *c. 2. eod. in 6.* Quibus solutionem non merentur, nisi ea etiam publicè adiciant, *d. c. 2. p. 1.* propterea pollentibus qua locum insciunt, uti dictum *supra in prin. Eccles.* Hujus pœnæ ratio est, ut, dum videntur contemni, ad meliorem frugem converteantur, & alii eorum exemplo evitent hæresim.

Secunda est irregularitas, duras etiam post hæreseos detestationem & absolutionem *can. nos consuetudinem 8. dist. 11. can. Sacerdotium I. q. 7. c. 2. §. hæretici h. 1. in 6. c. 1.* locis etiam si tantum agatur de Clericis, tamen in laicis est juris, cum sibi non possint fundamentum in clericatu, sed in ciuitate habere.

Ubi quaeritur, An hæreticus exterior, & cultus tantum per accidens, id est cuius mens nec jure nec facto publicum, hanc pœnam

incurrat? Resp. Ita dicendum esse, cum auctores de hac poena loquentes non distinguant inter occultum & publicum, nec requirant infamiam aut scandalum, sed tantum crimen. Præterea non requiritur ad hanc poenam declaratoria sententiæ criminis, ut nec facti notorietas sit necessaria. Nam quando jus hoc ipso infert poenam, non requiritur aliam probationem, quam exteriorem delicti commissionem. Navar. c. 27. num. 205. Azor. d. lib. 8. 6. 11. q. 12.

Q. II. An in ordine ante hæresin recepto reverfus possit militare? Resp. Non videri, cum hæc irregularitas non minus tangat susceptum, quam incipit ad Ordinem, nisi dispensatum fuerit, saltem per Episcopum: quo modo accipiendus d. can. saluberrimum, ubi hæreticus reverfus in Ordine suscepti stabilitate dicitur permanere, si non fuerit iteratò tinctus, id est baptizatus. Excipiuntur Episcopi in hæresin lapsi, super quibus reverfus cognitio reservata Pontifici, c. inquisitionis eod. in 6. uti & dispensatio Navar. d. c. 27. num. 205.

Q. III. An super occulto hæretico liceat Episcopo dispensare quoad Ordinem suscipiendum? Resp. Ita videri, per Trid. Sess. 24. c. 6. de reform. ubi generaliter conceditur facultas dispensandi super irregularitatibus provenientibus ex crimine occulto, necdum deducto ad forum contentiosum, excepto solo homicidio. Datur & potestas absolvendi ab occultis, etiam in hæresi, quæ tamen per Bullam Cænæ revocata videtur; atque ita & dispensandi, quæ major est, c. cum illarum de sent. excomm. ubi potestas dispensandi censetur denegata in casibus, quibus denegata absolutio.

Tangit hæc irregularitas etiam receptatores, defensores, fautores, qui ubique comparantur hæreticis, c. 2 §. hæretici, c. Statutum 15, eod. in 6. ubi sub nomine inhabilitatis ad beneficia censetur & comprehensa inhabilitas ad Ordines, qui spectant ad officium Ecclesiæ. Suspecti de hæresi videntur & hæc irregularitate adfici, ratione indecentiæ ortæ ex infamia, qua inficiuntur dantes causam sinistra suspitioni, can. infames VI. q. 1. nisi iusta causa suspitionem tollat.

Trahitur & hæc irregularitas ad filios hæreticorum aut fautorum, quatenus parentes tales esse, aut decessisse non emendatos probatur, d. c. statutum, idque usque ad secundum gradum in linea paterna, ad primum tantum in materna, Quod ita inductum, ut facilius parentes convertantur ad Ecclesiam, & detestentur ab ejus turbatione per impli dogmatis manifestationem, scientes se, etiam in liberis puniendos, arg. l. 8. in fine D. quod metus causa. Exit itaque inhabilis ex patre hæretico etiam nepos ex filio, ex matre autem hæretica filius tantum. Ex filia hæretici patris nepotem non tangit inhabilitas, quia non matris sed patris familiam sequitur. Covar. 2. Variar. Resol. c. 8. num. 2. Gomez. 3. Variar. c. 2. num. 4.

Quæritur, An & illegitimos hæc poena concernat? R. Ita verius videri, cum tales non desinant esse portio corporis & sanguinis patris, ac proinde non debeant esse melioris conditionis, atque legitime nati. Et facit, quod textus ubique loquantur simpliciter de liberis, quomodo & intelligendi, Glof. in d. c. Statutum V. Legitimus, Covar. 2. Variar. Resol. c. 8. n. 3.

An & natos ante hæresin? R. Ita probabilius dici, cum textus in d. c. 15 §. c. Vergentis 10. h. t. simpliciter de liberis loquatur, non distinguendo nati sint ante vel post, & fundet se tantum in eo, quod patens sit hæreticus, aut in hæresi decesserit, cujus factum etiam in liberis ponitur, ut poena sit gravior, Quo modò impetrens erit, considerate, postea nati sint, aut ante, cum non agatur de peccato originali, aut alio aliquo impedimento, quod per generationem transmittitur nec inspicitur cooperatio aut mutatio paterni delicti [quamvis hæc non minus possit præsumi in ante quam post hæresin nato] sed tantum gravius veniat puniendum delictum patris, non tantum in se, sed & in liberis Covar. d. c. 8. num. 5. Gomez. d. c. 2. num. 26.

An ordinatus ante hæresin patris suspendatur ab executione Ordinis, aut beneficio privetur? Resp. Non suspendi, nec privati beneficio, cum jus alicui quæsitum non debeat eidem auferri sine suo facto. Facit, quod textus,

Tit 3 tus,

tus in d. e. 2. §. *haereticus* tantum nolit eos admitti ad beneficia, nullibi autem deiciat, aut prius obtentis. Covarr. d. e. 8. nu. 4. ubi aliter est. Sanchez in Decal. lib. 2. c. 28. num. 30. Facit, quod turpius sit ejici, quam non admitti.

12 An dicta irregularitas habeat locum in filiis relapsorum, qui ante mortem sunt reconciliati Ecclesiae? R. Posse videri non habere locum, quod Reconciliatio faciat eos non esse filios eorum, qui in haeresi decesserunt, facit enim reconciliatio relapsos esse de gremio Ecclesiae, eique incorporati, d. e. 13. circa fin. Contra tamen dicendum; nam licet sint reconcilia i Ecclesiae, non ita tamen, ut ad poenitentiam admittantur, uti postulat textus in d. e. 15. cum non obstante reconciliatio tradantur brachio saeculari puniendi; ex qua poena sequitur filios infamia; non secus atque si parentes in haeresi obiissent, *Gloss. in d. e. 15. V. reincorporatos*. Idem dicendum de filiis archiepiscopi, nam & huic reconciliatio nihil prodest, uti inferius dicitur.

13 Tertia poena est Infamia, Privatio privilegiorum, & actionum: quamvis ipsi minus liberi sint ab aliorum impeditio, ne ex suo delicto commodum consequantur, d. e. *excommunicatus* 13. §. *credentes* & c. *fin. h. t.* Inhabilitas succedendi sive ex testamento, sive ab intestato, l. *cognovimus* Cod. h. t.

14 Quarta Confiscatio bonorum ipso jure, etiam post mortem fuerint haereticos convicti, c. *accusans* 8. §. *pen. eod. in 6.* neque enim hoc erimen per mortem tollitur. Quo casu bona cedunt Ecclesiae, si reus illi fuerit subiectus; alia fisco, non habita ratione liberorum, etiam orthodoxorum, quos ex consequenti parentum delicta onerant, d. e. *Vergentis* 10. h. t. & d. l. *cognovimus*.

15 Ubi quaeritur, An reus hoc casu teneatur bona sua deferre ad fiscum? R. Ipso jure quidem bona publicata esse, non tamen teneri reum ne quidem in conscientiae foro ante sententiam declaratoriam ad poenam, etiam ipso jure infamam, ex communi Theologorum & Canonistarum sententia, & posse interim bona sua possidere, eisque uti; cum licet proprietates sit ablata per delictum, non tamen & possessio. Imo ne quidem fisco licet ante sententiam ab Ecclesia laram (cujus est super haereticis inquirere) bona tamquam publicata apprehendere ne quid temere attentetur, tam *eundem* 19. eod. in 6. Poll. sententiam tamen reo pati ablationem bonorum; debere autem fiscum non teneri, cum sit durum quod cogere in se exercere poenam possit, *etiam* est in ea poena, quae adquisitionem bonorum impedit: veluti si legatum fuerit sub conditione, si caste vixerit, hoc ipso enim, quod et inhoneste incipit vivere, tenetur ad restitutionem. Idem juris in beneficiis, quorum fructus Clerici suos facere debent, ipso quo cessant praestare officium, restant sub ejus onere beneficium oblatum, *l. l. v. v. d. e. 8. numer. 4. & ad 4. Decretal. in cap. 6. §. 8. numer. 11. & seqq. Menoch. de casu 310. Azor. d. lib. 8. c. 13. q. 8.*

Habet haec publicatio, quae innotuit iure, locum hoc ipso, quo crimen committitur, ut administratio bonorum sit impedita, quo facta alienatio, sublecuta sententia, ritum revocatur, & contractus telecatorum bona ad quemcumque devenerint, non lucrativo sive oneroso, a possessoribus runtur, nisi praescripta fuerint. Postea praescribi a possessoribus, etiam si in bonis concurrentibus sint, quae ad praescriptum requiruntur, scilicet bona fide & justo modo idque post mortem haeretici, colligantur, *fin. de praescript. in 6. ubi Joan. Andr. n. 1.*

19 Q. An poenitentia ante sententiam declaratoriam faciat cessare poenam? R. Id quod videri per *Gl. pen. in cau. Maximum* 1. q. 1. 1. ximus supra, *De jure patron. n. 69.* quod poenitentiam non foret poena plene commissa. Contrariam tamen opinionem esse & communiorum sive veriorum, scilicet non cessare poenam commissionis bonorum, in d. e. cum hoc ipso, quo committitur crimen, datur, & poenitentia in foro quidem non operetur remissionem, in exteriore tamen faciat aboleri crimen, *qui in mente* D. de poena per quod semel adquisitum jus fisco factum poenitentis non eripitur, *Gl. communi recepta in c. de his sup. iii. 1. Covarr. ad l. h. t. in princ. n. 20. sup. de testam. Nec facta requiratur sententia declaratoria; nam et desideratur ad crimen aut poenam poenitentia, sed ne quid temere fiat per fiscum. Quod & in casu, quo definitiva sententia requiritur*

ante eam poenitentia non inducit criminis abolitionem. Non obstantes *Imperialis in pr. C. de nupt. quæ vult quidem esse dignam venia illam, quæ respicit, non tamen hoc ipso cessat poena, sed demum habita abolitione. Quod etiam procedit, etiam si poenitentia fuerit publica, ut recte tradit Covarr. 2. Var. cap. 11. num. 10.*

17 Quinta poena est mors, quæ & manet Clericos, qui prius degradantur, id est clericali privilegio rite solemniter exauntur, postea brachio sæculari traduntur, *c. ad abolendam 9. h. t. inferitur ea per ignem, ut docet Covarr. 2. Var. c. 11. n. 10.*

18 6. 10. * Evadunt hanc poenam, qui resipiscentes abjurata hæresi reconciliari Ecclesiæ siocerè desiderant, *d. c. 9. Nisi fuerint relapsi, quales sunt, qui post abjuratam hæresim in eam relabuntur, c. accusatus 8. in princ. eod. in 6. his enim nulla est venia c. super 4. eod. in 6. Idem juris est in Hæresichis, & qui hæresim docuerunt, quia nec horum reconciliatio tollit poenam corporalem: quibus tamen omnibus resipiscensibus Sacramenta non sunt deneganda, & mitiganda, si videatur sententia, *d. c. 4. & c. ut commissi 5. nec non eod. in 6.**

19 Ut autem hæc pestis non facillè enascatur, prohibetur laicis, publicè & privatim de fide disputare, *c. 2. eod. in 6. prædicationis munus adiuvent, etiam in occulto, quod nemo sibi adrogat nisi missus, c. Cum ex juncto 12. & c. 13. §. quia verò h. t. idque sub poena excommunicationis, *d. c. 2. §. 1. quæ extendæ est sententiæ, non lata, uti indicant verba, quæ sunt futuri temporis. Evata autem ut in herbis conculectur, ejusque propagandæ occasio tollatur, scripta hæreticorum, cum auctoribus damnata, legi & haberi prohibentur sub poena excommunicationis lata sententiæ. Vid. hac de re plura apud Azor. d. lib. 8. c. 16.**

20 In suspectos inquirere jubentur Episcopi loci, ceteras ad hoc munus delegando personas, cum potestate advertendi, quæ non expirat mortis concessione, in favorem fidei & odium hæreticos, *c. in aliqui 10. & c. Officium 11. eod. in 6. Quæ personæ procedunt ex zelo caritatis de plano & simpliciter, cap. fin. eod. in 6. juxta formam præscriptam d. c. 11. & c. 12. eod. in 6. Quibus tamen in Episcopos nihil est juris, sine mandato Pontificis, cui denuntiari debent,*

si eos viderint suspectos, *c. Inquisitores 16. eod. in 6. Domini temporales officio suo hac in parte decesse non debeat, ubi est promovendo Inquisitorum munus: reculantes honore privandi sunt & excommunicandi, *d. c. 13. §. monentur. Carterum ut ad bellum contra hæreticos suscipiendum plures excitentur, arma contra eos sumentes gaudent iisdem privilegiis & indulgentiis, quibus illi, qui contra Turcam militant, *d. c. 13. §. Catholici.***

TITULUS VIII.

De Schismaticis & ordinatis ab iis.

SUMMARIUM.

1. Schisma quid, & in quo differat ab Hæresi.
2. Poena Schismaticorum.
3. Irregularitatem an contrahant.

Schisma generali significatione, juxta vocis etymologiam, denotat dissensionem, ac moralem quandam divisionem: per antonomasiam autem significati divisionem: Ecclesiæ Catholicæ per spontaneam ab illa separationem, sub nomine Christiano particularem congregationem seu conventiculum extra Ecclesiæ unitatem, communionem, & obedientiam congregando, ab ejus capite Rom. Pontifice se abstrahendo, ejusve dignitatem usurpando in quo distat ab hæresi, quæ continet dogma veræ fidei contrarium, *can. Inter XXV. q. 3. Transit plerumque in hæresim, cum in schismate perseverantes, ut factum suum & contumaciam honestent & defendant, recteque videantur ab Ecclesiâ recessisse, consingant aliquam hæresim, ut post alios apparuit in Henrico VIII. Angliæ Rege, qui ut videretur jure ab Ecclesiâ Rom. defecisse, nova secta ex variis conflata se caput Ecclesiæ Anglicanæ haberi, & solum se de fidei rebus disponere ac definire posse statuit.*

Ejus poena est dignitatis aut ciuguli, quod habetur, privatio, si non habeatur, substantiæ amissio in honestis, in aliis corporis coercitio, cum exilio, *can. qui contra XXV. q. 1. Excommunicatio, quam & incurrunt eorum fautores, defensores, c. un. eod. in 6. Ordinationes, collationes beneficiorum, bonorum alienationes, per schismaticos factæ, irritæ esse jubentur.*

zur, e. 1. h. t. Ordinati ab iis executione carent, sine facili spe consequendæ dispensationis: nisi sublit ignorantia, quæ faciet Episcopum dispensate cum iis posse, cap. 2. ubi Gloss. hoc tit.

3 Irregularitatem non videntur schismatici contrahere, cum nullibi eius fiat mentio. Nam quod attinet ad d. can. qui contra, continet is pœnas per hominem imponendas. In can. in nomine Domini dist. 23. fit quidem mentio anathematis ipso facto incurrendi, depositionis autem ferendæ potius quàm latæ sententiæ. In cap. 2. h. t. fit mentio suspensionis, non etiã irregularitatis. Quid si conjuncta fuerit hæresis, habebit locum d. can. inter, qui dicit in hæresin schisma deficere. Non tamen conjuncta est semper, quamvis è converso hæresis semper sit schisma, & hæretici possint dici schismatici. Videantur aliæ pœnæ in c. 117. eod. in 6.

TITULUS IX.

De Apostatis & reiterantibus Baptisma.

SUMMARIUM.

1. Apostasia quid & quoruplex, ejusque pœna.
2. Religiosi ad aliam Religionem transeuntes an excommunicati.
3. Ejectus ex Ordine suo sua culpa an & quatenus transire ad aliam Religionem possit.
4. Ordinatus post reconciliationem sine dispensatione an sit suspensus?
5. Iterantes baptisma graviter peccant.
6. Eorum pœna Jure Canonico saliter baptizatus est Irregularis.
7. An & rebaptizans.

1 A Postasia est hæresi gravior, cum non in parte tantum susceptam fidem deserat, sed in totum. Estque duplicis generis: una propria, quando quis ad Judaismum vel paganismum deficit, qualis incurrit eandem pœnas, quas hæreticus, quo est potior, can. non potest. II. q. 7. c. contra d. hæret. in 6. Sacerdotes, Diaconi, si lapsi fuerint, thurificando ido-

lis, & postea iterum certamen ineuntes, sine fide & sincerè, non simulatè reclusi, honorem quidem recipiunt, non tamen ad eorum ministerium admittuntur, can. Presbiteros dist. 50. Altera est impropria, quæ ob religiosus professus claustrum, abjecta habitus deserit, animo non reverendi, quæsi hoc in excommunicationem incurrit, cap. 2. de ne Clerici vel Monachi etc. Si ut habitus resumat adduci nequeat, carceribus retinendus, donec resipiscat, c. 5. h. t. Ordinatus in ejusmodi statu suspensionem incurrit dispensabilem, nisi per Pontificem. Ita ut fin. h. t. Quæ suspensio accipiendi non de sacro Ordine suscepto inter se, non potest dumtaxat fiat mentio in d. c. fin. non tamen minori, cujus susceptioni hoc in c. fin. inveniatur suspensio adnexa; & sine pœna non inferatur.

Q I. An pœnam istam incurrit Religiosus transeuntes ad aliam Religionem? R. N. velle Gl. & Abbatem in c. ex parte sup. ordin. si illicite transeant, non pœnam in suo Superiore, qua de re actum in Regularibus. Relinquens enim statum proprium, & alium non valide adsumens, ut supra stata videtur judicandus & puniendus. Non est autem ullus locus, ex quo colligatur ista excommunicatio hoc in casu: nisi hoc quo aliquis ex Mendicantium ordine transiit ordinem non mendicantium, qualiter excommunicatur, Extravag. 1. de Regularibus. excommunicatio saltem in transiuntibus ad aliam Religionem strictiorem cessat, cum hoc textus iste non loquatur, & quia non potest extendendus non veniat ultra casum expressè mentionem. Ubi nihil videtur facere licentia prioris, cum in dicto textu sola exceptio sententia R. P. Et hoc de jure communi licentia test Ordinari alicui esse indultum specialiter quod privilegium. Suarez De censuris Dist. 1. sect. 10.

Q II. An ejectus ex Ordine suo, licet quæ privatus sua culpa, indigeat ultra transiendi ad aliam Religionem? R. N. videri prima facie non indigere, ex eo quod non sit cogendus manere in saculo carceris, sed ut quæcumque Religio in qua ingredi illi liberum esse debeat, atque

turibus sic. Et facit, quod non possit dici transire ad aliam Religionem, qui non est ulli Religioni subiectus. Oppositum tamen videtur verius, cum *d. Extrav. 2.* generalem contineat prohibitionem, & habeat unicam tantum exceptionem, licentiam scilicet Sedis Apostolicæ. Nec facit, quod sit dimissus à sua Religione; nam nihilominus vere Religiosus istius est Religionis, ut prohibitio *d. Extravag. 1.* in eoloco habeat. Et facit, quod possit alias aperiri via ad transitum in Religionem alienam in fraudem istius Extravagantis. Nec est omnino inconveniens, ut eiectionis absque habitu in sæculo maneat, donec misericordiam obtinere mereatur à Sede Apostolica, præsertim cum illi sit licentia arctiorem vel æqualem Religionem ingrediendi. Ad quam rem non indiget ulla licentia, cum isto in casu, non loquatur *d. Extrav. 1.* quæ tantum in Mendicantibus locum habet transiensibus ad Ordinem non Mendicantium: est enim pœnalis pœna autem non extendenda, Ita ferè Suarez *d. locon. 10.*

Q. II. An post reconciliationem ordinatus citra dispensationem sit suspensus? R. Hoc videtur posse, per verba *d. e. fin. quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbas*, quod per istam apostasiam videatur contraxisse quamdam irregularitatem. Verius tamen, ordinato exercitium sui Ordinis non esse denegandum, cum *d. e. finali* tantum puniatur. Ordo susceptus in Apostasia: quo modo verba superius relata referenda sunt ad eum, qui in apostasia est ordinatus, cui reconciliatio non prodest ad Ordinis ita suscepti executionem, non etiam ante suscepti, ex clausula *d. e. fin.* in verbis, *in Ordine suscepto*. Injungitur autem Prælati, ut fugitivos inquirent, & in Monasteriis suis recipi faciant, nisi scandalum obstat, tunc enim & in aliis collocabunt; inobedientes faciant publicè denunciari excommunicatos, *e. fin. sup. de Regularib.* Quod & statuitur ibi de eiectionis iniuste; nam qui legitime per sententiam sunt eiectionis aut dimissionis, desinunt esse membrum illius Ordinis, ut non censeantur apostatæ, nec possunt cogi reverti, Navar. *conf. 79. de Regularib.* Clerici in maioribus positi ordinibus habitum & tonsuram gerere debent, non etiam in minoribus tantum. Qui si monachi non gestaverint, clericali privilegio non ad-

juvantur, *e. in audientia 25. inf. de sent. excom. e. 1. h. r.* nisi excusetur causa iusta, veluti periculi, merus infirmitatis, maximè accedente Superioris auctoritate.

Alteri hujus Rubricæ pars est de reiterantibus. Baptisma: quorum peccatum est grave, *can. cui licet cum seq. de consecr. Dist. 4.* cum sit contra substantiam Sacramenti, illud tentare in subiecto incapaci, & contra ejus significationem, quæ est, quod Christo concrucifigamur, qui semel tantum est mortuus, ut videatur secundo crucifigi per iteratum ab aliquo baptisma.

Pœna à jure civili imposita est supplicium tam baptizanti quàm baptizato, modo sit capax per ætatem, *l. 2. Cod. de sanctum baptiz. iter.* Jure Canonico iterato baptizatus est irregularis, *can. qui in aliquo Dist. 51. can. qui in qualibet l. 9. 7.* Idem censendum de eo, qui ab hæretico est baptizatus, nisi vel ætas excuset, vel ignorantia, *can. Placuit e. can. eos de cons. dist. 4.* cum culpa desit. Quo modo quod dicitur in *d. can. qui in qualibet*, accipiendum de ætate adulta, in qua sensus est ad committendam culpam Covar. *ad Clem. si furiosus p. 1. in princ. n. 8.* culpam cessante facit præcisè coactio, quæ tollit voluntatem; non etiam merus, qui non ponit simpliciter involuntarium, ut dictum sup. *de his qui vi &c.* ut non excuset à culpa iterationis Baptismi, quam non minuit.

Q. An rebaptizans sit irregularis? R. Ita videri per *e. 2. h. r.* in quo acolytus ministrans sit irregularis. Quod multò magis dicendum de rebaptizante, qui gravius peccat, exercendo nefandum ministerium Covar. *d. num. 8.* secundum communem opinionem. Idque ipso facto, per *d. e. 2.* ubi dicitur, *ad Ordines promo. veri non valebit*, nulla facta mentione sententiæ. Et hoc ita in crimine publico, non etiam in occulto, juxta textum in *d. e. 2.* qui videtur admittere promotionem in occulto, non facta dispensationis mentione. Facit, quod non detur alibi locus irregularitatem hoc in casu impo-nens. Abbas *ad d. e. 2. num. 1.* Non procedet etiam hæc pœna in eo, qui per ignorantiam baptizat iterato, uti nec in eo, qui dubitans rebaptizat sub conditione, cum desit culpa.

TITULUS X.

De his qui filios occiderunt.

SUMMARIUM.

1. Mulier filium sponte occidens qualiter puniatur jure Canonico.
2. Et quid si infans inter dormiendum fuerit suffocatus.

HACTENUS de criminibus in Deum commissis. Deinceps proponuntur ea, quæ primo proximum tangunt, servato ordine Decalogi; & primo quidem ea quibus proximi corpus læditur, cujusmodi est Homicidium, quod eo gravius, quo pietati magis repugnans uti cædes parentum, quæ L. Pompeja de parricidiis vindicatur, de qua *D. isto tit. & liberorum, l. 1. Cod. De his qui parentes vel lib. occid.*

1. Jure Canonico mulier filium sponte occidens jubetur in Monasterio perpetuo desistere crimen. A viro tamen, quem habet, non separanda, post cujus mortem non ita nuptiis privatur, quin si evitare carnis stimulos nequeat, nubendi licentiam impetrare possit, *c. 1. h. t.* Ut videatur filii cædes ponere aliquod impedimentum impediens. * Si infans in eodem lecto cum parentibus inter dormiendum suffocatus fuerit, licet per ignorantiam, factum tamen pœnitentia triennali delendum, nisi omnino extra culpam sit, *c. fin. h. t.* Pater etiam hoc in casu contrahet irregularitatem, si procuraverit suffocationem, aut neglexerit evitare.

TITULUS XI.

De infantibus & languidis expositis.

SUMMARIUM.

1. Exponens infantem necare videtur.
 2. Expositionis pœna.
- I**N ECARE infantes & languidos, sive suos sive alienos, videtur exponens, frustra prætexta misericordiae causa, quam non habet, *l. Necare D. De agnosc. lib.* Maxime si dolo malo recens natus loco solitatio exponatur, qualis non ma-

lè dicitur teneri pœna Legis Corn. de sic. Azor. in Rubr. Cod. h. t. Alias extra condempnietur, *l. 1. §. pœna D. de agnosc. lib.*

Expositionis effectus est, quod filius liberetur patria potestate, servus fiat liber, *c. eo h. t.* alimenta à suscipiente præstita manent ejus dominio subijci expositioni. Et hæc ita, nisi ignorantia excuset parentem dominum, qui solutis expensis, non tenetur filium vel servum repetere, *l. 1. C. de An. autem expositi censentur legitimi, si ita non irregulares, dictum est supra de presbyt.*

TITULUS XII.

De Homicidio.

SUMMARIUM.

1. Homicidium quid, & quotuplex.
2. Jure Canonico pœna homicidii est irregularitas, & quid ea sit.
3. Homicidium voluntarium quando committatur.
4. Intendens vulnerationem, scilicet non consentiens homicidii voluntarium?
5. Irregularitas an incurratur à voluntario?
6. An procurando abortum?
7. An eam incurrat vendens venena?
8. An vulnerans non letaliter, vulnerans vel Chirurghi incurra mortem?
9. Et quid si dubium, an vulnerans sit letalis?
10. An vulnerans letaliter, quem alium occidit?
11. Vtrum mandans alium occidit?
12. Quid si revocet mandatum.
13. An necesse, ut acceptetur mandatum?
14. Quid si mandatarius occidatur?
15. An mandans vulneravit tantum?
16. An mandans occidit Tertium, & mandatarius occidit Quartum?
17. An consulens homicidium?
18. Mandans an sit extra irregularitatem mandatum non auerit antea?
19. Quid si consulens retraxerit?
20. An consulens minorem vindictam?
21. An consentiens homicidio?
22. Rati habitio an casus irregularitatem?

23. Virum omisso obviandi homicidio.
 24. Perjurans alicui, ne alterum tueatur, secuta morte non fit irregularis.
 25. An neque consulens, ut quis se exponat periculo mortis?
 26. Pluribus in vixta aliquem occidentibus, an omnes fiant irregulares?
 27. Defensio necessaria sui quatenus licita.
 28. Homicidium in necessariam sui defensionem an excuset ab irregularitate etiam iuxta antiquos Canones?
 29. Ex injuria antecedente an possit poni inculpatata tutela?
 30. Adulter deprehensus in ipso facto occidens maritum se invadentem an fiat irregularis?
 31. Quid si per fugam possit vitari periculum?
 32. Quid si quis tueri se non possit sine periculo innocentium intermedii?
 33. Cades in defensionem honoris an ponat irregularitatem?
 34. An in defensionem bonorum?
 35. Convocans alios ad sui defensionem, secuta cade, non fit irregularis.
 36. An & ipsi advocati sint extra noxam?
 37. An occidens in defensionem Reipubl.
 38. An in conservationem vite matris liceat dare pharvacum quo factus extinguitur.
 39. Homicidium publica auctoritate commissum causat irregularitatem.
 40. Iudex ferens sententiam capitalem fit irregularis.
 41. An & Princeps, vel dominus temporalis delegando jurisdictionem suam?
 42. Sententia injusta delegati non afficit delegantem.
 43. Leges ferens in causa sanguinis est extra noxam.
 44. Ut & iudex Ecclesiasticus reum convictum tradens brachio seculari.
 45. An eo casu intercedere pro reo debeat?
 46. Accusator in causa propria an fiat irregularis?
 47. Quid si Clericus accuset criminaliter?
 48. Laico accusatori an necessaria protestatio?
 49. Protestatio hat an fieri debeat ex animo?
 50. An propter selam damni reparationem?
 51. Et quia si moraliter certum sit de sententia sanguinis ferenda.
 52. Petens ut accusatus capiatur, aut indicans locum, ubi fur latet non fit irregularis.
 53. Et quid si fur non sit fugitivus?
 54. Et quid de eo, qui acclamando causat mortem furis?
 55. An accusans in causa aliena?
 56. An ferens testimonium in causa sanguinis?
 57. Et quid si coactus?
 58. Advocatus actoris, reo condemnato, an fit irregularis.
 59. An & advocatus rei, accusatore succumbente?
 60. Virum scribens vel dictans sententiam capitalem?
 61. Virum assistens in loco supplicii.
 62. Cades commissa in bello iusto non inducit irregularitatem.
 63. An eam incurrat dux exercitus, suos incitans ad pugnandum?
 64. Ad dantes arma militibus?
 65. Irregulares sunt milites in bello injusto, secuta deformatione.
 66. Non secuta deformatione, an Clerici eam contrahant?
 67. 69 Homicidium casuale quatenus ponat irregularitatem.
 68. Qua culpa ad hoc desideretur.
 70. Monachus chirurgiam exercens, agro ex incisione mortuo, an eam incurrat.
 71. An adulter, ob quem mulier occisa à marito?
 72. An Titius v. g. ob maleficium à se positum, alio ea propter supplicio affecto?
 73. Furiosus deformans est extra irregularitatem
 74. An & ebrius?
 75. An dormiens?
 76. Mutilatio membri alicujus ponit quoque irregularitatem.
 77. Quid nomine membri veniat.
 78. Digiti abscisso an eam ponat?
 79. An abscisso mamilla?
 80. An abscisso auricula?
 81. An copiosa sanguinis effusio?
 82. An abscisso membri artidi & impediti?
 83. An debilitatio membri citra mutilationem?
 84. Disprobat super hac irregularitate S. Pontif.
 85. Super irregularitate ex homicidio casuali occulto an & quatenus dispenset Episcopus loci.
 86. An reservata Papa & dispensatio super homicidio auctoris a Magistrate commissi.

87. An super mutilatione?
 88. Episcopi nomine quis veniat hac in materia,
 89. Episcopus eam facultatem an alteri committere possit?
 90. Capitulum Sede vacante non utitur hac potestate.
 91. Homicidium aut mutilatio beneficiis obtentis non privat ipso iure.
 92. Homicidium beneficii ante sententiam an resignare possit?

I DE Homicidio in genere hic subicitur, quod est corporis humani animati peremptio. Aliud est Voluntarium, aliud Involuntarium. Hoc nullam constituit homicidii deformitatem, propter cessantem voluntatem, cum casus illi causam dederit. Illud vero deformitatem ponit, & dolo commissum facit locum Legi Corn. de sicariis, cuius poena est mors. * Canones extra peccatum mortale inducunt irregularitatem, quæ est inhabilitas sive canonicum quoddam impedimentum, quo inhabilis quis redditur ad suscipiendum Ordinem Ecclesiasticum, & in suscepto ministrandum. Ratio consistit in defectu mansuetudinis; vitium enim Ecclesie, cum qui alterius sanguinem effudit, vel effusioni causam dedit, non posse representare lenitatem & mansuetudinem Christi, & proinde ab altaris ministerio esse removendum. Ut vero commodius pateat, quibus in casibus hæc irregularitas contrahatur, distinguenda sunt quatuor homicidii genera, de iisque separatim agendum. Est autem aliud Voluntarium, & hoc vel illicitum, quod in se vel in sua causa directè intenditur, vel licitum, hocque iterum vel Necessarium sive Defensivum, quod committitur in sui defensionem vel Punitivum, quod à Magistratu infertur; aliud Casuale, quod in se tale est, ut merito casui attribuitur, vel non nisi in causa indirectè voluitur.

De Homicidio Voluntario.

3 AD primum quod attinet, ut voluntarium illicitum censetur; requiritur directæ & spontanea voluntas tendens in occasionem. De instrumento non queritur, l. i. D. ad L. Corn. de sicar. tunc enim demùm instrumenti habetur ratio, quando de animo non constat, ut ex co-

possit colligi, an subit animus occidendi. Necesse autem, sequatur ipsa mors, neque enim sufficit sola voluntas, quam effectus non obsequitur, can. fin. XV. q. 1. cum poena etiam ipse re imposita non incuratur, nisi per delictum consummatum. Nec sufficit, pervenit ad actum propinquum, si effectus impeditur, nam per miraculum, cum in pœnis ministratur interpretatio, c. in pœnis &c. Olib. de l. in 6. Quo modo Covar. ad Clem. si furiosus, l. in prin. n. 5. in fine, tradit nec solum actum anteriorem esse considerandum, nec consummatum actum perfectum. In hac specie propinquitas irregularitatem extra dubium est, cum non obtineat ratio modo dicta.

Quæstio autem est in casu, quo quiescit vulnerationem, sine expresso animo occidendi. An secuta morte sit censendus voluntarius homicida? R. Ita velle Covar. d. l. na. 2. qui potest sufficere animum vulnerandi. Quæ potestatem procedit, si ex conjecturis colligatur ad proxima & efficax, ex qua moraliter motus qui solet, fuisse applicata, quia talem motum velle est velle effectum. Hinc qui absque percussione ense, quacumque parte & quomodo potest, voluntarius homicida est dicendus. Quod si instrumentum ex se non sit aptum mortem causandam, aut si aptum sit, non tamen periculolum vulnus infigitur, directè voluntarius non videtur dicendus, cum directè nec in se nec in causa mortem intendit. Non erit tamen extra irregularitatem, cum merito causam dederit. Quomodo in c. fin. eos. mandans vulnerationem, & inhibens eam, nihilominus incurrit irregularitatem, propter subsequutam mortem ex facto mandati. Ut autem causetur irregularitas, debet casus esse propinquus, nam remota non potest esse impedimentum, Gl. in c. de castro n. 7. V. Suar. de censuris disp. 44. sect. 2. Tægulæ omnes, etiam Principes, cum non exspectentur, & in his habeat locum ratio supra dicta. Non tamen Pont. cum sit supra jus humanum hæc irregularitas, quæ est juris humani, non addicitur.

Ubi queritur Primum, An ea addicitur baptizans occidendo? R. Non addicitur, cum Ecclesiasticum impedimentum quo non addicitur, nisi subditus. Nec facit quodiam

quod postea baptizetur, cum in pœnis inspiciatur in principium, licet aliud obtineat in bigamia, ut dictum sup. de bigamis non ordin.

Occisus sit baptizatus, vel non baptizatus non interest; satis enim est, hominem occisum esse, ut obtineat ratio supradicta, *can. Clericum dist. 50.* cum jura simpliciter loquantur de homicidio, quod sequi necesse est, Suarez *d. dist. 44. sect. 3. nu. 4.* Ut non sufficiat sola voluntas aut conatus ad ponendam irregularitatem, imò nec vulnus letale, si non sequatur mors licet per miraculum Ratio est, quia talis reuera non occidit. Hinc tendens ad occidendum inimicum, & inueniens eum mortuum, ut suam rabiem satiet, amputans caput vel cadaver aliter deformans, non potest dici irregularis, quia non potest dici occidisse hominem jam mortuum, qui homo dici non potest. *Navarr. in summa c. 27. n. 219.*

6 Q. II. An incurratur procurando abortum? R. Non alias, quam si foetus sive embrio fuerit animatus, cum jam verè sit homo, non etiam antequam fuerit informati animarationali. *can. quod verb. c. can. Moyses XXXII q. 2. c. sicut 20. h. r. Navarr. d. loco. n. 223.* Est tamen grave peccatum, spem futuri hominis avertere, & jure civili non inultum, *l. si mulierem c. 3. D. ad L. Corn. de sicar.* Infundi animam masculo die quadragesimo feminae 80 tradit *Gl. in pr. dist. 3.* quam videatur Navarr. *d. loco* probatur, & sequitur Covar. *ad Clem. si furio sus p. 2. §. 3. nu. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 25. n. 14.* doctiores tamen Medici aliqui de ea re dubitant. Hinc propinans mulieri poculum, quò minus concipiat, non potest dici irregularis, quia licet peccet impediendo conceptionem, non tamen dici potest occidere aut deformare quod necdum est Navarr. *d. n. 223.*

7 Q. III. An vendens venena? R. Ita videri, si eum in finem vendat & actus subsequatur, cum dans scienter causam cædis, ipsam eadem fecisse videatur, vel saltem ad eam concurrille, *l. 3. in pr. c. l. nihil 15. D. d. tit. etiamsi post longum intervallum subsequatur, cum dilatio temporis non faciat, quo minus effectus sit ejus causæ, & quidem voluntarius, cum intentio præcesserit, & vis causæ præcognita fuerit. Nec proderit ei, qui venena dedit, quod ex post facto antidoto quodam effectum ve-*

neni dari impedire conetur, cum effectus subsequetur in ordine ad præcedentem voluntatem sit voluntarius, quem posterior conatus, qui taotum est secundum quid, non tollit.

Q. IV. An vulnerans non letaliter, si vulneratus ex sua vel chirurgi incuria moriatur? R. Non videri, cum ad irregularitatem requiratur, ut sequatur mors ex actu vulnerantis, quæ non nisi temore hic ab eo causatur: remota autem causa non sufficiens ad mortem alicui imputandam, quàm potius causavit proxima negligentia. *Facit text. in c. significasti 18. h. r.* ubi quando percussio non fuit letalis, non contrahitur irregularitas, Covar. *d. p. 1. §. 2. num. 9.*

Q. V. Quid in dubio, quo non constat, an vulnus sit letale? R. Si non constet incuria læsi aut chirurgi, præsumptius ex vulnere eum obiisse, atque ita vulnerantem teneri de occiso, & incurtere irregularitatem. Nam cum de incuria non doceatur, aut per aliud quid superveniens per accidens mors causata, præsumitur vulnus letale fuisse; præcipuè si brevis temporis infecuta mortis ræsumptionem augeat, quæ res à Judice examinanda, consultis Medicis, *l. semel D. de re militari lib. 12.*

Q. VI. An vulnerans aliquem letaliter, quem alius postea occidit? Resp. Controversam hanc rem esse apud Interpretes juris civilis propter contraria Jurisconsultorum responsa, ut videte est in dictis *D. ad L. Aquil. n. 22.* Iure Canonico decisum est, hujusmodi vulnerantem esse irregularem, *d. c. 18. h. r.* in quo inquiritur, an prius vulnus fuerit letale, Ratio est, quod taliter vulnerans causam sufficientem mortis dedit, atque ita operetur irregularitatem. Covar. *d. §. 2. n. 4.* Quod & dicendum, si dubium sit ex quo istu, posteriori an priori mors sit secuta, quod tutius sit cessare ab officio divino, quam temerè celebrare, ut ait Pont. *in d. c. 18.* Quin autem sit irregularis posterior, qui letaliter vulneratum peremit, non est dubium, cum licet certò moriturum occiderit, occiderit tamen maturando mortem; atque ita ut *L. Aquilia teneri jure dicitur civili, l. ita vulneratus si. in pr. D. ad L. Aquil.* propter mortem acceleratam, ita & irregularis dicitur etiam de jure Canonico, quia verum est eum occidisse. *Vid. Jul. Clar. §. Homicidium n. 46. Zal. 2. singul. intellect. c. 6.*

11 Q. VII. An mandans alium occidi? R. Certum esse, talem esse irregularem, si effectus subsequatur, d. l. Nihil in fine D. Ad L. Corn. de sic. cum vere intendit homicidium, cuius est proxima causa, quia per alium faciens per se facere videtur. Quo facit *e. fin. eod. in 6.* ubi mandans vulnerari tantum, si mandatarius occidat, irregularis dicitur, quia mandando sit in culpa, & eadem evenite posse debuerit cogitare. Si non sequatur effectus, non est ratio, cur incurratur irregularitas, *c. Non praestat. De R. l. in 6.* cum non soleat inferri poena nisi delicto perfecto. Nec obstat *e. i. in fine eod. in 6.* ubi per assassinos mandans interfici Christianos, etiam non secuta caede, excommunicatur, deponitur à dignitate, honore, Ordine, officio, beneficio. Nam respondetur primo, ibi non agi de irregularitate, cum de ea fiat mentio, sed alias injungi poenas, ut per Canones non imposita poena non sit per nos imponenda. Deinde ibi non agitur de quocumque mandante fieri homicidium per alium, etiam pecunia conductum, sed per aliquam ex peculiari natione, assassinorum scilicet, quae gens infidelis consuetudinem habebat interficiendi alios ex mandato Domini, etiam Christianos. Quae res quia cedebat in injuriam nominis Christiani, graviores poenae sunt propositae mandanti, etiam non secuto effectu, ratione turpitudinis mandati: quae cum non habeat locum in aliis mandantibus, non est ad eos extendenda poena Navar. in *Summa c. 27. num. 233. Covarr. 2. Var. 6. 20. num. 9. & 10. Suarez d. sect. 3. nu. 6.*

12 Q. VIII. An profit mandati revocatio? R. Hoc dici posse, si sufficienter fuerit facta, cum mandatum non videatur causa subsecuta caedis, quam mandatarius potius ex sua quam mandantis voluntate perfecit; cum cesset huius voluntas per revocationem, à quo mandatum habuit totam vim nocendi, ut cessante causa cesset effectus. Idem trahunt ad tacitam revocationem, mandatario sufficienter notam, cum & ea faciat cessare voluntatem. Navar. *d. c. 27. num. 233.* citans Innoc. *ad c. Ad audientiam b. t.* communiter receptum. Quod si tamen constet mandanti, ipsum mandatarium pertinacia ductum nihilominus occisurum fuisse, tenetur ex iusticia lege impedire injuriam proximi, quam causavit man-

dando, & quam revocatio non omnino obstat: ut possit videri, omitendo vel negligenter impedire, quantum in se est, fieri irregularem, secundum ea, quae mox de omittente dicentur. Vid. Suarez *d. sect. 3. n. 7.*

Q. XI. An sit necesse, ut acceptetur mandatum? R. Si mandatarius recuset perire mandatum, & postea tamen illud exequatur, potest videri in mandante cessare irregularitatem, ex eo, quod mors secuta non fuerit contra mandatum, quod nullum fuit, utpote non acceptatum; ut non tam ei imputetur subsecuta, quam malitiae mandanti. Probabilius tamen, etiam non acceptum mandatum eadem subsecutam imputari esse mandanti, etiam si de-novo nihil sciret, non sufficienter revocaverit. Non licet non fuerit acceptatum, atque non profuerit contractum, mandatum tamen illud continet in se petitionem, vel voluntatem, quam significationem, quae alium ad eundem inducit, & manet non revocata summe, ut quod ex illa sequitur, merito imputatur mandanti, si non indicavit contrariam voluntatem. Innoc. *in d. c. Ad audientiam, Suarez d. sup. nu. 9.*

Q. X. Quid si mandatarius occiderit? Aliquos quidem negare mandantem esse irregularem, ut videre est apud Innoc. *ad c. Ad audientiam nu. 4. h. t.* vetus tamen est contrarium, non fieri irregularem, non quidem propter homicidium voluntario directe interfectum, sed casuali vel indirecte volito, non praeterquam quae erant praecavenda; uti hoc in casu potest esse periculum invadenti alterum, cuius causa mandans. Quae non excusat, quod non fuerit mandatarius, ut sibi caveat, inveniatur & imparatum invadendo, quia haec licentia non removere id, quod subsecutum, cum non auferat culpam, juxta *d. c. fin. eod. in 8.* Ultra excusat, quod voluntarie alter susceperit mandatum, quia ejus causa non ideo cessat, sed mandans, Suarez *d. sect. 3. nu. 17.*

Q. XI. An mandanti vulnerari tantum imputetur caedis subsecuta? R. Hoc videri potest modo, quod vulnerare volenti, si occidat, imputetur homicidium, uti paulo ante dictum, & ex eo incurritur irregularitas; cuius ratio eadem hoc in casu, ut eadem juris dispositio

locum habere debeat. Ubi nihil facit, quod mandatum limitationem habeat, scilicet ne occidat ullatenus; quia ea non facit, quo minus mandata sit actio absolute, non limitata quoad modum & instrumentum, cum ex se sit periculosa atque ita intrinsece includat voluntarium. Quod si mandans limitaverit modum & instrumentum, ut non possit videri subesse periculum mortis, si tamen ea sequatur, licet casuale videatur homicidium, tamquam non intentum, erit tamen irregularis mandans, propter culpam, quam commisit mandando, cum licet possit dici non intentum in se, in causa tamen sit intentum, debuerat enim cogitare, posse inde mortem sequi, ut ait Pont. c. *fin. eod. in 6.* Vid. Covarr. *ad d. Clem. Si furiosus p. 2. §. 1. nu. 2.*

16 Q XII. An mandans occidi Titium, si mandatus errans occiderit Marvium, fiat irregularis? R. Ita rectè dici, cum homicidium intenderit, & intentio habuerit effectum, Nec facit, quod sit casuale respectu occisi, cum in se intentum sit homicidium, nec excludatur actus illicitus, nec ratio voluntarii neque adfectus effectusve mali operis minuat nec delictum sit micus ejusdem speciei & gravitatis cum intento. Covarr. *ad c. Almap. 1. §. 10. nu. 14.* Bart. *ad l. Respicendum §. delinquent D. de penis.* Clarus §. *Homicidium nu. 9.* Facit argumentum *l. Eum qui §. si injuria D. de injur.* ubi Titium percutiens, quem putabat Marvium, tenetur Titio injuriarum, eo quod injuriam facere voluerit, eamque fecerit, quod est satis ad actionem injuriarum, *l. 3. §. itaq; D. de injur ubi & hoc in casu mandatum tendit ad occisionem, quæ est subsecuta.* Sic & tenetur L. Aquilia, qui in adversarium lapidem mittens, non eum, sed prætereuntem percussit, *l. scientiam §. qui cum aliter D. Ad L. Aquil.* Contra tamen responsum dicitur à Card. Caraffa an. 1587. ea ratione quod irregularitas non contrahatur solo animo & voluntate, sed animo & effectu; effectus autem hic cesset, quia non occisus, quem mandans occidi mandarat, Ut cessante homicidio mandato cesset & poena, scilicet irregularitas, maxime cum poena sit strictè accipienda, non etiam extendenda ultra casum Canone aut lege expressum, *c. is qui ubi Gl. De. sent. excom. in 6.* Facit ad hoc text. in *c. Sententiam 9. sup. Ne Clerici vel Monachi Episc.* ubi non tenetur, qui

non occidit, non mandavit aut consuluit. Mandatum autem hic cessat, cum mors non sit secuta ex mandato, quia non facto suo nomine, quo casu ne quidem rati habitio sufficit, *c. Cum quis De sent. excom. in 6.* Nihil facit, quod nisi mandasset eadem Titii, non fuisset occisus Marvius, hoc enim per accidens, & ex remotiori causa, *Gl. in c. De catero 11. h. 2.*

17 Q XIII. An incurrat irregularitatem consulens homicidium? R. Omnino, per *can Pernitiose 23. de poenit. Dist. 1.* ubi quorum consilio, fraude, exhortatione homines occiduntur, homicidii dicuntur rei, nam & in his est mansuetudinis defectus propter causam homicidio datam, quia consulens est vere causa moralis influens in effectum. Quod omnino procedet, quatenus is, cui consilium datum, ex eo motus est ad occidendum, alias non occisurus; nam alias non dicitur consulens actu influere ad tale homicidium, *l. Non solum 11 §. si mandato D. de injur.* ubi requiritur mandetur nolenti. Cov. *ad Clem. Si furiosus p. 2. §. 2. n. 1.* Procedat etiam in eo qui determinatus est ad vindictam, si consulendo animam auxerit & veluti exacerit. Nam & talis verè in actum influit, cum confirmando & augendo animum alterius videatur delicto satis cooperari, ut & mereatur saltem hanc poenam Canonicam. Dico Canonicam, quia poenam ordinariam juris civilis non meretur, quæ requirit, nolenti consilium detur, *d. §. si mandato.* Facit *c. 6 §. qui vero h. 2.* ubi qui inflammaverunt animum Regis dicuntur etiam puniendi, licet non tam levè. Quod si consilium tam simplex fuerit, ut nullo modo concurrerit ad effectum cædis, utpote altero jam omnino parato ad eadem, consulens non potest dici irregularis, quia cesset causa. In dubio tamen potius dicendus consulens non esse liber ab ea, quia cum nemo credatur eo animo ad eadem determinatus, creditur etiam consilio alterius inflammatus. Covar. *d. §. 2. nu. 1.* Suarez. *d. disp. 44. sect. 3. nu. 20.* Steph. de Avila *de censuris p. 7. Disp. 3. sect. 3. Dub. 3.*

18 Q XIV. An idem dicendum de mandato, ut si hoc non auxerit animum alterius, sit mandans extra irregularitatem? R. Cov. *d. c. 2. n. 1. vers. Hæc vero* negare istam distinctionem, an sit facturus nec ne, habere in mandante locum ex ratione, quod mandantis causa fiat hoc

ac.

delictum & videatur aliis non facturus, ut ait Bar. in *l. non solum §. si mandato D. de injur.* quem sequitur Jalon, communiter ita receptum adferens in *l. 1. num. 22. C. de servis fugit.* Posset tamen oppositum videri probabilius, cum posita eadem ratione, quæ in consulente obriat, idem jus debeat poni. Nec obstat, quod habuerit animum influendi in eadem, quia non influxit, non magis quam consulens in isto casu, ut tenet Nav. *d. c. 27. n. 51. circa fi.* Ut autem consilium operetur prædictum effectum non est necesse, sit directum, nam & sufficit indirectum vel tacitum, cum moraliter parum differant directum & indirectum, quia utrumque sufficit ad normalem influxum; v. g. Si amicus amico injuria adfecto dixerit non intres domum meam, donec novi quid de te intellexero, aut qui præfens in tractatu de occidendo aliquo tacet. Covar. *d. §. 2. nu. 9. Suar. d. sect. 3. n. 14.*

19 Quod si consulens retractaverit consilium? R. Posse videri, tale non fieri irregularem, si omnia requisita ad dissuadendum & revocandum consilium adhibuerit, licet frustra, argumento eorum, quæ dicta sunt paulo ante de mandato revocante, cui ut non imputatur effectus sublecutus, ita nec illi imputari debeat. Quo tamen non obstante, contrarium est verius, quia ex mandato agens alterius nomine agit, cum mandatum concernat mandantem, non etiam mandatarium, cessat autem mandatum per sufficientem revocationem. Aliud est in consilio, quod concernit eum, cui datur, ejusque executio fit nomine proprio, & ponit inclinationem, quæ non tollitur per revocationem, cum intellectus semel instructus non facile mutetur, præcipue in causa vindictæ. Ubi volunt aliqui sufficere, si consulens non possit persuadere ei, cui consuluit, desistat, moneat eum, de cujus capite agitur periculi. Bart. in *d. §. si mandato n. 21.* Verum ea admonitio non videtur excusare, cum etiam diligens in vitando periculo mortis, possit tamen insidiosè occidi, idque respectu consilii dari. Si tamen appareat consulens, admissis rationibus contrariis, & depositis iis, quibus antè motus fuerat, propter alias causas eademjelle exequi, consulens futurus est extra irregulartatem, si quidem cesset concurrere ad actum cædis, quæ non tam sequi-

tur ex ejus consilio, quam potius multo citius, ut causa cessante cesset effectus. V. de de re latius Felin. in *c. sicut 6. nu. 9. & pp. 10. Suar. d. sect. 3. n. 11. 12. 13.*

Q. XVI. An consulens minorem videtur ut parato ad eadem, percussorem tantum mutilationem? R. Non videri esse eadem tali consulente, cum non tam coarctatus eadem vel mutilationem, quam potius primum malum diminuat; nisi tamen consilium minus cooperetur, aut dando consilium minus confirmet animum alterius. Cooperatur quovis modo quia irregularitatem mutat, extra dubium est, *d. c. 6. §. illi autem d. h. men sciat finem intentum, & hoc est persequendo unâ, sive occidendo occidit. Quod procedet, etiam si non intendit eadem, ut non percussit lateraliter, videtur enim non concurrere ad actionem sublecutam, propter opem præstitam, *d. c. 6. §. illi autem d. h. Suarez. d. sect. 3. n. 31. Navar. Dereptor. l. c. 4. n. 23. Avila d. p. 7. Disput. 8. sect. 2. d. 10.**

Q. XVII. An consentiens homicidio fiat homicidium suo nomine aut occidit consentientem dum actus fit cædes, non irregularitatem, cum non impediendo non prohibendo videatur moraliter cooperari, ejus remotionem contra dicendo ostendit, ubi displicere eadem. Ubi nihil obstat, quod interiori consensu eadem probet; non enim ea res vitabit contradictionem exteriorem per quam removetur exterum opus ad eadem concurrentes: ut ille consensus interius exponat mentale homicidium, tamen sufficit ad irregularitatem. Si cædes non fiat suo nomine, exterior consensus, qui colligitur ex silentio, non est efficax ad inducendum irregularitatem, cum nullum ponat consensum, sed tantum mentale homicidium, non est efficax, uti dictum, ad hunc effectum. In *l. d. c. sicut 6. num. 11. h. t. & 12. Avila d. disp. 6. §. 1. dub. 7.*

Q. XVIII. An rati habitio sive approbatio homicidii jam perpetrati inducat irregularitatem? R. Hoc velle Navar. *d. c. 27. n. 10.* suo nomine fit factum, & quod antequam fieret, mandatum poterat ratum habere. Felin. *d. c. sicut 6. num. 11. h. t. & alii relati à Covar. p. 2. §. 1. num. 4.* ex ratione, quod rati habitio

mandato comparatur e. *Ratihabitio de R. I. in 6.* mandans autem fiat irregularis. Et facit argū. e. *cum quis de sent. excom. in 6.* ubi ratam habens percussione Clerici suo nomine factam, est excommunicatus. Negativa tamē verior, quam rectē tener Covarr. *d. loco ea ratione*, quod licet suo nomine facta sit cædes, ad eam tamen non concurrerit, cum demū perpetrata cæde eam ratam habuerit. Ut cum *ratihabitio* sit posterior, non possit dici causa homicidii, uti requiritur ad ponendam irregularitatem, quæ non inducitur nisi ex concursu, & non nisi in casibus iure expressis, cum lex pœnalis non sit extendenda. Ut nihil obstat *d. cap. cum quis*, quia loquitur de excommunicatione, & sic in casu à cædone expresso: quo modo & accipiendum *cap. felix de pœnis in 6. & Clem. 1. eod. tit.* Nihil obstat *d. c. Ratihabitio* quia eius decisio procedit quoad culpam, non etiam quoad pœnas juris, cum *ratihabitio* respiciat solummodo cædem ut obiectum, non etiam ut effectum. Ut non possit facile videri delictum à cætu habente commissum; atque ita nec pœna poni potest, nisi aliud fuerit iure expressum, uti in dictis locis. Hinc etiam erit extra irregularitatem recipiens homicidam, defendens, celans, donans quid propter cædem commissam, quia hæc cum subsequantur, non possunt ponere causam homicidii, quamvis faciant præsumi mandatum. Felin. *d. c. sicut n. 4. h. r. l.* ac de hac questione Suar. *d. sect. 23. & seqq. Avila d. sect. 5. Dub. 6. & dixi ad D. h. tit. n. 23.*

23 Q. XIX. An omisso obviandi homicidio ponat irregularitatem? R. Aliquos distinguite, an omiserit impedire ex dolo, an vero ex negligentia: illo casu fieri irregularem. Cov. *d. p. 2. §. 2. n. 7. in fin.* ex ratione, quod eo casu non obvians percussioni Clerici excommunicationem incurrat, *cap. quanta 47. inf. de sent. excom.* verum minus rectē, ut mox dicetur. Alii indistincte volunt irregularitatem poni, cujus sententia videtur esse Navarr. in *can. non inferenda XXVI q. 3. n. 18.* Movetur per textum in *d. can. qui habet*, non repellentem à socio injuriam, si potest, tam esse in vitio, quam facientem: & per *can. fin. ibid.* ubi dicitur: qui desinit obviare, cum potest, consentit. At neutra istarum opinionum proba, quia sive dolo omiseris, sive non, tamen potes videri

concurrere ad cædem, uti requiritur; permittens autem non concurrit, nec est iure expressum, quod ea de causa incurratur irregularitas. Unde rectē distinguis in modo, quo quis tenetur obviare incommodo proximi, an ex lege caritatis solum, an vero ex lege iustitiæ. Illo casu, etiam si sit voluntaria omisso, ex odio interno aut desiderio mortis proximi, nulla incurretur irregularitas, cum ista omisso nullam ponat cooperationem. Quo facit *can. fin. XXIII. q. 8.* ubi nec consilio, nec auxilio cooperantes dicuntur esse extra noxam. Ut nihil obstat Canonones jam relati, quia accipiendi in casu caritatis. Posteriori verò omittens irretitur irregularitate. Probat hanc sententiam per *d. cap. quanta*, ubi excommunicatio infertur non impediendi Clerici percussione, ut idem possit videri dicendum de irregularitate, quæ minor est. Verum & hoc minus rectē, cum argumentum à majori non procedat in pœnis; & deinde non infertur irregularitas nisi in casibus iure expressis. Ut rectius fundamentum ponatur in eo, quod non impediens, quando ex lege iustitiæ impeditur tenetur, habeatur pro faciente; quo modo & ad restitutionem obligatur damni dati, *arg. d. cap. quanta, ubi Gl.* quatenus tamen sine gravi suo damno potest impedire, alias non videtur teneri Navar. *d. loco num. 20. & seq. & c. 27. num. 231. Suar. Disp. 45. sect. 4. num. 3. Avila d. sect. 2. dub. 7.* Non obstat præmissis, quod iste casus non sit iure expressus, cum requirat factum, omittens autē non faciat; nam licet propriè non faciat, interpretativè tamen facere videtur, e. *qui non facit 164. De R. I. in 6.* Hinc Medicus, qui ratione stipendii tenetur curare aegrotum, omittens erit irregularis, ex jam dicta ratione. Dico, ratione stipendii, nam si stipendium nullum à civitate habeat, non tamen ex obligatione iustitiæ, quam caritatis videtur obligari. Hinc etiam quis citi homicidium tractari, non revelans, si ex caritate sola, tenetur revelare; aliud, si ex iustitiæ.

24 Q. XX. Quid si defendere proximum ex caritate volenti persuaserit, ne defendat, & indefensus alter occidatur. R. Nav. *d. c. 27. n. 231.* velle talem esse irregularem, *arg. can. si quis viduam Disp. 50. & can. periculose de pœnis. disp. 1.* propterea quod ex dissuadentis opere illicito videatur sequi injusta deformatio. Contrariū

tamen posset alicui non malè probati, quod consilio tali adquirens non sit irregularis, ut nec consulens debeat esse talis, cum sit causa magis remota. Et hoc in casu, quo tantum diffusit illi, quantum ex caritate tenebatur proximum defendere; nam si ex iustitia, ut prior omittens, ita & consulens incurret irregularitatem, cuius sit causa. Dixi autem, si persuaserit, quia per violentiam, fraudem, aliamve injuriam a defensione proximi quem retrahens peccat contra iustitiam. Nam licet volens defendere tantum teneatur ex caritate tamen proximus habet jus, ne defensio ista impediatur ab alio per injuriam. Vid. Avila d. dub. 7.

25 QXXXI An fiat irregularis dans consilium ut quis se exponat casui, unde periculum sit mortis? R. Ita rectè videri, cum consulens alicui, ut se occidat, eadè secuta fiat irregularis tamquam homicida; idem autem sit facere & exponere se morali periculo faciendi; consulere factum, & periculum, unde factum sequatur. Præterea ut est homicida sui, constituere se in proxima & temeraria mortis occasione, ita & idem periculum consulens dicendus est ad eadem concurrere. Et hoc, si consulat quis, ut alter illicitè se exponat periculo mortis. Nav. d. c. 27. n. 2. 35. Nam si ut licitè se exponat, quis consulat, pro bono publico, pro iusta patriæ defensione, non magis potest dici irregularis, quam qui milites hortatur ad prælium, ut mox dicitur. Unde sequitur, non esse irregularem, qui consulit alteri, ut moriatur pro fide, cum hoc nihil aliud sit quam exhortari militem Christi ad fortiter potius occumbendum, quam devianandum à sui Salvatoris doctrina, cum animæ interitu. Cov. d. p. 2. §. 5. nu. 6. Quo modo ut non peccat amicum liberans cum periculo propriæ vitæ, ita nec consulens, qui nec directè nec indirectè intendit consulo mortem, sed magis periclitanti subsidium ferri. Vid. Avila d. fest. 2. dub. 5.

26 QXXXII An si plures ex repentina occasione rixantes alicquem occiderint, omnes fiant irregulares? R. Ita rectè dici, sive omnes inflixerint vulnera letalia aut non letalia, sive unus tantum, can. fin. XXXII. q. 8. ubi Glos. qui textus indistinctè loquitur de omnibus una pugnantibus; cum eos tantum extra noxam ponat,

qui nec impugnantur, nec vulnerantur, neque consilio aut auxilio sunt cooperati, sive velletur auctor; tunc enim omnes habeantur pro defensore, ne scelus maneat impunum. Item ibi la §. sed si plures D. ad L. Aquil. sive etiam situr, d. can. fin. qui simpliciter loquitur. Nam licet tali non vulnerantur, vel non letaliter, sed unus tantum, auxilium tamen aliquod præstiterunt, cum comitari hominem ad committendum maleficium, & adhibere, ut in cooperationem, atque ita ad iurisdictionem. Ut non obstat, quòd irregularitas factum requirit, can. fin. XV. q. 1. quia hic factum potest cooperatio. Non obstat textus d. l. de homic. sed si plures, qui vult, singulorum iurisdictionem rari, ut solus ille puniatur, qui letaliter occidit; nam hoc ita disposuit quod vult Canonibus aliter visum, ut patet d. l. qui habet, iuxta statuta Canonum, quibus videtur, aliud esse iure Canonico, propter maiorem mansuetudinem. Plura dicitur d. d. q. 3. n. 8. & seqq. Dicta eatenus obtinent, quando homicidium commissum ab habente letalia, qua de re paulò infra.

De Homicidio causa Defensionis, quod & Necessarium vocant.

Defendere seipsum iure naturæ est licitum, etiam usque ad eadem aggressions. Item d. de iur. & iure; cum moderatum nomen in ulpate tutelæ; id est quòd ius potest aliter impediri, & est tanta, ut necesse sit documento proximi possit iure propugnari, quod in particulari iudicate est præsertim. In foro conscientie potest quisque sequi iudicium suæ conscientie, aut alicuius doctoris prudentis, bene excussis circumstantiis, quæ & in foro contentioso diligenter examinetur. Iudex: qui primò advertat, an is, qui occidit in periculo fuerit per aggressionem alicuius, ab his non esset defensor. Ubi non erit necesse expectare imperum aggressoris, ejusve vitam posse eorum esse sera defensio, ut præventum sit extra culpam, si desperet se ab his non posse prope aggredientem posse repellere. Et hoc, si sine mora aggressurus, nam si ex intervallo tantum, non erit licitum prævenire, quia tunc via posset evadere periculum. Nav. cons. 21. d. 1. Hinc

Hoc inimicum gladio stricto ad se venientem fugata petens, aut latronem emisso telo occidens, erit extra noxam. Et hoc si aggressio sit iniusta, nam si iusta, secus dici possit: ut in occidente ministris iustitiae, quos occidendo non iuste à se repellit reus, & non citra irregularitatem, cum non invadant, ut occidant, sed ut mandatum impleant, licet ex ejus impimento possit subsequi mors. Secundo, an defensio fieri poterit minori læsione proximi; nam si sufficeret mutulare, aut vulnerare, occidit erit immoderata, propter gravem culpam, quam continet in repulsione proximi. Tertio, an defensio sit facta citra culpam talem, quæ non transeat in aggressionem. Nam si quis fugientem invadentem, etiam post acceptum vulnus, sequatur & occidat, aut mutilet, excedet moderamen inculpatae tutelae, cum fuga invadentis faciat cessare periculum invasi, qui proinde non excusabitur. si fugientem insequens occidat; nec excusabit vulnus acceptum, qui non tollit animum vindictæ, ut tradit Pont. in e. significasti 18. in sine h. t. Suarez Disp. 46. sect. 1. n. 7. 8. 9. Itaque homicidium in necessariam sui defensionem ut jure civili est extra poenam, ita & jure Canonico excusat ab irregularitate. Et hoc omnino secundum jus novum. Clem. un. h. t. quod excusat eum, qui occidit vel mutilat invadentem, aliter mortem evadere non valens Navar. in summa cap. 27. n. 207. Covar. ad d. Clem. un. p. 3. §. unico.

28 Verum dubitatur, An & idem obtineat de de antiquo? R. Negare Gl. in e. sicut dignum §. Cler. V. consilium h. t. ubi dicit ad Ordines alios aspirare reum non posse. Pro quo videtur facere textus in can. de his 6. dist. 30. & alii similes. Contra tamen verius est, etiam jure antiquo extra irregularitatem fuisse occidentem in necessariam sui defensionem: & patet ex eam qui à te dist. 30. qui ait, eum canonicè non judicari, qui necessario occidit. Facit, quod d. Clem. non tam contineat verba inducentia jus novum quàm explicantia vetus. Nihil obstat d. can. de his, nam licet loquatur de homicidio factò in defensionem, non tamen necessarid & non citra culpam; uti & loquitur d. c. 18. h. t. Nihil etiam obstat Trid. Sess. 14. c. 7. quod eum super homicidio necessario committit dispensationem Episcopo, videtur supponere, quod

& tale inducat irregularitatem, quia loquitur in casu quo reus excescit moderamen inculpatae tutelae. Itaque verior habet opinio, & olim & hodie moderamen inculpatae tutelae facere ex homicidio non infligi irregularitatem, ea ratione, ne necessitas vertatur in culpam, & quod jure est permillum puniatur, contra l. Gracchus C. ad l. Inl. de adul. d. Clem. un. Quod obtinet non tantum in laicis, sed & Clericis, cum nec his sua vita sit negligenda. Ex dictis consequens est, si excedatur defensionis modus, occisorem non esse immunem ab irregularitate, cum ratio eius in eo locum habeat, scilicet defectus perfectæ lenitatis, nisi excessus sit levior, & inevitabilis. Covar. ad d. Clem. un. §. 2. nu. 3.

29 Q. II. An ex injuria antecedente possit poni inculpata tutela in injuriante se defendente contra injuriantem? R. Aut post moralem interruptionem injuria data affectus injuria aggreditur injuriantem aut incontinenti in ipso injuria actu. Priori casu moderamen inculpatae tutelae potest videri habere locum; cum prior injuria non sit circumstantia præsentis actionis, nec moralis ejus causa, in posteriori verò casu quæstio est. Exemplum sit in adultero, qui deprehensus à marito in ipso facto, eum se invadentem occidit, non data alia invadendi via.

30 Quæstio inquam est, * An adulter possit dici hoc casu servasse moderamen inculpatae tutelae. R. Id negare Nav. d. c. 27. n. 238 & cons. 32. 34. 35. h. t. Movetur hoc argumento, quod dedit operam rei illicitæ & periculose ad homicidium, ut dans causam videatur & causatum procurasset; præcipue cum talem causeret injuriam, unde exdes sequi solet. Adfirmantium opinio est probabilior, modo adulter circumspicte egerit, omnino removendo causam homicidii, non agendo incaute um aliena conjuge, quia tunc immediata defensio est moderata, prior autem occasio remota, quæ non sufficit ad irregularitatem. Deinde sine culpa non contrahitur irregularitas ex privato homicidio; hic autem culpa deest, saltem quoad homicidium, licet non desit quoad adulterium: quod cum per se non ordinetur ad homicidium nisi valde remotè, non sufficit ad irregularitatem, cum non ponat sufficientem aggressionem per adulterium, qui eam non intendit proximè, sed data occasione tantum se defendit, ut non possit non

videri defensor. Vid. Suarez d. sect. 1. num. 10. *Et* 11. Nav. De restit. lib. 2. c. 3. n. 348. *Et* seq. Avila p. 7. Diss. 5. sect. 3. Dub. 3. Quod si fugiendo poterit adulter evadere impetum mariti, tenetur fugere; quia non potest ullatenus fuga isto casu videri ei turpis, qui ob turpitudinem, quam commisit, patitur impetum alterius. Itaque non tam inspiciendum, rei licite quis operam det, an illicita se de an sit opus ordinatum ad homicidium. Suar. d. locum. 12.

32 Q. III. Quid si in vasus potuerit fuga evadere periculum? R. Videtur laxiorem eorum opinionem, qui excusant occidentem, qui fugam poterat periculum evadere sine dedecore. Cujus opinionis videtur esse Felinus, in c. suscepimus 10. h. t. strictiorem vero eorum, qui minime eum excusant, cui fuga fuisset dedecori Navar. hic cons. 6. n. 4. Covarr. d. p. 3. §. 1. n. 4. per text. in d. Clem. un. qui se fundant in eo, quod periculum alteri non poterit evitari; quae sententia tunc est. Probabilis tamen tunc; videtur media sententia, scilicet irregularem non esse in casu, quo fuga non est sine periculo vitae, aut gravis infamia nota, cum quod evitari non potest sine gravi nota, moraliter iudicatur inevitabile, quod moraliter sit necessarium viro bono evitare infamiam, cum fama vitae aequiparetur. *Li. 1. §. penult. D. quod merus causa* U. ste casus dicendus sit comprehensus sub verbis d. Clem. un. Et hoc, si non dederit causam aggressionis, ut quia cum uxore invectus, aut aliam injuriam inculcit; tunc enim, si fugere possit, fugiendum illi est. Alias recte resistet, idque si injuria incontinenti sit commissa, nam si diu praecessit, non est opus ista limitatione. Si vero fuga non sit futura dedecori, in vasum occidendo, licet in foro civili possit dici extra noxam esse, coram Deo tamen talis non excusatur, nec in foro Canonico est extraregularitatem, cum in eo deficiat moderamen inculpatae tutelae, atque ita ponatur defectus lenitatis, causa irregularitatis. Vid. Suar. d. sect. 1. n. 5. *Et* 6. *De via d. sect. 3. dub. 1. conel. 3* Hinc communiter receptum, Clericum, cui pugnat turpe est, non etiam fugere, si malit occidere, quam fugere, esse irregularem. *Gl. in d. c. 10. Et in d. Clem. un.* ubi textus se fundat in eo, quod aliter periculum evitari nequeat: hoc autem in casu potest evitari sine ullo praedicio; non corporis, quia potuit evitari, non honoris, quia fuga

non est infamis, imò decens Clericis, ut d. c. 10. in fine. Quod dictum de viae defensione corporis à mutilatione, cum aequipollet homicidio, quantum ad hunc tractatum, recipitur haec sit gravior, quam ut quis eam sibi vitari debeat pati, Cov. d. §. 1. n. 2. Adeo ut etiam in defensionem sui à mutilatione liceat invadere occidere, si alias integritas membrorum propugnari nequeat.

Q. IV. Quid si non possit se quis tunc cum periculo innocents intermedium? R. Per innocents interpositionem non recipi cui jus defendendi se, à natura competens, ut ejus caedes tantum per accidens videtur contingere, ut pote non intenta, sed sine opere licito & necessario: ut non possit operari irregularitatem, cum nullus ponatur defectus lenitatis. Navar. *De restit. lib. 1. c. 3. n. 147.* Sic arcem aut urbem oppugnans, in qua sunt innocents, non tenetur ideo minus eam oppugnare, ut nocentes puniat: & certum Turcarum in vasus non tenetur à sui defensione cessare propter remiges Christianos, quia ea sunt & laedi possent, quia damnatum licet accidens illis contingit, Molina de *Just. & Just. tract. 2. disp. 119.* Vide eundem de Christianis remigantibus. *Disp. 115. Et dicta ad D. 1. num. 41.*

Q. V. An in defensionem honoris occidens sit irregularis? R. Eadem haec potius videtur spectare ad vindictam, quam ad necessitatem sui defensionem, cum possit honor laesus competentibus actionibus recuperari. Ut videtur reus irregularis fieri, in ejus non in defensionem, quam vindictam occidens non movens; etiam si in foro civili homicidii non huiusmodi faciat cessare poenam ordinatam. *Gail. 2. Obs. c. 100.* Quo modo dicatur, si mentis occidens hoc impedimento tenetur. Dico laesus; nam ante actualem laesionem, nec eam impedire, si aliter honores salvare nequeat. Recentiores plerique tenent, laesionem esse defensionem, etiam cum mutilatione caede honorem laedentis. Quò facit, quod dictum ante, non teneri fugere in vasum, si fuga illi sit allatura gravem infamiam, non honor non sit viro bono minor, quam viro. Quomodo & in defensionem pudicitiam licet esse caedes eam violare volentis, *h. i. §. 1. n. 2.*

Ad L. Corn. de sicar. cum pudicitia integritas culpabilis damni pecuniarii estimatione major recuperari nequeat. Vide dicta ad D. eod. n. 45.

34 Q. VI. Quid de eade facta in def. officioem reum? R. Secus utiam communem. videri, occidentem non esse extra irregularitatem, etiam in casu, quo bona sunt omnino amittenda; ex ratione, quod caritas obliget ad haec bona concedenda proximo pro tuenda eius vita. Deinde quia jus Canonice tantum ex capit. defensionem propterea vitae, d. Clem. un. in V. quia mortem aliter vitare non valet, propter necessitatem moralem iur. idem non sit tribuendum defensionem bonorum, quae non tam necessaria. Facere eot videatur, c. 2. h. t. in V. te tuaque liberando, quasi tunc sit licita rerum defensio cum eade alterius, quando simul & persona defendentis periclitatur. Eodē facit, c. suscipimus 10 h. t. in V. Expediebat potius post tunicam relinquere pallium, & rerum suscipere iacturam, quam pro conservandis rebus vilibus & transitoris in alios sua acriter exarsedere. Facit denique, quod furem nocturnum iura & Canonica & civilia occidi permittant, non etiam diurnum, nisi se telo defendat. l. 4. D. Ad L. Aquil. & c. h. t. Et ita Curiam tenore Rom. tradit Navar. in summa c. 13. num. 5.

Verum, his non obstantibus, in contrariam sententiam inclinare videtur Covar. d. p. 3. §. sum. in fine, ex ea ratione, quod tale homicidium sit inculpabile. Nec recte objicies, quod & homicidium a milite in justo bello, & a iudice commissum sit inculpabile, nam in his est voluntarium, cum illi seingerent isti actioni: in hoc vero casu reus cogitur ad actionem ex causa solius defensionis, quae ut licita quoad vitam, ita & quoad bona temporalia, quae quodammodo vitae comparantur. l. Advocati C. De advoc. divers. iudicior. Facit c. 2. in fine eod. in 6. Ubi non est irregularis accusans furem ex ista causa, ut nec sit dicendus irregularis bona defendens. Alias daretur licentia pravis hominibus alios bonis suis spoliandi, qui hac via constituerentur in gravi necessitate; & ut non constituerentur, per bonorum partem ablata, ad necessitatem, si tamen ea sit sufficiens ad poenam laquei, quidni & sufficiens ad defensionem cum rapientis nocimento? Quo facit d. c. 2. h. t. Ubi dicitur, te tuaque defendendo, non debet.

diei copulativum utrumque requiri, quia alias sequeretur absurdum, vitam scilicet in periculo existentem, si non simul bona periclitentur, defendi non posse; sed signum copulativum accipi debet disjunctivè pro vel, argum. c. verum sup. De iurejur. ubi dum causa vitae & rerum servandarum iurantes absolvuntur, necesse non est copulativum illa duo concurrant, cum alterum sufficiat, & causa rerum conservandarum, quibus sufficiat vita salutis nostrae, quae sunt nobis pro viatico, ut ibi ait Cujac, si sufficiens ad absolutionem à juramento ab invitis praestito. Nec est infrequens Es pro vel poni, ubi id materia exigit, l. saepe 53. D. de V. S. ubi Alciat. Quod ita procedet, si res sint magni momenti, nam pro re minima non videtur concessum jus defensionis, cum tanto proximi detrimento. Præterea si desit probabilis res recuperandi spes, alia via; nam alias defensionis modus non esset extra culpam, Nav. d. c. 15. n. 2.

Non obstant pro altera parte ad iusta nam solutio ad d. c. 2. patet ex dictis. Quantum ad d. Clem. un. etsi tantum de vita propria loquatur, non tamen excludit bona, quia ad vitam spectant, uti dictum. Et quod non ad solam defensionem vitae sit textus iste restringendus patet ex can. Quia dist. 30. ubi etiam ad tuendam libertatem caes facta non sponte mea dicitur esse extra culpam: quod se aliter haberet, si textus in d. Clem. un. esset strictè intelligendus, ut loquitur. Nec facit, quod libertas passim equiparetur vitae, quia & bona vitae equiparantur: ut, cum restrictio textus hac in materia sit odiosa, extensio verò favorabilis, haec sit potius admittere nda.

Quantum ad d. l. 4. D. Ad L. Aquil. & d. c. 32. h. t. accipienda est decisio eorum in casu, quod fur diurnus fugari potest, qualis sine culpa non occiditur. Nec faciunt verba, si se telo defendarint, applicanda enim non tantum ad defensionem vitae, sed & rerum, quae si salva haberi possunt contra vim furis diurni, non rectè is occiditur; si autem nequeant haberi salva, propter impetum furis, qui armis agit, quidni defensio est licita? Quantum ad d. c. 10. in illo non agitur de necessitate vitandi nocentium, uti nec agitur de eo in c. significasti; h. t. Et hanc opinionem communem esse tradit Jul. Clarus, alios allegans, §. Homicidium n. 25.

347. Vid. Suarez d. disp. 46. sect. 2. n. 1. & seqq. Avila d. sect. 3. Aub. 4. Navar. de Restit. lib. 2. c. 3. n. 295. Obi nec etiam hæc opinio non tantum in laicis, verum & in Clericis, quos non minus deest vitam bona ad vitam necessaria defendere, quam laicos, ut patet ex c. Olim 12. sup. de restit. spoliat. ubi Clericus invasorem possessionis incontinenti potest repellere: & c. dilecto de sent. excomm. in 6. ubi Clerico contra spoliatorem permilla est rerum defensio contra violentiam eas invadentium.

35 Q. VI. An advocans alios in justam sui defensionem, per quas occiditur aggressor, sit irregularis? R. Non esse, cum ut per se corpus aut bona defendere ei licet, ita & per alios licere debeat; quia per alios faciens per se facere videtur. Nav. c. 27. n. 212.

36 Q. VII. An taliter advocati sint extra noxam, Id omnino negare Nav. d. c. 27. n. 213. & velle eos irregularitatem incurrere, non tantum quia talis in defensionem extranei invasorem occidat, sed & patris, matris, etiam in casu, quo aliàs caperetur civitas, aut exercitus fugeretur. ex ratione. I. quia nulla necessitate prematur, & æque sit diligenda unitus proximi vita, atque alterius. II. Quod exceptio in d. Clem. un. tantum loquatur de propria vita, quibus non obstantibus, v. i. or est sententia contraria quam ut talem amplectitur Covar. d. §. un. n. 5. ex eo, quod licitum sit innocentem defendere etiam cum periculo invaloris; cum magis sit diligendus innocens quam nocens, atq; in pari causa sit prior Quo omnino faciunt textus in can. error dist. 83. can. non inferenda XXIII. q. 3. & d. c. dilecto, qui participem culpæ faciunt non impediunt mortem proximi, & negligentem videri soverere eum, qui injuriam infert. Præterea irregularitas non contrahitur nisi per culpam, aut per spontaneam voluntatem, hic nec est culpa, nec spontanea voluntas, cum tantum sit intentio defensio; per accidens autem sit occisio, sine qua obtineri non potuit defensio. Denique si advocans in auxilium non est irregularis, etiam arma præbens, ut fatetur Navar. d. c. 27. n. 221. non est ratio, cur advocatus sit irregularis, cum quod per nos possumus, possumus & per alios. Ubi si contingat advocatum occidi, non poterit dici eam nocere advocanti, qui licite eum advocavit, d. c. dilecto. Dicta procedunt non

tantum, si defensio proximi cadat sub obligationem, quo casu non est dubium non occisionem voluntariam & culpabilem fore in casu, quo nos cadit sub obligationem, & isto sit licita proximi defensio, non culpabilis quam ab ipso advocante facta, tota ab iniquo aggressore. Ut secundum Clem. unicam, sit & talis advocatus irregularitatem, non obstante, quod illa non excipiat defendentem vitam propriam, etiam ratio subest in defendente vitam in iuste per alterum invasi. Et hoc eo magis propinquior est persona, quæ defenditur, ut patet, mater, quam vis contrarium sit in d. loco n. 213. Vid. Suarez d. disp. 46. §. 3. bis d. Aub. 4. vers. Denique Pet. a Navar. in h. a. c. 3. n. 418. & seqq.

Q. VIII. An in defensionem Repulsi, occidens sit irregularis? R. Hoc admittit Navar. loco n. 215. & c. 15. num. 2. dicitur argumentum iudicis, qui cum teneatur occidere malefactorem, tamen fiat irregularis. II. Quia Clem. unica tantum excipiatur propria vita defensio. Contrarium tamen verius, cum irregularitas non contrahatur, nisi per homicidium voluntum, quale non est; de quo agitur, in quilibet teneatur ex ratione naturali defendere patriam. Atque ita cum defendens, occidendo exerceat actum virtutis obligatis sub peccato, cuius obnoxius esse contra non potest dici contra ille defectum præter lenitatis, ut sub finali clausula, d. Clem. am hic casus dicendus si contineri. Non est arg. sumptum à iudice, nam homicidium eo mandatum est voluntarium in casu, in sponte adsumit, vel non ita coacte ordinis iudicis. Hoc autem in casu non est voluntaria causa, quia defendere cogitur. Videtur tamen in simili apud Cov. d. §. unico. n. 5. & Pet. a Nav. d. c. 3. n. 419.

Postremo queri posset, An in coactionem vitam matris liceat dare pharmacum pro fortis in utero extinguatur? R. Videri licet licere, si partus iam sit animatus, quia non potest quis directe occidere innocentem, nisi cum fervet. Si necdum sit animatus, non potest dari pharmacum directe tendens in rationem matris, etiam si inde possit con-

gere abortus; praevalere enim vita matris, quae
gravius sentitur detrimentum, quam cau-
tur in dicitur: x abortu. Si probabile sit, ali-
utrumque mortuum, volun sine culpa reme-
dium mari adhiberi posse. Nihil obstante
s. si aliquis s. b. s. quod vult ut homicidam ef-
se dammandum, qui abortioni dat causam,
quia loquitur de eo, qui sine causa id facit, &
sic culpam committit, quae hoc in casu nulla
est, ut explicat Nav. c. 23. n. 62. Cov. ad d. Clem
un. p. 2. §. 3. n. 1. in fin.

De Homicidio publica auctoritate à
Iudice vel eius ministris com-
misso.

Licitum esse huiusmodi homicidium, uti
& mutilationem, quando id crimina ex-
poscunt, non est dubium, neque enim ali-
as possit esse cura inter improbos innocentia.
Oritur tamen ex eo secundum Canones irregu-
laritas, c. Clericus & c. sententiam sup. no Cle-
rici vel Monachi &c. cum sit omnino volunta-
rium: ingerit enim se tum iudex. tum ministri
illi ministerio & actioni, per quam maxime
contrahitur defectus lenitatis, in quo ponitur
rora ratio irregularitatis. Ut non obstat, quod
sententia sit iuste prolata, caedes vel mutilatio
subsecuta sit inculpabilis; tantum enim quaer-
itur, an fuerit voluntaria, in se vel sua causa,
qualis est hac in parte.

Hinc Iudex ferens sententiam capitalem sit
irregularis, sive laicus sive Clericus. Et si enim
pleraque loca de Clerico loquantur, non minus
tamen in illo quam in hoc, deficit lenitas, ut
satis colligitur ex can. 1. disp. 1. Non alias autem
hac irregularitas incurritur, quam secuta mor-
te, ex qua causatur. Sententia nomine com-
prehenditur quodcumque praeceptum ad mor-
tem tendens, cuiusmodi est & sententia, quae
privat alimentis, unde reus postea moritur. Co-
var. d. p. 2. §. 5. n. 7. Sub iudicis nomine con-
tinetur & adfessor, consultor, exhortator, &
quilibet alius ad sententiam ferendam concu-
rens; Pontifice tamen inferior, quem irregu-
laritate non adfici ex eo patet, quod haec sit
iuris humani, supra quod est Pont. ut dictum
supra. De constitut.

Ubi primò quaeritur, An Princeps vel Do-

minus temporalis, uti Episcopus, vel alius Ec-
clesiasticus, cui est temporalis jurisdictio,
mandando eam aut delegando contrahat ir-
regularitatem, subsecuta caede per delegatum
R. Miramè, si commissio fiat pure ac debito
modo, non determinatè ad poenam mortis, a-
lioquin non tam committeretur jurisdictio,
quam executio sententiae latae per delegan-
tem. Pura delegatio erit, quando indifferenter
jurisdictio datur ad exercendam iustitiam, si-
ve in genere quoad omnia crimina; sive in
specie quoad tale factum, juxta, c. fin. ne
Cler. vel Monachi in 6. quod cum loquitur de
delegatione in particulari, multo magis obti-
nebitur generali. Nam quò commissio est ge-
neralior, hoc magis abstrahit à concursu ad
poenam mortis. Non obstat quò commissio
videatur causa homicidii, quòd sine ea talis
non contrahitur; nam voluntas committentis
non fertur ad homicidium, sed ad exercitium
iustitiae, cuius nomine data jurisdictio, ex qua
reliqua consequentia respectu committentis
sunt accidentaria. Covar. d. §. 5. n. 8. Suar. de
cenfuris disp. 47. sect. 1. n. 5. & 6. Avila p. 7. disp.
5. sect. 2. Dub. 4.

Q. II. An injusta delegati sententia adficiat
delegantem? R. Non magis quam iusta; cum
iniquitas alterius non debeat alteri nocere,
qui non est particeps: neque enim tam dele-
gatus movetur à delegante, quam à se & sua
malitia. Nisi tamen subsit culpa delegantis,
qui cum morali periculo committenda inju-
stitiae sine sufficienti examine & cognitione
personae delegavit jurisdictionem, cui ideo
efficitus merito imputatur Gl. DD. ad d. c.
fin. Ne Cler. vel Monachi in 6. Suar. d. sect. 11.
n. 9.

Q. III. An ponens leges sanguinis fiat irre-
gularis? R. Non videtur, quia talis actio non ordi-
natur per se ad homicidium, verum ad bo-
nam gubernationem, ut delicta caveantur. Est
que talis legum constitutio magis indifferens,
quam ut sufficiat ad irregularitatem, Unde &
consultens tales leges ex vi actus, non est irre-
gularis: ut nec dicens ex his legibus deberi poenā
mortis. Si tu in universali & abstracto dicat, &
merè speculative; aliud si practice, & in parti-
culari, quo ad certam personam concurrat enim
ad eandem, subsecuta morte. Ita dicendum

de

de docente in Scholis leges penales, in generali & theoreticam in particulari docendo moveret ad sententiam ferendam & sic influeret ad eadem non citra irregularitatem. Nisi iudex, qui consulit aut docetur, sit promptus ad eadem, ut docens aut consulens nihil possit dici cooperari, secundum dicta *sup. eod. n. 17*. Idem statuerendum in concionatore, dum generaliter e cathedra monet iudices, servent leges, Remp. perditis hominibus purgent, qui non potest dici concurrere. Suarez *d. loco. n. 8*, Avila *d. sect. 2. dub. 6*.

44 Q. IV. An iudices Ecclesiastici reos convictos tradentes brachio seculari incurrant irregularitatem? R. Per laicos reos brachio traditos seculari minimè incurrere, quippe qui non tam tradantur, quam relinquuntur brachio seculari, *Glos. in c. ad a' olendam V. laicus sup. de haeret. D.* Clericis verò traditis majus dubium videri posset, eo quod per eorum traditionem videatur dari causa carceris, qua alias adfici non possent. Idem tamen de his dicendum, qui licet dicantur tradi brachio seculari, non tamen tam faciendae vis in verbo *Tradi*, quam respiciendum id, quod agitur. Neque enim Ecclesia directè causat mortis poenam sed per consequentiam tantum, privando scilicet privilegiis, qua impediunt, quo minus laico in Clericum esset jurisdictio, e. *Novimus inf. de verb. signif. Covar. d. s. n. 6*. Suarez *d. sect. 1. n. 10*. & *11*.

45 Q. V. An Ecclesiasticus iudex isto casu debeat pro reo intercedere apud laicum iudicem, in cuius manum incidit Clericus? Resp. Ita in *laici d. c. novimus*, quod habet, debere efficaciter intercedere, ad hoc, ut quantum in se est, Ecclesiasticus iudex ostendat animum absolventi potius, quam damnandi, quod praesertim pietatem, & facit non concurrere ad eandem subsecutam, ut non sit intermittenda haec intercessio. Efficaciter autem intercedere non est absolute petere, ut non occidatur, sed quatenus iustè & licitè id fieri potest. Quo modo non erit ficta ista intercessio, etiam si fiat pro haeretico pertinaci, qui supplicio est addiciendus certissimè, cum faciat, ut & hoc in casu Clericus intercedens non videatur appetere poenam sanguinis, & sic non concurrere Covar. *d. s. n. 6*, Suarez *d. loco n. 12*. Et possit, quòd si cetero intercedat externus, facit tamen

illa exterior intercessio, ut non committatur eadem, atque ita irregularitate non afficiatur ut mox dicitur.

47 Q. VI. An accusator fiat irregularis? Resp. Ista fuit accusatio, siue coram Clerico fiat, siue coram laico non fieri irregularitate, ut dicitur, tantum petendam emendationem ab illis, & provideri, ne in post-remum contra se aliquid committatur; cum profectione tamen, quae vindictam aut poenam sanguinis non appetit, juxta textum *c. 2. eod. in 6. quod respicitur Covar. d. c. ne detur pravis hominibus eos dicitur in bonis, aut persona licentia. Ratio est quod talis actio non tam censetur cogitatio ad poenam, quam iusta sui & suarum rerum libentia. Ubi protestatio omnino necessaria, ut videtur exterior occasio vel indecentio, quae de tale crimen, cui proposita delictio non erit opus protestatione, cum debentur subsecuta non tam accusatori, quam potestari impunita. Navar. *cap. 17. de. 21*. Tamen autem, protestationem statim ab intentione accusationis interponere, etiam si constitutum sit ante sententiam interponere, cum de facto suo non careat & *d. c. 2. nihil aliud prescribitur, quam ut interponatur Covar. d. n. 2*. Suarez *disp. 47. sect. 2. num. 2*. Non est quòd accusator videatur cooperari eadem, cum eo cessante non fuisset illud, quia si non foret fidelibus liberum, non potestulare accusando, magna licentia de re probis nocendi innocentibus. Deinde ratio illa impeditur per protestationem, si iusta sit, nam in iusta delictum cogitatio accessantem concurrere, ac dare causam profectioni in iustis quem non erit opus protestatione inutiliter proposita. Protestatio enim omissa, erit accusator irregularis, cum factus intendere mortem accusati, quae delicta est, quod imputet sibi, qui omnino tamen à jure concessum.*

48 Protestatio hac non est opus in actu te coram iudice Ecclesiastico, qui non potest procedere ad poenam sanguinis, etiam si tradat brachio seculari convictum reum. Actio accusatoris terminetur in sententia Ecclesiastica, & iudex brachio tradens non fiat irregularis, Suarez *d. sect. 2. n. 2*.

Non est etiam necessaria protestatio in casu, quo accusatio continet crimen leve, licet iudex excedens limites iustitiae condemnet ad mortem, cum malicia iudicis non debeat nocere accusatori, qui eam rem non potuit praevidere. Covarr. ad Clem. un. h. t. p. 2. §. 5. vers. Non. Utrique nocet, si reus coniectus in carcerem, postea aliis criminibus cumularis, morte mulctetur, quia tantum remotam causam dedit prior accusans, Navar. d. c. 27. *num. 214.*

47 Q. VII. Quid si Clericus accuset criminaliter, petatque vindictam, protestans tamen, quod non petat de formationem? R. Possit videri non incurri eo casu irregularitatem, propter protestationem interpositam, secundum requisitum d. c. 2. *in 6. Verius tamen, nihil prodesse protestationem, cum d. c. 2. tantum loquatur de accusantibus in causa civili vel etiam criminali praecedentibus tantum suum interesse, ut patet ex v. *quieslam & emendem.* Non petit autem interesse, qui agit ad vindictam, cum non sit in suam aequitate, limitare poenam iure statutam. Ut taliter petens videatur concurrere ad de formationem secuta ex sententia iudicis, nihil obstante protestatione, quae facta contraria nihil operatur. Felin. in c. *Postulasti, h. t.* Suarez. d. *sect. 1. n. 10. & seq.* Avila d. *Disp. 5. sect. 2. Dub. 10.**

48 Q. VIII. An laico sit necessaria protestatio? R. Loqui quidem d. c. 2. de Clerico accusante, esse tamen & necessariam laico, cum in isto cap. requiratur protestatio, non tamquam gravamen, sed potius remedium a iure adinventum, ad vitandam irregularitatem & mortalem concursum ad homicidium; quae ratio & in laico obtinet, ut dicenda sit & decisio locum habere. Navar. d. c. 27. n. 214. Suarez d. *Disp. 47. sect. 2. n. 5. Avila d. sect. 2. Dub. 9. vers. Ex quo.*

49 Q. IX. An haec protestatio debeat fieri ex animo? R. Id velle Navar. d. c. 27. *num. 226.* scilicet protestationem, quam desiderat jus, esse veram, non mendacem & fraudulentam. Contrariam tamen sententiam amplexus Covarr. d. §. 5. n. 5. quam & ante eum tenuit Felin. in d. c. *Postulasti in fine*; cum licet verba non salvent hominem in foro exteriori, & fraudulentam non requiratur nec approbetur, non tamen eam excludat, sed admittat ut suf-

ficientem, eum per eam intendat evitare concursum ad eandem subsecuturam. Quam etiam evitabit simulata protestatione, per quam cum iudex non exciteretur ad sententiam sanguinis, quantum ex parte accusantis, non est ratio, quare accusans censetur concurrere, cum fecerit ad vitandum ea, quae iura praescribunt, etiam si intentionem aliam habuerit, quae est interna; in actus autem externos lex humana non feratur. Unde colligitur, protestationem externam tantum excusare ab irregularitate, non etiam internam: ut accusans non habens animum, ut occidatur reus, non tamen excusetur ab irregularitate, quia non satisfecerit Canonis expressam protestationem acquiescenti. Covarr. d. §. 5. *num. 2. vers. Septimo* Suarez d. *sect. 2. nu. 5.*

50 Q. X. An ut protestatio haec sit utilis, requiratur, aliud desit remedium ad damnum recuperandum? R. Non videri, cum textus absolute loquatur, & non concedat solum accusationem propter damni reparationem, verum & propter providentiam in futurum, ne tale quid amplius committatur. Qualis petitio sit perest etiam in casu, quo aliter satisfieri potest, aut satisfactum sit.

51 Q. XI. Quid si certum sit moraliter iudicem sanguinis poenam illaturum? R. Nihil magis irregularem fore accusatorem, modo non inducat iudicem ad iniquam sententiam per falsas probationes; quae facerent protestationem nihil prodesse ad vitandam irregularitatem, propter modum iniquum, quo vitatur, qui non est extra culpam.

52 Q. XII. An fiat irregularis, petens, ut accusatus capiatur, aut demonstrans locum, ubi capi possit? R. Non videri; cum enim accusatio sit licita ob compensationem damni, quidam & reliqua, quae eo tendunt; cum ejusdem sint rationis, praevia tamen protestatione, secundum d. c. 2. *ead. in 6.* Quo modo Navar. *Conf. 9. hoc sit tenet*, posse furem detineri, vel locum indicari, ubi latet, si medium tale sit necessarium ad sententiae effectum & satisfactionem accusatoris. Et hoc, quando fur est fugitivus.

53 Q. XIII. Quid si non sit fugitivus? R. Navar. d. *loco.* negare, talem detineri posse, aut demonstrari locum, ubi latet, citra irregularitatem, quod medium hoc non sit necessarium

rium ad satisfactionem, quæ aliter procurari potest. Verum tutior sententia est non distinctionem, & admittentium indistinctè detentionem furis, vel iudicium esse licitum, etiam circa irregularitatem. Quo facit argum. *c. Tuam nos in fine hoc tit.* in quo non constituitur irregularis, qui dedit iudicia, quibus fur, qui res suas sustulit, convinctur. Covarr. d. §. 5. num. 4. in fine. Suarez d. sect. 2. nu. 19. & 20.

54 Q. XIV. Quid igitur dicendum de eo, qui acclamando & vociferando causat mortem furis? R. Idem in eo obviare, quod in casu priorum, cum hoc medium sit iustum ad habendam satisfactionem, modo postea protestetur. Quod omnino procedit, si fur per iudicem supplicio afficiatur, quia acclamatio non est causa cædis immediata. Aliter quidam volunt, si contingat cædes per convocatos privatos homines. Abbas in cap. Significasti 18. num. 12. hoc tit. Et hoc si incaute clamaverit, nam si tantum voluerit capi, aut fugari, in rerum suarum defensionem, non est, quod factum alienum ei noceat. Innoc. in d. c. 18. cum secundum dicta ante, non minus per nos quam per alios res nostras defendamus. Covarr. ubi sup. Suar. 2. d. loco num. 21. Avila d. sect. 2. Dub. 15.

Hæc ita in causa propria, in qua accusatio eum protestatione est extra noxam, propter rerum suarum iustam defensionem.

55 Q. XV. An in aliena causa accusans sit irregularis? R. Talem non excusari ab irregularitate, per d. 16. 2. eod. in 6. quod loquitur tantum de suis malefactoribus; ex eo, quod defensio iuris proprii sit maximè naturalis, ideoque à Canonibus hac in parte permittitur: ut videatur non obtinere in causa aliena, in qua non eadem necessitas. Volunt tamen denunciationem hac in causa esse admissam, cum nullibi inveniantur prohibita, quatenus agitur de futuro proximi malo avertendo, ex lege charitatis, subveniendo & liberando proximum, e jusve res à periculo; si tamen desit alia via divertiendi damnum, & præmittatur protestatio, quod denunciatus intendat solum impedire damnum proximi, non etiam aliam punitionem Navar. d. c. 27. nu. 23. Covarr. d. §. 5. nu. 1. Suarez d. sect. 2. nu. 11.

56 Q. XVI. An ferens testimonium in causa sanguinis? R. Illi omnino irregularis, ex commu-

ni opinione, quia testis dicto suo causat homicidium, ita ut protestatio non in furis, sed in aliena causa agentis, non proficit, cum per eam non desinat suo testimonio influere in causam mortis, can. Si quis viduam Dist. 10. ubi testis conscius homicidii facti aut ostenso, habetur irregularis ad Ordines, Covarr. d. §. 1. nu. 1. in fine. Navar. d. c. 27. nu. 23. Suar. d. Dist. c. sect. 3. in princ. Quod ita omnino procedit, quando quis voluntarie testimonium perhibet in causa sanguinis.

Q. XVII. Quid si coactus, ex præcepto iudicis aut Superioris, aliove iusto eorum? R. Possit videri, non poni irregularitatem, cum actio ista non sit voluntaria, sed ob necessitate præcepti: ut removere eorum, que ita & irregularitatem, ex dicto de defectu lenitatis. Facit d. c. 2. eod. in 2. quod permittit Clericis accusare, cum præceptum idque ideo, ne alias de turba multitudine ceotia invadendi Clericos; quæ ratio non inefficax, si Clerici non possent præceptis istis immunes ab irregularitate. Quod rectè procedat in ferente testimonium in causa civili, quando directe non agitur de causa sanguinis, sed tantum interelle alicuius subsecuta indirectè condemnationis ad poenam sanguinis non constituit irregularitatem, cum operam rei licitæ, & per se non sit cooperata illi effectui: aliter tamen dicendum est, si rectè agatur in causa digna morte, aut ratione quæ subsecuta. Neque enim cogitur potest testis ab irregularitate, nisi præcepti, aut etiam metus gravis causa, si sunt accidentales & extrinseci, qui non detrahunt, sed ipse concussus tantum. Ut nihil sit causæ, ex qua excusatio operatur pro teste, qui non in propria, sed in aliena causa agit, ut ei non possit prodelle d. c. 2. Non obstat *c. Tuam nos 19. §. fin. h. t. c. 2.* non videtur testis irregularis; nam in causa non agitur propriè de teste, sed de dante, quæ quædam valdè remota ad poenam sanguinis: ut ad eam non possit dici concurrere, nisi remota, qualis concussus non sufficit. Non obstat etiam *c. Qui cum fure 4. inf. De*

ubi non solum furti dicitur teneri fur, sed & ille, qui fuit confusus, cum indicat; quia non agit ille locus de indicando furo ipso, sed re furtiva tantum, ut recuperari possit. Vid. Navar. d. c. 27. nu. 22. Suarez d. sect. 3. nu. 4. & seqq. & alii ab his relati.

58 Q. XVIII. An Advocatus fiat irregularis? R. Eum non excusari, si stans ex parte actoris reum condemnari fecerit, cum influent ad poenam istam docendo, movendo suis argumentis. Covar. d. s. n. s. Suarez Diss. 4. sect. 4. nu. 3. Deinde facit, quod in d. c. 2. tantum excipitur accusator in propria causa; non agit autem in propria causa Advocatus. Quod si pro reo steterit, cum nihilominus poena inferatur, cum ex ejus actione non sequatur deformatio, dicendus excusari ab irregularitate, cum nequam possit dici influere ad poenam. Nisi imperitia aut negligentia ejus possit imputari condemnatio rei, quia ea reddet obnoxium Advocatum. Si vero contingerit actori inferri poenam talionis, ex eo quod probetur fuisse calumniatus, non erit immunitas ejus Advocatus, qui actorem moraliter in tali constituit periculo; nisi bona fide nixus iustam ejus causam esse existimaverit; excusatur namque ignorantia à delicto. Glos. in can. 1. Diss. 50. Navar. d. cap. 27. nu. 22. Suarez d. Diss. 47. sect. 4. nu. 5. & 7.

59 Q. XIX. An accusatore succubente, & poena adfecto; Advocatus rei fiat irregularis? R. Neutiquam, quia non causaverit illam actoris poenam, sed tantum reum defendentem, nec egerit contra justitiam, nec sit versatus circa opus, quod proprie & per se insit in homicidium, quod tantum remote & per accidens ex ejus actu resultat. Nisi defendendo reum, simul egerit in actorem, petendo talionem, cum sit causa moralis poenae subsecuta: quo casu reum petentem emendationem accusatoris, extra irregularitatem ponet protestatio juxta d. c. 2. Covar. d. loco Suarez d. loco n. 5. dum modo petitio rei non tendat directo ad vindictam aut poenam, quia protestatio, ut facta contraria, cum non sublevarer.

60 Q. XX. An scribens vel dictans sententiam capitalem? R. Fieri irregularem; cum talis concurrat ad deformationem; uti & scribens dicta testium, ea publicans, scribens aut dictans literas, quibus jubetur deformatio;

preparans furoam, ligna, quibus comburatur reus; preparans vel dans gladium, laqueum. Quorum ratio est, quod tales voluntarie concurrant ad mortem alterius; quatenus tamen subsequitur. Nam si ante applicationem dictorum instrumentorum reus fuerit mortuus, cessat irregularitas, cum hic non sola intentio, verum & effectus inspiciatur. Hinc falsos preparans, quibus post mortem cada ver rel comburatur, aut ignem supponens, non est irregularis; quia caedi ejus, qui jam mortuus est, non potest videri cooperatus. Navar. d. c. 27. nu. 219.

61 Q. XXI. An assistentes in loco supplicii? R. In laicis non esse dubium, cum pura assistentia, sine ullo genere cooperationis, non possit ponere causam hujus defectus; in Clericis vero dubium aliquod subesse, ob textum in c. Sententiam sup. Ne Clerici vel Monachi, quo Clericis prohibetur spectare supplicia. Dicendum tamen, & in his puram praesentiam non inducere irregularitatem, cum id nullibi exprimitur; nec sit ratio, cum non ponat concursum. Peccare tamen eos vult Navar. d. l. nu. 214. si sint in sacris constituti. Quod posset admitti quoad peccatum veniale, non etiam quoad mortale, propter materiae levitatem, nisi subest scandalum. Dixi, puram praesentiam; nam si praesentia sua auctoritatem praebent executioni supplicii, ex omnium sententia incurrunt irregularitatem, propter concursum, c. Ex litteris inf. De excess. Pralat. Unde Religiosis, qui assistunt reis, cavendum ne verbo vel facto indicent, quo supplicio promoveant vel accelerent, quia non forent extra irregularitatem, Suarez d. sect. 4. in fine.

De Homicidio contingente in bello.

62 Spectat ad publicam auctoritatem homicidium in bello commissum; quod vel justum est, vel injustum; defensivum vel aggressivum. In bello justo defensivo commissa caedes non magis inducit defectum, de quo agimus, quam facta in necessarium sui defensionem, eadem suadente ratione. Justum autem est bellum, cui subest justa causa ad resistendum inimico, in defectionem agrorum, larum seu patriae, quae & propriae vitae praeferen-

ferenda Qua in te non est separanda conditio Clerici à laico, per *cap. 2. sup. De immunit. Ecclies.* ubi dicitur tempore necessitatis ad portarum & murorum custodiam teneri Clericos: quae custodia non potest debite fieri, nisi per rejectionem eorum, qui violenter aggrediuntur, quales sine eade vix repelluntur. Covarr. *d. p. 2. §. 3. num. 2. in fine.* Suarez *d. Disp. 47. sect. 6. num. 1. & 2.* Aliud est in bello iusto aggressivo, cum iustitia ab irregularitate non excuset, eade subsecuta, *can. Si quis & can. Aliquantos Disp. 51.*

63 Q. An Dux exercitus non percussus, sed incitans suos ad pugnandum, sit irregularis? R. Non videri, cum aliud sit, incitare ad rem strenue gerendam, aliud provocare directo ad homicidium. Illo enim casu remote quis ad homicidium concurrat & per accidens Covarr. *d. p. 2. §. 3. nu. 2.* ubi tenet, posse etiam Clericum interesse bello iusto, propter pia opera, non tamen militare, *Ex multa §. fin. sup. De voto: posse citra irregularitatis periculum cohortari milites ad strenue pugnandum, non tantum ante actuale congressum, can. Maximilianus XXIII. q. 3. verum & in ipso conflictu, cum nō magis hoc casu ad homicidium concurrat proxime, quam prioribus & ipse percussus deformat Navar. c. 27. nu. 217.* Idē obtinebit, si Clericus bello iusto inter sit, contra prohibitionem Ecclesiae aut Superioris: culpa enim haec inobedientiae nimis est extrinseca homicidio, nec reddit illud magis voluntarium; cum prohibitio ista non tā sit facta intuitu vitandi homicidii, quam propter decentiam Clericorum, quos minus decet bellis interesse, Clericus non positus in sacris, militans peccat quidem, cum talis actio sit multum aliena à ministerio altaris, cui destinatur, *d. c. Ex multa §. 1. can. Clerici cum seqq. XXIII. q. 8.* non tamen incurrit irregularitatem, si non causaverit ullam deformationem, *c. Petio h. t. Vid. Suarez d. sect. 6. n. 7. 8. 9.*

64 Q. II. An dantes arma militibus? R. Eiusdem rationis esse, dare arma militibus ad pugnam, atque ad eam incitare, etiam si intentione ad eadem committendam dentur; cum intentione interna nihil operetur, nisi aliquo modo exierit in actum exteriorem, Navar. *d. c. 27. num. 216.* Suarez *d. loco nu. 6. in fine.* Quo modo textus, in *c. Quod in dubiis inf. De penis, ac-*

ciendus de ita incitante, vel arma dante, constituat causam propinquam ad deformationem per actum aliquem exteriorem.

Militans in bello iniusto est irregularis, & deformatur alicujus five per militiam seu per alium, *can. Si quis Disp. 51.* propterea quod cooperetur ad homicidium, & omnes censentur una causa moralis, & reus, qui tantum adstunt, pacis compositione causa, aut spiritualis ministerii, Navar. *d. c. 27.* Idem dicendum de iuvante ad bellum iniustum, & ad illud arma dante, & incitante ratione. Si nulla sit subsecuta deformatio, certum est laicos non contrahere irregularitatem, quam dictum sola intentione contrahi.

Quari posset, An Clerici committantur? R. Id aliquibus videri, propter textum *can. Clerici XXIII. q. 8.* qui habet: *Clerici, qui quacumque factione arma violentius persequi reperti, amisso orationis iusgradu, in unum poenitentia tradantur.* Verum Casellus loquitur tam de irregularitate, quam de suspensione, eaque non tam ipso facto committitur, quam imponenda per iudicem, ut patet *tradantur.* quod de notat factum reprobis. Ut non dato textu imponatur irregularitatem, sit dicendum Clericos non incurrit, cum sine textu non incurrit, ob indecentiam, quam committunt Clerici militantes in bello, vel ad id ex verbo vel facto, cum hoc eorum literis conveniat. Nec facit quidquam *c. per Cler. vel Monachi, & d. can. Si quis* quae quuntur de subsecuto effectu deformationis. Plura de hac re Suarez *d. Disp. 47. sect. 1. num. 1. & seqq.*

De Homicidio Casuali.

Homicidium Casuale duplex est, uno nullo modo volitum, nec directe, & cuius eventus merito calni impudus venit; alterum volitum, non directe, sed indirecte & per accidens. Prius non habet iunctum ullum peccatum, cum omnino voluntas, & in se & in causa, ut non ponit irregularitas, five agatur de opere bono, five illicito, modo sufficienter sit causa

ne homicidium causetur, & alias actus non fit specialiter prohibitus, propter periculum homicidii; ut in *c. fin. eod. in 6.* Ubi non sufficit esse prohibitum propter aliam causam scilicet religionem, castitatem, decentiam. Quo modo si Clericus venator sagitta in feram directa, hominem casu occiderit, non potest dici irregularis, cum prohibita quidem sit venatio Clericis, non tamen alia de causa, quam quod minus deceat eorum statum, *c. 2. inf. tit. 24. De Cler. venat. Covarr. d. p. 2. §. 4. num. 10.* modo non arguatur negligentia, quæ faceret saltem in causa indirecte volitum homicidium videri, & poneret irregularitatem. Ex homicidio subsecuto ex opere licito, adhibita diligentia, non causari irregularitatem, patet ex *c. dilectus 13. 14. 15. 16. h. t.* in quibus tantum quaeritur à Pont. an is, qui casu occidit, fuerit in aliqua culpa, quæ alias poneretur, ut in *c. presbyterum 7. & seq. h. t.* In illo agitur de puero disciplinæ causa castigato imprudenter, & mortuo; in hoc vero de ludo quodam licito (quia nullibi probatur illicitus) ex quo secuta mors, propter omissam diligentiam evitandi periculi: quæ de re latius Suarez *Disp. 45. sect. 5. nu. 2. & 3.*

Ubi disputatur, Quæ culpa desideretur, ad ponendam irregularitatem? R. Latam sufficere, extra dubium esse, cum satis voluntarium actum faciat omissio ejus per dissolutam negligentiam, ad quod omnes advertunt. Levi quoque culpa commissum homicidium non esse extra irregularitatem, patet ex *c. Comis abater 8. h. t.* in quo culpa vel negligentia non potest esse nisi levis, quæ non remouet voluntarium. Levissimam culpam si sit in omitendo, aliqui sufficere volunt ad excusandum ab irregularitate, juxta *c. Quasitum inf. De pœnit. in commitendo vero non excusare. Abbas ad c. Quasitum nu. 3. Covarr. ad Clem. un. h. t. p. 2. §. 4. nu. 9. Gl. 1. ad c. Significasti 16. h. t. allegans d. c. 8. h. t. in quo non agitur de culpa levissima, sed de levi. Alii adducunt textum in *d. c. 7. & 6. Ad audientiam 12. h. t.* verum & in istis locis apparet non tam esse sermonem de levissima culpa, quam de levi. Ut cum nulli textus allegentur, qui eo in casu ponant irregularitatem, dicendum sit, eam non esse ponendam sine textu. Et facit pro hac sententia *c. Lator 9. h. t.* ubi Pont. declarat, non esse irregularem eam, ex cujus luctantis cura*

alio ad latus appendente cultello alter est occisus, cum isto in casu luctans & non deponens cultellum non sit extra culpam. Vid. Suarez *d. sect. 5. nu. 5. & 6.*

Quantum ad homicidium ex opere illicito casualiter subsecutum, plures quidem sunt, qui quantumque adhibita sit diligentia ad vitandum homicidii periculum, velint nihilominus poni irregularitatem ex eo subsecuto, quasi opus malum causeret voluntarium. Verum textum non adducunt, sed per argumentum à contrario sensu desumpto ex *d. c. Dilectus 13. c. Ex litteris 14. & duob. seqq. c. Ioannes 25. & fin. h. t.* id colligunt, quæ habeant, quod dans operam rei licitæ, cum sufficienti cautione evitandi homicidii, non sit irregularis, si illud casu sequatur; ut si opus fuerit illicitum, velint esse irregulare. Adferunt autem hoc argumentum esse firmum in Jure, quando contrarium non est jure expressum, Navarr. *c. 27. nu. 221.* At vero contrarium in Jure satis apparet expressum, ex eo, quod non incurtatur irregularitas nisi in casibus jure expressis; quod autem elicitur per argumentum à contrario sensu, non potest dici jure expressum. Deinde argumentum istud non procedit in casibus pœnalis & odiosis, cum pœna sine lege non inferatur, & materia hæc sit pœnalis. Adfert & Navarr. *d. loco textus*, qui generaliter dicunt, eum qui deformat, esse irregularem. Verum isti præsupponunt voluntarium: saltem in causa; hoc autem in casu est omnino involuntarium, cum nec sit volitum in se ac directe, uti supponitur, neque in causa & indirecte, quia diligentia adhibita sufficienti, consecutio illius effectus ignoratur quasi invincibiliter; ignorantia autem invincibilis tollit voluntarium. Excipe tamen casus jure expressos; qui censentur sufficienter expressi, quando actus specialiter prohibitus est, propter periculum homicidii, non etiam alia de causa ad homicidium non spectante; ut dictum supra de venatione prohibita Clericis, & inde secuta cæde per accidens, quia ponit voluntarium, ratione causæ non amoræ. Sic in *c. fin. eod. in 6.* mandans injustæ parti, adhibita omni diligentia, ne percussio sit mortalis, si mandatarius excedat & occidat, erit nihilominus irregularis mandans, quia jus non admittit sufficientem dili-

diligentiam eo in casu, uti dictum sup. eod. nu. 15. Sic & in c. Sicut 20. h. 2. irregularis declaratur presbiter, qui dedit occasionem abortui, rapiendo mulierem gravidam per zonam, quod licet iste cum tal: sit illicitus & noxius, atque ita propter periculum prohibitus. Vide late de hac quaestione Suarez d. Disp. 45. sect. 6.

70 Hinc patet, quid dicendum in quaestione, an Monachus chirurgiam, cujus erat peritus, exercere, si ex incisione moriatur aeger, sit irregularis? R. Ita responsum esse in c. Tua nos 19. h. 1. ex eo solo, quod actus iste sit prohibitus, non ratione iustitiae, quia non est malus, sed ratione religionis, juncto periculo mortis, cui se exponere non decet personas Ecclesiasticas. Nec est de hac sententia dubitandum, propter expressa verba d. c. 19. quae habent, misericorditer cum tali agi posse, ut divina peragat, non diceretur autem misericorditer agi, nisi remoto impedimento per dispensationem: ut non sint audiendi, qui contrarium volunt. Pro quibus non facit, quod homicidium tale non sit rei pta voluntarium; satis enim est, quod tale sit legis interpretatione, cujus supposita prohibitione, propter solum periculum, non obstante quovisque diligentia, culpa contravenientis indit. Et revocatur ad homicidium quodammodo voluntarium in sua causa. Et ita obtinet in Clericis, non etiam in laicis, quia illis prohibitum est chirurgiam exercere, non etiam his, per c. Sententiam sup. Ne Clerici vel Monachi aut h: ex causa prohibitionis irregularitatem non incurant, nec etiam ex causa subsecutae mortis, nisi culpa proberetur. Non omnibus autem Clericis est prohibitum, sed tantum Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, de quibus solis d. cap. Sententiam loquitur. Ut in inferioribus ordinibus existentes non contrahant hanc irregularitatem, nec ex causa prohibitionis, quia non prohibitum tis huiusmodi exercitium; nec ex causa secutae mortis, quia per accidens tantum secuta. Suarez d. sect. 6. num. 2.

71 Alia hic quaestio est, An adulter, qui suo adulterio dedit causam mortis adulterae per maritum illatae, sit irregularis? R. Ita dicendum videri, secundum eos, qui volunt dantem operam rei illicitae lege iustitiae, si ex ea

sequatur mors, esse irregularem, maxime in casu, quo adulter moraliter est causa homicidii, cum soleant mariti dolore commoti uxores in adulterio deprehensas occidere. Ita tenet indistincte Navar. d. cap. 2. nu. 139. ad eam opinionem approbatam fuisse a Pio 6. Pont. Quae procedet omnimodo, si adulterum mere & incaute accesserit ad uxorem suam, non si debitam & omnimodam adhibuerit diligentiam praecavendam mortis, non est tunc irregularitas ponatur ex adulterio subsecutae per maritum, cui per accidens subsecutum innotuit, cum non tam a dultero innotuit, te sit imputanda, quam potius casu videtur. Suarez Disp. 45. sect. 6. num. 7.

Quari etiam posset, An propter malitiam à Titio commissam, si Maritus ex causa fallo habitus supplicio adficiatur, Titius sit irregularis? R. Mortem hanc Maritus occidit quidem ex actu Titii, sed remotam, & per accidens, per se autem de dultero malitia vel errore accusatoris, aut reditus ad iudicis: ut non sit ratio, quare Titius ponatur caedes per notam irregularitatis, malitia aut consilio ad supplicium Mariti commisit, aut factum tale, ejusve sit conditio, & ex eo sequatur ut plurimum caedes. Ad hoc ne quidem habens eam intentionem, ut illius tamquam reus habitus supplicio adficiatur, malefaciens fiat irregularis, committentio interna, quia non committit, non faciat. Vid. Navar. de Restitut. lib. 2. cap. num. 79.

Itaque, adhibita diligentia debita, licito opere five ex illicito, subsecuta tamquam per accidens non facit reum irregularem; nam illa omnia videntur in reo voluntum homicidium. Unde parentes, quorum incuria infans in eodem lecto cubans suffocatur, sunt irregulares, quasi videtur ex omnia diligentia volito homicidio, d. cap. Quaesitum sup. De poenit. Sic & irregularis est disciplinae causa, incaute discipulum percussiens in capite, unde moritur, d. c. Periculum 7. hoc tit.

Furiosus deformans, cum sit extra culpam propter defectum consensus, erit etiam irregularis, d. Clem. un. h. 1. ut tale habitus sit casui imputandum, quatenus dicitur de

rote cædes contigit, non etiam in dilucido intervallo. Quod & dicendum de infante, qui iudicio caret, ut culpa desit, qua requiritur in homicidio privato; quamvis in homicidio publica auctoritate commissio sufficiat, sola voluntas fuerat in ipsam cædem, licet iuste inflicta, Covarr. ad d. Clem. un. p. 3. in princ. nu. 5. Et hoc, si iudicio careat; nam si fuerit dolica pax, cum culpam committere possit, & ex ea puniri, qua de re inf. Tit. 23. De Delictis puer. contrahet etiam irregularitatem, ex defectu lenitatis. Covarr. d. loco Navarr. de Restit. lib. 2. c. 1. nu. 62.

74 Quid de ebrio dicendum? R. Cardin. in d. Clem. un. negare eum esse immuam ab irregularitate, tum quod, si Pont. intendisset eum esse immuam, id ibidem expressisset, sicut de furioso expressit; tum quod ebrius delinquens dicitur non omnino à culpa alienus, can. Inebriaverunt, can. Sane XV. q. 1. Contra tamen dicendum, eo quod irregularitas voluntatem aliquam præsupponat, quæ nulla in ebrio. Non obstat, quod hic casus sit omnis in d. Clem. un. cum illa non male admittat extensionem ad casus similes, ex rationis identitate, & non tam pertineat ad correctionem juris veteris, quam ad interpretationem, quæ locum habet in aliis casibus, quibus subest eadem ratio, quæque hic est defectus sensus, qui ut impedit poni causam, scilicet defectum lenitatis, ita & effectum ejus irregularitatem. Quod non tantum procedit in casu, quo quis sine sua culpa est inebriatus, ut qui ignoravit vim portus, verum & qui sua culpa est inebriatus; nam nihilominus actus deformationis sit in statu, quo est extra iudicium. Nec facit, quod modo illicito sit caullatus, quia non est per se & proximè ebrietas ordinata ad homicidium, nec in se nec in causa voluntum, licet concurat tamquam causâ remota non sufficiens ad irregularitatem. Quo facit, quod in d. can. Inebriaverunt Loth culpetur ratione ebrietatis, non etiam incestus; & in d. can. Sane ebrius dicatur per ignorantiam committere, atque ita venia dignus apud sapientes iudices. Prævidens tamen formaliter vel interpretativè homicidium securum ex ebrietate, eo secuto erit irregularis. Exemplum est in eo, qui scit se ebrium ad pugnas pronum, arma sumere, lapides projicere, alios etiam occidere consue-

tum, si non adhibeat debitam diligentiam, eum homicidium subsecutum videatur in causa voluntum. Covarr. d. p. 3. in pr. nu. 4. §. Possit. Quod multo magis dicendum in eo, qui eo sine se inebriavit, ut liberior occideret. Vid. Avila p. 7. Diff. 6. sect. 1. Dub. 15. & dicta ad D. eod. nu. 59.

75 Quid sentiendum de dormiente? R. Et huic, quia sensuum suorum non habeat exercitum, extra culpam esse occidendo, juxta d. Clem. unic. ejusque rationem. Nisi in causa sit pravisum; veluti quando homo prævidet, vel prævidere debet, quod dormiens soleat surgere, vagari, arma accipere, percutere & non adhibet diligentiam ad ea præcavenda, arma scilicet removendo, vel includendo se in cubiculo obserato, vel alias arbitrio boni viri providendo; tunc enim erit in causa voluntum & causabit irregularitatem, ut tradit Covarr. d. loco nu. 6. Quo modo & talem puniri posse corporaliter tenet Gomez 3. Var. c. 1. num. 74. secutus Bart. in l. Peto D. Ad L. Pomp. de parricid. Quod si sufficienter præcaverit, homicidium subsecutum nec in se nec in causa potest dici voluntum. Vid. Avila d. loco Dub. 14.

De mutilatione.

76 Dicta de contracta irregularitate ex homicidio, obtinent & in mutilatione, c. In Archiepiscopatu inf. de raptorib. c. Clem. un. ubi Gl. b. r. Ratio est posita in defectu lenitatis, qui ex ea oritur; qua ratione passim conjungitur cum homicidio, uti in dictis locis, & c. i. inf. De Cler. percuss. Gl. in d. Clem. un. V. mutilat. quæ testatur eam equiparari homicidio, quod irregularitatem, sive per se directe, sive indirectè eam causaverit, sive per alium, mandando, consulendo, alterve causando, secundum dicta de homicidio. Scipsum quis mutilat, an alium non interest, cum mutilatio sui specialem contineat atrocitatem. Nec excusabit, quod licite fiat, nisi eo modo fiat, quo homicidium est extra irregularitatem. Non sufficit autem quavis mutilatio, sed debet esse alicujus membri.

77 Ubi quaeritur, Quid nomine membri veniat? R. Aliquos velle, etiam illam partem hanc in

in materia membri nomine venire, quæ habet officium junctum cum aliis, ejus ordinis est dignius: probabiliorem tamen esse opinionem, proprie illam partem corporis dici membrum, quæ habet distinctum officium ab aliis partibus, & est integrum instrumentum proximum ad aliquam actionem, uti manus, pes, oculus, nasus, ad palpandum, eundem, videndum, & similia, Abbas in *c. Cum illorum* 32. nu. 8. inf. *De sens. excom. Navar. d. c. 27. nu. 206. Et alii citati à Suarez de Censuris Disp. 44. sect. 2. nu. 6. vers. Disputant autem.*

78 Hinc digitum præscindens non est irregularis, quod membrum non absciderit, secundum Covarr. d. p. 3. in princ. nu. 8. vers. Quartò; etiam si fuerit pollex aut index. Quamvis aliqui contra sentiant, qui putant non esse necesse ad irregularitatem ponendam mutilatio sit membri habentis actum per se, sed sufficere, ut habeat aliquam specialem cooperationem ad officium membri principalis, quasi ejus mutilatio faciat mutilari & diminui membrum principale. Ita Suarez d. sect. 2. nu. 8. Abscissio mammillæ muliebris recte dicitur ponere mutilationem sufficientem ad irregularitatem, cum sit membrum habens specialem aliquam actionem, utpote organum lactis, ad exemplum organi feminis in vivo. Aliud est in mammillis viri, quia non continent aliquam actionem. Suarez d. loco nu. 9. in fine.

80 Sic & abscissionem auriculæ sive cartilagineis, quæ circa aurem est, cum spectet potius ad ornatum & tutelam membri, quam sit membrum, negant inducere irregularitatem. Covarr. d. loco nu. 8. vers. Primum. Navarr. tamen d. c. 27. nu. 223. contra vult. & probabilius, ex eo, quod ista mutilatio multum præster ad organum auditus, inducens gravem deformitatem & demotionem corporis humani.

81 Q. An copiosa sanguinis effusio idem operetur? R. Negative, cum ea non sit mutilatio, in rigore & proprietate verbi, quæ maxime in poenis est tenenda. Abbas in *c. 1. nu. 8. sup. Qui Clerici vel vorvenses &c.* Navarr. d. loco. Quod & dicendum de parte aliqua carnis, vel alterius membri abscissa, cum nec ea res ponat mutilationem.

82 Verum de eo dubitatur, qui membrum at-

stinguendum esse, an membrum sit aridum, id est mortuum, an vero debilitatum, sive inutile ad suum munus exercendum. Priori casu non videtur per truncationem poni irregularitatem, propterea quod membrum aridum sit quasi non membrum, cum defuerit anima hominis informanti, contra quod mutilans aut truncatus cadere non potest dici irregularis, quæ enim mutilatio non incutit irregularitatem, secundum illud *c. 27. nu. 219.* Posteriori vero non videtur irregularitatem; nam licet membrum sit aridum & inutile ad suum munus, est tamen vivum, ut mutilans verè mutilaret membrum. Non obstante, quod sit debilitatum membrum aut impeditum ab officio sui muneris, quia hoc non facit quo irregularitas sit gravis Navar. d. c. 27. nu. 219. d. sect. 2. nu. 11.

Postremo quaeritur de debilitate membrum citra mutilationem? R. Abstergeretur esse varium, quia in *d. c. 1. sup. Qui Clerici vorvenses.* negat esse irregularitatem, & eadem in *c. Cum illorum De sent. excom. nu. 7.* confirmat, eo argumento, quod parum debilitatum esse, & inutile esse. Dicendum tamen, esse irregularitatem, cum proprie loquendo versafuit, debilitate, & mutilatione denotat abscissionem, non etiam illam, quæ debet pœna proposita mutilanti impeditur, cum pœnalia stricte interpretantur, & irregularitas sine lege non intelligitur, facit, quod membrum etiam inutile sit ad suum munus, quamvis sine sanguine sit, & ad usum quoad operationem, *can. Si quis superfluum* nam valet quoad decorem. Non debet tamen argumentum in contrarium, paria esse, & sic se & inutile esse; nam hoc verum quoad operationem, non etiam quoad irregularitatem Navar. d. c. 27. nu. 206. Covarr. d. p. 3. nu. 9. Suarez d. sect. 2. nu. 5. Avila p. 7. *Dub. 1. Dub. 2.* Et hoc omnino procedit, quæ membrum debilitatum anima induratum manet; nam si plane arefcat, ut nulla sit actio, potest dici irregularis debilitate, & talis videatur substantialiter mutilare, & reliquat corpus uno membro principaliter privatum. Ut eo casu procedat regularitas, non esse aut inutile esse; & talis casus

accipi Abbas ubi sup. dum ponit irregularem debilitantem. Ubi nihil faciet, quod taliter debilitans faciat alterum irregularem; cum nō semper alium reddens irregularem ipse fiat irregularis, sed tantum in calu, quo deformat per cædem aut mutilationem: uti & è diverso contingere potest, esse irregularem mutilantem, non mutilarum, ut in eo, qui per injuriam aliquem invitum incidit vel eunuchum fecit. Suarez d. sect. 2. nu. 10. c. 11.

De Eff:tu deformationis & Dispensatione.

84 **H**æc de irregularitate ex deformatione, Cujus effectus est, impedire promotionem ad Ordines suscipiendos, & susceptorum executionem Nisi dispensetur, & quidem per Rom. Pont. saltem quoad homicidium voluntarium; qui quod difficulter super eo dispenset, indispensabilis dicitur ejusmodi irregularitas in eam. *Miror Dist. 70. Suarez Disp. 44. sect. 4. in fine.* Quod & procedet in homicidio occulto, uti patet ex decreto Trid. *Sess. 24. c. 6. De reform.* quod dicitur Episcopus licentiam dispensandi super omnibus irregularitatibus, provenientibus ex delicto occulto; excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum: quem Conc. locum expendit Suarez *Disp. 41. sect. 2. nu. 6.*

85 Unde patet, quid dicendum de homicidio casuali occulto: nam si nulla sit culpa concomitans, sed homicidium omnino mere casuale, nulla opus erit dispensatione, cum nullus ponatur defectus lenitatis, atque ita nec ulla irregularitas. Quod & dicendum de homicidio commisso in necessarium sui defensionem servato moderamine inculpatæ tutelæ.

Quod si casum comiteretur indirecta voluntas, aut excessus sit moderaminis, dubitatur, An Episcopus loci possit dispensare, propter *cap. 17. Sess. 4. De reform.* quod habet, super homicidio casuali, & commisso in sui defensionem, dispensationem committendam esse loci Ordinario, aut ex causa Metropolitana, vicinove Episcopo: quo cap. non significatur commissio facta, sed faciendâ per Pont. Dicendum tamen, posse Episcopum dispensare, cum Trid. *d. c. 6.* tantum excipiat homicidium vo-

luntarium, illicitum scilicet in se volitum, cujus ordinis non sunt species, de quibus tractamus. Non obstat *d. cap. 7.* quia loquitur de homicidio casuali, aut necessario publico, non etiam de occulto, uti propositum: ut, cum tantum excipiatur voluntarium occultum, sit permessa dispensatio super dictis speciebus, cum exceptio firmet regulam in non exceptis. Navarr. *d. cap. 27. num. 239.* ubi tradit, non licuisse Episcopis ante prædictum. Conc. dispensare super homicidio, sive publico sive occulto Et hoc quoad majores Ordines, & beneficia majora; nam quoad minores Ordines, & simplicia beneficia, Episcopo fuisse licentiam dispensandi tradit Covarr. *ad d. Clem. un. p. 2. §. 3. num. 5. c. 6.* quod videtur non licere post Trid. *d. cap. 7.* in verbis, *omni ordine ac beneficio caveat.*

86 Rursus dubitatur. An irregularitas proveniens ex homicidio justo; auctoritate scilicet Magistratus commisso, sit reservata Papæ: R. Velle Covarr. *d. §. 3. in fine.* posse super hac specie dispensari per eos, quibus est licentia dispensandi super casuali quod hujusmodi homicidium debeat censeri casuale, ex eo, quod nullam culpam habeat, imo potius meritum, ut non inducat tantam deformitatem. Cujus opinio redditur dubia, ex eo, quod homicidium tale, licet justum, sit tamen voluntarium & directe volitum, ut non possit dici comprehensum sub casuali, quod non est directe volitum. Deinde non permittitur alias Episcopis dispensatio; quam super irregularitate ex delicto occulto, Isto in casu non ponitur ulla delictum. Navarr. *c. 27. nu. 164. in fine.* Avila *p. 7. Disp. 6. sect. 5. Gutierrez Can. quest. 2. c. 6. n. 170.* Idem dicendum de homicidio commisso in bello justo de aggressivo, nam & hoc ponit voluntarium.

87 Aliud dubium est, An dispensatio sit reservata Pontifici super mutilatione voluntaria? R. Negativam videri benigniorem, & proinde amplectendam, propterea quod Conc. non exceperit expresse irregularitatem ex mutilatione, quæ minor est homicidio voluntario, ut non possit ejus exceptio comprehendere mutilationem. Deinde ista reservatio est odiosa quoad Episcopos, atque ita strictè intelligenda. Nec obstat, quod hac in materia homicidium & mutilatio comparentur, Z z z Gl. in

Gl. in d. Clem. un. h. s. nam verum hoc quoad inducendam irregularitatem, non etiam quoad eius gravitatem, cuius nomine facilius quoque est dispensatio. Et ita censuit Congregatio Cardd. apud Suarez *Disp. 44. sect. 2. nu. 4.* & Aloyf. Ricc. in *Praxi fori Eccles. Decif. 520.*

28 Episcopi autem nomine, secundum *d. c. 6.* venit hic Episcopus non tantum consecratus, sed & qui habet Episcopatum & jurisdictionem propriam ac subditos, cum potestas, de qua actum, concedatur tantum Episcopis quoad suos subditos, non etiam quoad quoscumque fideles. Ut inferiores Praelati, etiam ordinariam & quasi Episcopalem habentes jurisdictionem non veniant, licet alias in similibus nomine Episcopi venire soleant: quomodo resolvisse dicitur Congregatio Cardd. tantum hac in materia venire Episcopos privative seu exclusive, quoad inferiores omnes; ex ratione, quod haec concessio ex ea parte, qua derogat juri communitatis, sit odiosa, & ideo limitanda ad proprietatem verbi Episcopus. Ita Suarez *Disp. 41. sect. 2. nu. 7.*

Quaeritur autem, An possit Episcopus 29 hac dispensandi licentiam delegare alteri, vires suas illi committendo? R. Non esse causam, ob quam haec facultas sit dicenda limitata ad solos Episcopos, cum Conc. eam non concedat Episcopis tanquam delegatis Sedis Apostolicae, sed simpliciter ut vi illius decreti videatur adnexa muneris Episcopali, quasi jure ordinario, quod est delegabile. Nec obstat, quod in fine *d. c. 6.* tantum possit absolutio fieri per Episcopos ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum; nam ista restrictio pertinet ad absolutionem tantum a reservatis, non ad dispensationem, ut distinctio in uno separato posita non debeat trahi ad aliud separatum: & sic usus obtinet, optimus interpret legum. Suarez *d. l. loco n. 8.* Gutierrez *can. quaest. lib. 3. de Matrim. c. 49. nu. 21.*

Item, An Capitulum Sede vacante utatur 30 hac potestate? R. Dubitandi causam ex eo sumi, quod Capitulum succedat in jurisdictione Episcopali. Verum hoc obtinet in iis, quae jure ordinario Episcopo competunt, non etiam quae extraordinario & speciali jure conceduntur, ut est haec dispensandi super irregularitatibus facultas, nisi vel ipsum jus vel consuetudo sufficiens istam licentiam ita de-

clarasset Suarez ubi *sup. nu. 13.* Gail. de *Benef. s. c. 7. nu. 41.* & *c. 11. nu. 21.*

Facit itaque homicidium aut mutilationem habilem ad Ordines & beneficia adque obtentis tamen non privat ipso jure, nisi nullus detur textus, sine quo non habetur privatio aut pena, & plerique jura loquuntur privatione per sententiam inducenda. *Covarr. sup. No Cler. vel Monachi, Felin. in c. dispensationis num. 3. sup. De accusat. Nec fecit Tit. d. c. 6.* quia nihil super obtentis dispensatur, tantum agit de adquirendis, ut quod dicitur legendum sit, secundum jura antiqua *Covarr. §. 3. num. 6.* Gutierrez *2. Canon. §. 1. nu. 1.*

Unde homicidiae ante sententiam factae erit resignare beneficium, *Gloss. in c. de pond. nihil innov. in 6.* cum haec resignatio resignans non tamen de facto sit potius beataeque jure suum integrum circa vendendum quod proinde alteri recte credit, quia de jure *Covarr. d. loco nu. 7.* Gomez *in leg. annali poss. q. 42.* Gutierrez *d. c. 1. nu. 21.*

Dicta patiuntur exceptionem quoad eos qui mandant per assassinos interficere Christianos, quales etiam non secuto effectu beneficii & officiis privantur, sicut & in excommunicationem, *cap. 1. hoc tit. no. 1.* ita obtinet in mandantibus Christianos interficere per assassinos, non etiam per alios Christianos, cum *d. cap. 1.* tantum loquatur de assassinae potestatis non sint extendenda, per se cum sub sit ratio gravioris potestatis, scilicet, quod enorme sit & triste, per se non infideles & Christiano nominati interficere

Beneficii itaque privatio non inducitur de jure per homicidium. Collatio tamen non est reo facienda, jure veteri *Tit. c. 7. sess. 14.* Facta vero non videtur irrita, cum tantum ibi fieri prohibeatur, non autem prohibeantur, quae facta non Quibus obstat, quod factum contra legem prohibitionem sit irritum ipso jure, *l. Non aliter C. De legib.* Verum tamen dispensatio non facit collationem validam; Episcopi autem profutura videtur in beneficiis, si saltem in casu *c. 2. inf. De Cler. pugnando duello, ne alias mendicare cogatur in opprobrium Cleri.*

TITULUS XIII.

De Torneamentis.

SUMMARIUM.

1. Torneamenta cur prohibita.
2. Prohibitio ista quando cesset.

UT occasiones, unde cædes enascuntur, evitentur, prohibitus est ab Ecclesia torneamentorum usus, in nundinis & feriis in virium ostentationem exhiberi solitus, c. 1. h. t. Quod de his Torneamentis accipiendum, in quibus ut plurimum est mortis periculum, per d. c. 1. Quæ prohibitio ut effectum consequatur, vetant Canones in dictis torneamentis interfectos recipi Ecclesiastica sepultura, etiam defunctos peracta poenitentia; quatenus tamen pugnandi causa eo venerunt, non etiam si fortuito eo venientes occisi sint, c. 2. h. t.

Prohibitionem hanc cessare vult Navarr. in Summa c. 5. nu. 9. quando adhibetur moderamen & cautela, quæ cædes & similia pericula evitentur, secundum 1. Extrav. 1. h. t. Quo modo & taurorum agitationes per se periculosas in Hispania usitatas permitti posse dicit, si sufficienter caveatur, ne cædes committatur, quæ de re Vid. Azor. p. 3, lib. 2. c. 15, Gutierrez Canon. Quest. lib. 1. c. 7.

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in duello.

SUMMARIUM.

1. Duella olim cur usitata.
2. Cur detestanda.
3. Poena duellantium jure Canonico.
4. Poena depositionis an ipso jure infligatur.
5. Duellorum prohibitio & poena ex Concilio Trid.
6. Duellum bono publico an licite suscipiatur?
7. Inter milites an licitum?

Requentiam cædium præbet Duellum, id est singulare certamen, olim usitatum,

tum in virium ostentationem, tum in controversiarum decisionem, præcipue pro conservatione honoris, ut videre est ex variis. Apud Christianos etiam in usu fuit in litium diremptionem certis casibus & legibus, ad veritatis alicujus indaginem; hac conditione, ut victor probasse videretur, quod adferuisset, victus vero de crimine vel calumnia convictus haberetur.

Abhorret tamen ab institutis Christianis, tamquam repugnans juri divino & naturali, ratione homicidii, quod ex eo frequentissimè sequitur; & quod tentetur Deus, quasi per hujusmodi duella alligetur manifestare veritatem: quibus sicut nihil crudelius, ita nihil stultius potuit excogitari in Christiano pectore, quod decet omnem mansuetudinem. Ut quisvis bonus imbutus moribus honestis ea merito detestetur, uti temeraria & fallacia, pervertentia ordinem judiciorum, violentia justitiam; cum plurimi, quorum causa jure & veritate optima fuit, stolidissimi deorum Martis arbitrio pugnantibus occubuerint, & ejusmodi infamis aleæ jactu vitam non tantum sæculi hujus transitorii, sed & venturi perpetuo amiserint. Uti & nequaquam semper in bello victoriam consequitur justa causa, quin non raro divina sententia, & occulto Dei judicio declinet interdum ad eum, qui pessimam causam fovet, secundum illud communè dictum.

Vidrix causa diu placuit sed victa Catoni.

Sunt hæc de re exempla plurima, tum in aliis libris passim, tum in divina Scriptura, Judic. c. 20.

Rectè proinde ejus usus prohibetur, c. 2. h. t. & can. Monomachiam II. q. 5. non tantum poena irregularitatis, quam incurrit reus pugnant per se vel per alium, si mors subsequatur, licet beneficii usus relinqui possit misericorditer, ne cogatur Clericus mendicare in opprobrium Cleri d. e. 2. verum & depositionis, ut patet c. 1. h. t.

Ubi quaeritur, An hæc poena ipso jure infligatur in casu provocationis aut acceptationis duelli? R. Hoc plerisque velle, fundatos in d. c. 1. Cujus tamen verba non tam sonant sententiam latam, quam ferendam, cum dicat

Z z z 2

dep.

deponendum esse, non etiam esse depositum. Navar. in *Summa* c. 27. nu. 156. Et ut ipso jure possit dici infirmitas ista, non tamen est proprie pœna depositionis, sed potius suspensionis, cum super vera depositione non dispenset Episcopus, cui tamen dispensatio eo casu, non subsecuta deformatione, est permessa, cum Pont. ipse raro in tali casu dispenset. Hoc ita de jure veteri.

Hodie ex decreto Conc. Trid. Sess. 25. c. 19. *De reform.* propter frequentes cædes detestabilis est indicatus duellorum usus, & generaliter non tantum Clericis, verum etiam laicis inhibitus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, non tantum per ipsos pugnantes, etiam si nemo occidatur, verum & per consiliarios, quovis modo suadentes, spectantes, nisi forte ex occulto spectent, cum sint quasi non præsentibus & non concurrentibus; aut dantes auctoritatem sua præsentia duello, quod alias à partibus sine arbitrio existentibus non committeretur. Item per Principes aliosque Dominos temporales, qui locum ad ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint: qui præterea jurisdictione & dominio loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, si cum ab Ecclesia obtineant, privantur; si feudalis sit, directo domino statim adquiritur. Denique pugnantes, eorumque patrini, uti vocantur, bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiae pœnam incurrunr; qui ut homicidæ juxta sacros Canones puniri, & si in ipso conspectu decesserint, Ecclesiastica carere sepultura jubentur.

Exceptionem autem dicta patiuntur in pugna suscepta ratione justæ defensionis contra injustum invadentem, quæ de re actum sap. Tit. 12. * Bono etiam publico hoc genus pugnae sub viotes videntur esse extra culpam, uti cum hoste publico, ad evitandas belli calamitates; tunc enim non est tentato Deum, quod lex divina vetat: nec hostem tollere est homicidii reatum lege veterum committere, sed officio boni militis fungi. Quo modo certamen Davidis cum Philistæo approbatum à Deo & auctoritate Martini V. Pont. Carolus Andegavensis & Petrus Tarracoenensis controversiam super Regno Siciliae hoc modo sopire decreverunt, quamvis ea res non carcat

temeritate, cum summa rerum unius atque alterius periculo committatur. Navar. c. 11. n. 9. c. 15. n. 9. * Ubi putat in militibus potest posse duella cum hoste provocante suscipere accedente auctoritate supremi Principis, non tam vanæ gloriæ causa, quam ad commendandum principali victoriæ belli ac repugnanti exercitus, quam non parum promovet. Tit. 15. nu. 27. Valq. *Conir.* c. 49. nu. 17. *Instit. Moral.* p. 3. lib. 2. c. 5. q. 4. Quæque contigit nuper in Belgio anno 1600. prope Silvam Ducis, ubi viginti milites Coburgenses donquæ provocati totidem Galliarum servientibus, feliciter pugnaverunt, superad unum omnes profligant, à suis tantum que desideratis.

TITULUS XV.

De Sagittariis.

Balistarum usus in saxis & sagittis sicut olim frequens fuit in bello, quocirca hodie alia tormenta supplet plura inferentia. Horum usum, cum parum committitur Christianis moribus, prohibet Innocentius Pont. sub pœna excommunicationis, cap. 11.

TITULUS XVI.

De Adulteriis & Stupro.

SUMMARIUM.

1. Adulterium à quo est cum quibus committitur.
2. An cum sponsa aliena?
3. Accusare de adulterio quibus licet, & quod tempus.
4. Adulterium penis peccatum mortale.
5. Pœna adulterii.
6. An fuerit aliquando pœna capitalis?
7. Patri filiam in adulterio deprehenfam marito uxorem an occidere licet?
8. Adulter occultus an debitum exigere possit altero adulterii ignaro?
9. Quæ causa à penis adulterii excusatur?
10. Hæres mariti an rectè accuset uxorem pro effectu lucrands dotem?

- 21. Abolitio facit quoque cessare poenam.
- 22. Maritus dotem amittit, uxorem in adulterio inventam occidens.
- 23. Necessitas extrema an excuset.
- 24. Stuprum quid, quotuplex, ejusque poena.
- 25. Seducam stuprans ad quid teneatur.
- 26. Quid si sub promissione conjugii?

Post injuriam circa corpus per laesionem datum gravissimam continet Adulterium, cum rem inter homines sacratissimam violat; est enim violatio thori alieni.

Iure civili tantum committitur cum conjugata, sive à soluto sive à conjugato, non etiam cum soluta: unde *l. Fugitivus 25. D. de P. S. adulterium vocat alienae matrisfam. corruptionem. Ratio est in feminis confusione, & prolis incertitudine; quo modo major eo iure in feminis desideratur castitas: quam in viris, canones in utroque conjugum aequalem castitatem desiderant, & utrumque ad fidei, quam mutuo promittit, observationem obligant; ut tam vir adulterium committat, se alii miscendo, etiam soluta, quam mulier, *can. Nemo xxxii. q. 4.* turpius tamen est in muliere, ex dicta ratione.*

Quam committatur in sponsa aliena? R. Ita videri posse, per *l. Si uxor 13. §. sed et in ea D. Ad L. l. de adult. & per l. 7. Cod. eod.* Verius tamen & verbi significationi accommodatus quis in eam committi negaverit, eo quod sponsalia non tam ponant torum, quam spem tori, & jus non tam praesens, quam futurum; quod impediti possit per matrimonium cum alio contractum, & aliis quoque modis, de quibus *sup. De sponsalib.* pro qua parte recte adducitur textus in *l. 6. §. 1. D. h. tit.* ubi dicitur adulterium proprie cum nupta committi, propter partum ex altero conceptum composito nomine; quod & habet *l. Stuprum 34. in fine D. h. t. Covar. De sponsalib. p. 1. §. 1. num. 11.* Vide dicta ad *D. eod. nu. 1. & seqq.* Non est tamen negandum, gravius peccare cognoscentem alteri desponsatam, quam solutam, quia graviter laeditur jus alterius, per fidem mutuo datam illi quaesitum, ut necessario haec circumstantia sit aperienda in confessione, ut recte defendit Sarmient. *2. Select. in verp. c. 5. nu. 3.* licet contrarium velit Covar. *d. loco.* Nam quamvis non mutet speciem, notabiliter tamen peccatum aggravat, cum ultra

fornicationem contineat violationem datae fidei cui cooperatur scienter sponsae alienae se miscens. Nihil obstat *d. l. 53. §. sed et in ea & d. l. 7.* quia ea loca accipienda non de proprio adulterio, sed de injuria ei vicina, qua adficitur sponsus, violata spe tori, cuius ideo habet vindictam; non tam iure mariti, quia talis non est, nec sponsi, quia nihil juris separati habet, quam extranei, *d. l. 13. §. si minor;* quamvis de ea *Cujac. 3. Obser. c. 16.* dubitet, & contrarium sentiat. Verum aperte patet ex *l. Quamvis 30. C. h. t.* Non obstat, quod habet Gratianus post *can. Omne 30. xxvii. q. 2.* Si quis sponsam alterius opprefferit morte moriatur, *Deuter. 22.* quia loquitur de praesenti, ut patet ex *seqq. canonib.*

Accusatio adulterii utrique coniugi tribuitur. Et maritus quidem contra uxorem suspectam ante ceteros admittitur, *c. 4. h. t.* intra sexaginta dies, ex speciali iure mariti, *l. 6. Cod. Ad L. l. de adult.* etiam ante patrem, quoniam justior illius est ira, & propensior dolor, *l. 2. §. si simul D. eod.* Datur & patri tantum temporis, quod illi non currit interim, dum maritus agit *l. 4. D. d. tit.* postea etiam aliis accusare permittitur, olim intra quatuor menses utiles, *d. l. 4. §. 1.* Verum placuit Constantino accusationem istam restringere ad proximas necessariasque personas, scilicet post maritum ad patrem, fratrem, patruum, avunculum, quos verus dolor incitat; & hoc, ne temere liceat foedare connubia, *d. l. Quamvis 30. C. eod.* Accusationi praescripi sex menses, quorum duo competunt iure mariti, reliqui iure extranei, *d. l. 4.* idque post divortium; nam stante matrimonio non praescribitur huic accusationi nisi lapsu quinquenni, *l. Mariti 29. §. sex mensium cum seqq. D. h. t.* Teneatur etiam maritus accusare conjugem, non quidem criminaliter, sed civiliter, coram iudice Ecclesiastico, ad totam separationem, aut si notoria sit adultera eam à se remove, juxta *c. 3. h. t. & l. 2. C. eod.* ne connivendo aut dissimulando videatur consentire peccato uxoris; e jusque exercere lenocinium, *d. l. 2. can. 1. & can. Si quis uxorem xxxii. q. 1.* Si tam en eam purgatam poenitentia receperit, non peccat; quamvis non debeat saepe recipere, ne videatur fovere relabentem, *d. c. 3. h. t.* Nisi alia via

scandalum evitet, quia cum hoc divortium caussetur ex præcepto scandali evitandi, cessante ejus causa, cessabit & effectus. Quomodo adultera occulta promittens penitentiam recipitur impune, uti & emendata recipitur. Accusat & uxor maritum adulterii, provocando ad divortium; etiamsi non teneatur, nec cessans ullam poenam incurrat, cum non sit uxoris maritum corrigere, *can. fin. xxxi. q. 5. quem tamquam caput suum agnoscit.*

4 Adulterium extra dubium ponit peccatum mortale, gravius simplici fornicatione, cujus totam malitiam (quæ est inter personas quas nullum impedit vinculum) continet, & præterea viciat indissolubile vinculum, quo auctor naturæ Deus alterum alteri junxit. Quam malitiam non purgat consensus alterius conjugis; quamvis consentiens in alterius turpitudinem non habeat querelam super illata conjugis injuria, *c. Scienti De R. I. in 6.*

5 Ultra peccatum mortale sunt & aliæ propositæ poenæ. Prima est, quod auferat exactiorem debiti, concedat separationem tori ad libitum innocentis, *sup. De divort. qui tamen non impeditur impune cum emendato conjugis permanere.* Secunda, Dotis donationisque propter nuptias amissio, qua de re *sup. De donat. inter vir. & uxor.* Tertia, ExL, Julia olim erat relegatio & deportatio. * In quibusdam tamen capitaliter fuisse vindicatum, patet ex ijs, quæ tradit Cujac, 6. *Obs. 11. & 20. Obs. c. 18.* Postea capitalis omnino inducta poena, uti apparet ex *l. Transigere C. De transact.* ubi alias frustra à regula super capitalibus tradita exciperetur adulterium, cum exceptio sit à regula. Patet id ipsum ex *l. Castitati 9. & d. l. Quamvis C. h. t.* ubi capitalis poena etiam mulieri dicitur proposita Jure novissimo poena hæc in feminis fuit mitigata; quæ verberata in Monasterium detrudenda iussit, relicta viri licentia eas repetendi intra biennium, *Auth. Sed hodie C. h. t.* Ut eo decurtu liceat mulieri profiteri, nec sit amplius licentia marito eam revocandi, qui imputare sibi debet feram reconciliationem. Quod omnes accipiunt de prævia sententia criminali, nec corrigi per *c. Gaudemus 19. sup. De convers. conjug. At ibi Abbas nu. 7.* Jure Canonico fertur in persequentem sententia Excommunicationis, *c. pen. h. t.* Clericus reus dicitur suspenden-

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

culpa. III. Si probabiliter credens maritum
 mortuum uxorem alteri se junxerit; cesset enim & hoc
 casu culpa mulieris, ut cessat poena, *c. Cum per
 bellicum e. can. Si virgo XXXIV. q. 1. IV. Si decepta
 putaverit se à conjugè cognosci, cum ab alio
 cognosceretur, *cap. In lectum d. q. 1. V. Si causam
 dederit alter conjugi, veluti prostituendo uxorem;*
 cum volenti non fiat iniuria, & frustra quis
 astum puniat, cui causam dedit, *c. 9. sup. De eo
 qui cogit conjugem ux. VI. Si tempus sit lapsum ac-
 culationi praestitutum, de quo paulo ante. VII. Si
 maritus moriatur ante mortem accusationem.**

10 Ubi quaeritur, An liceat ejus hæredi ad-
 ulterii ream facere viduam quoad effectum lucran-
 di dotem? R. Verius esse, non licere, per *l. Rei ju-
 dicata 15. D. Solutio matrim.* ubi hæredi dene-
 gatur correctio morum uxoris post mortem
 mariti. Facit, quod jus accusandi uxorem ad-
 ulteram, & dotem lucrandi, concedatur mæ-
 rito, propter injuriam per adulterium accep-
 tam; *Quamvis 30. C. h. r. Quæ cum hæredem
 non tangat, non est, quod ei detur vindicta;*
 quia hæc non solet competere hæredi, nisi
 in casu dimissæ patrimonii ipsius defuncti, *l.
 Si eum 10. §. qui injuriam D. Si quis cautionib.
 e. Nihil facit ignorantia defuncti, quia ea non
 mutat juris dispositionem, quamvis in casu, quo
 scivit nec egit, præsumatur remissio, Vide dicta
 ad d. h. r. nu. 34.*

11 VII. Si abolitio intervenerit, *l. Abolitio 16. C.
 h. r. quæ hæc in re permilla personis in d. l. 30.
 aut si maritus destitit: citra abolitionem, d. l.
 16. Videtur enim remississe injuriam, aut potius
 ideo amplius non auditur, quia peccaverit in
 legem, quam prodidit, l. 2. §. 1. D. eod. Unde &
 notatur; sicuti & 15, qui dimissam reduxerit:
 propter fraudem, *l. Si quis 33. §. 1. D. eod.**

12 VIII. Si maritus inventam in adulterio oc-
 ciderit, dotem non lucratur, cum contra legem
 faciens, ob facinus suum non debeat eam lu-
 cifacere. Unde per hæredes uxoris à marito
 exigitur, *l. Si ab hostibus 10. §. 1. D. Solutio ma-
 trim.* Quod & dicendum, si criminaliter contra
 uxorem agens eam per sententiam Monasterio
 concludi fecerit: nam uxore intra biennium
 non repetita, vel marito, ante quam reductur,
 mortuo, in Monasterio manet; cuius omnis e-
 jus substantia adducitur. Nisi liberos habeat,
 quibus duæ partes reservantur; aut si tantum

parentes, quibus una pars attribuitur, *Auth. Sed
 hodie h. r. Juxta quem textum intelligendum,
 c. Gaudemus 19. sup. de convers. conjug. notat Ab-
 bas ibid. num. 7. Vid. Sanchez De matrim. lib.
 10. Disp. 10. nu. 8.*

Quæri hic possit, An excuset ab adulterii
 turpitudine extrema necessitas? Responden-
 dum. Id posse videri, argumento acceptionis
 rei, quam extrema excusat necessitas, ut dice-
 tur *inf. De furtis;* cui non minus subveniri per
 adulterium aut fornicationem, pretio inde
 quaesito, potest, quam per furtum: ut quemad-
 modum in furto non habet legem necessitas,
 ita nec in adulterio aut fornicatione habere de-
 beat, cum lege prohibitum necessitas faciat li-
 citum, *l. Qui potuerunt 27. D. de manumif. te-
 stam.* Verù contraria sententia est si rursus non
 ex eo, quod per furtum immediate subvenia-
 tur necessitati, non etiam per adulterium aut
 fornicationem; nam & per hæc vitia si non im-
 mediate, saltem mediate, quod satis est, succur-
 ri potest: sed quia furtum sit illicitum, si qui-
 dem injuriosum proximo. Potest autem illa
 injuria cessare expresso aut tacito consensu
 domini, qui hac in re censetur tacite consenti-
 re & conformare se legi, uti debet, quæ in casu
 extremæ inopia communia omnia facit, aut
 potius vult communicari. Adulterii vero vel
 fornicationis turpitudine & malitia in se talis est,
 ut nullo alio extrinsecus accedente possit pur-
 gari, ne quidem consensu mariti, aut etiam ip-
 sus uxoris, & neque in casu periculi vitæ, ut
 recte tradit Covarr. *ad Reg. Peccatum p. 2. §. 1. n.
 6.* Ut etiam liceat mulieri vim sibi inferentem
 impune occidere, & violentiæ cedens in nullo
 excusetur à peccato, quod voluntarie censetur
 admisisse; neque enim vis aut metus volunta-
 rium excludit. Hinc Lucretia licet metu mor-
 tis inducta adulterium admisisset, non ideo ex-
 tra noxam haberetur D. Augustino & alijs, nec
 purgavit turpitudinem admissam per mortem
 sua manu sibi illatam, quia ista via dolori qui-
 dem animi satis fecit, non etiam turpitudinem
 abluit. Vid. Per. à Navar. *de Restitut. lib. 2. c. 3.
 Dub. 7. nu. 104.*

Alteræ Rubr. pars est de Stupro, quod est
 illicita defloratio virginum aut viduarum
 honeste viventium, *l. Inter stuprum D. de V. S.*
 Aliud est non violentum, quando virgo in sui

13

14

violationem consentit, quod non continet speciem distinctam à fornicatione: aliud violentum, quod ponit injuriam supra fornicationem, consistentem in violentia. Plectitur hoc posterius pœna mortis, si fuerit perfectum; imperfectum deportatione, *l. 1. in fine D. de extr. ord. cognit.* Illius pœna est publicatio dimidiæ partis honorum in honestioribus, coëctio corporis cum relegatione in humilioribus, §. *Item lex Julia de adult. Infit. De publ. jud.*

15 Jure Canonico seductam stuprans damnum illatum reparare cogitur, aut ducendo aut dotando, ex sententia judicis, *c. 1. & 2. b. t.* Nisi dissentiat corruptæ pater; tunc enim dotasse sufficit Reus, si sententiæ parere noluerit, castigatus & excommunicatus quoad sacrorum perceptionem, in Monasterium ad pœnitentiam agendam detrudendus, *u. cap. 2.* Quæ pœna non ita passim est in usu, cum stuprator, si deductam à se non duxerit aut quia non est utriusque consensus, aut quia est inferioris conditionis, condemnatur ad dandum quid nomine damni, ex arbitrio judicis, at terna qualitate virginis. Quod & procedit in casu, quo virgo consentit in copulam, etiam si in foro conscientie ad nihil ei teneatur corruptor, cum volenti non possit dici damnum per injuriam illatum, *c. Scienti De R. l. in 6.* Soletque proles alenda dari corruptori, quatenus is corruptor probatur. Ubi receptum novum probandi genus, scilicet per juramentum prælitum à corrupta tempore patus, quo proles patrem certum designat, qui & talis habetur; ex ratione, quod tum temporis, quia de vita periclitantur parturientes, non censeantur immemores salutis æternæ, atque ita non temere jurare; nisi tamen probetur promiscue plures admisisse corrupta.

16 Qui autem sub promissione conjugii impetravit alicujus virginis usum corporis, tenetur eam ducere etiam ante sententiam; cum hæc promissio sit facta per modum contractus, qui cum ex parte puellæ sit impletus, implendus quoque ex parte corruptoris, etiam si ille animum habuerit decipiendi, & fide promiserit conjugium, ne dolus ejus ei proficiat. Qui non liberabitur offerendo damni estimationem invitæ, cum teneatur corrupta

juri quæsito ad matrimonium invita vel alio pro alio accipiendo in solutionem. Item conditionis imparitatem sciret, etiam aut fraudem non obteare ex alio copulante advertere potuerit, sufficit damnum pœna largitione pensari, cum impure dicitur beat sui deceptionem, secundum dicta sup. *4. Tit. 1. nu. 19. & 20.*

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum

SUMMARIUM.

1. Raptus quando committi dicitur.
2. Pœna raptus.
3. An habeant locum in sponsa raptam?
4. Pœna ci viles an cessent, subsecuta raptus, seu raptorem & raptam?
5. Raptus an judicandus, non sententia raptam raptam?
6. In meretrice raptam & muliere raptam rum pœna arbitraria locus est.
7. Clerici raptorem an suspensio sit?
8. Raptorem aliarum rerum à quo & quomodo puniendi.
9. Incendiarii & violatores Ecclesiarum communicati ipso jure?
10. An & incendiarii aliarum rerum?
11. Incendiariis violatoribusq; Ecclesiis tenus concedenda Ecclesiastica spolia?

Prima Rubricæ pars est de raptu virginum, tum aliarum rerum. Raptus virginum à stupro differt, & propriè committi, quando virgo libidinis causa vim adducitur, sive illatam abducat, sive parentibus. Jure Canonico pro raptu tenetur, quando aliqua volens abducatur, matrimonii causa, quod raptor dici nequit, si non habet mulieris assensum, *c. pen. b. t.* Item etiam raptus habetur, si mulier volens abducatur, *l. Raptorem 4. in fin. C. De Episc. & Cleric. in vitis parentibus, & libidinis causa, l. 1. vers. maxime & vers. oportet æternis C. De raptu virg. De quo tamen vide Sanchez. De matrim. l. 7. Disp. 13. n. 17. & dicta ad D. Tit. 1. nu. 19.*

publ. iud. n. 10. Imò & matrimonii causa, ut patet ex d. l. un. vers. oportet, ubi dicitur à parentibus petenda virgo in conjugium.

Pœnæ ibidem graves ponuntur, tum capitis, tum bonorum amissionis, quæ raptæ adduntur; tum etiam quod impune raptor in flagranti crimine inventus interficiatur, & in matrimonium cum raptore raptâ consentire non possit. Conc. Trid. excommunicationi raptorem, cum omnibus auxiliis, consiliis aut favorem præbentibus, subicit, perpetuo reddit infames, dignitatum incapaces, proprioq; gradu vult decidere Clericum. Vult & raptam mulierem dotari à raptore, si eam duxerit in matrimonium, si vero; quod demum permittit, si mulier tuto & libero loco posita, ut omnis metus cesset, in illum consentiret. Sess. 24. c. 6. de Reform. matrim. Non facit tamen subsecutum matrimonium cessare excommunicationem, & alias pœnas.

3 Q An raptor dicatur rapiens sponsam suam? R. Si ius civile inspicias, id adfirmandum propter expressa verba d. l. unica vers. Quibus etiam enumeramus eum qui saltem sponsam suam per vim rapere ausus fuerit, scilicet de futuro, uti verbum sponsa in iure civili passim accipitur. Et facit, quod in eam marito necdum sit ius, ut proinde eandem abducens rapere dicatur. Iure Canonico talem non esse raptorem colligitur ex d. c. pen. quod loquitur de sponsa non de presenti, ut læpe illo iure accipitur sponsa, sed de futuro, ut patet ex verbis, ubi nihil ante de nuptiis agitur. Ut saltem hoc iure rapiens sponsam propriam pœnas eas non subeat; si tamen puella abductioni consenserit, & sponsalia præcesserint, quas duas condiciones d. c. pen. requirit, & denique, secundum aliquos, matrimonium subsecutum sit. Quæ tertia conditio non videtur necessaria, cum licet ibi matrimonii fiat mentio, non tamen alia de causa, quam ut mulier revocetur à Monasterio, quod conjugè in consilio intraverat, contra prohibitionem juris. Vid. Sanchez d. disp. 13. n. 15. Est autem in eo correctum ius civile, quod inter raptorem & raptam, si liberè consentiat, sit iustum matrimonium, cum materia matrimonii, ejusque questio sit subiecta Canonibus.

4 Unde quaeritur, An pœnæ civiles cessent, raptâ nubente raptori? R. Id aliquos velle,

qui secuto matrimonio volunt temperandam esse pœnam civilem, quasi jus Canonicum eam mitigasset. Castren. ad d. l. Raptores 54. n. 5. C. de Episc. & Cler. Rectius tamen sentire eos, & iuri conformius, qui volunt nihilominus pœnæ legis civilis locum esse. Quæ revocata dici nequit per Canones hac in parte, cum nec concernat materiam peccati, nec iuri Canonico sit subiecta, sed crimen puniat, quod est bonis moribus respondens. Ut Jul. Clarus §. Raptus n. 7. & 8 rectè tradat, etiam pœnam confiscationis bonorum habere locum contra raptorem, & Regem Hispan. raptori post contractum cum raptâ matrimonium, per quod hujus honori erat satisfactum, etiam capitis pœnam imposuisse, ut publicè quoque satisficeret, quod refert P. guera, decis. 42. nu. 8. Colatè eam opinionem defendit Tib. Decianus Tract. Crim lib. 8. c. 13. n. 48. cum factum duplex, continens delictum & privatum & publicum, privatam & publicam mereatur pœnam. Adde Sanchez d. loco n. 16.

Q II. An sit iudicandus raptus quoad pœnas, non secuta copula cum raptâ? R. Ita videtur, quod satis sit eo sine al quom esse raptam: & ita tenet Castren. d. loco nu. 5. Alii contra volunt, per d. l. un. in V. maxime cum virginitas vel castitas corrupta restitui non possit; quasi vis ponenda sit in ablata virginitate, vel castitate violata, & pœnæ istæ videantur extendere, ut vitetur copula, qua non secuta solus est conatus, qui non solet puniri. Verum non est hic nudus conatus, sed crimen aliquatenus perfectum quoad abductionem & violentiam, licet completum non sit quoad violationem intentam: ad quam tentatam si pervenit non potuerit, non ideo debet cessare legis pœna, quia per eum non stetit, quo minus perfecterit. Si tamen poenitentia ductus à copula se abstinuerit, benignius est, ut cessante pœna legis ordinaria, tantum veniat inferenda extraordinaria. Covarr. ad Clem. unic. p. 2. in princ. n. 8. de homicid. Gomez ad l. 80. Tauri nu. 40. Menoch. 2. Arbitr. casu 360. Sanchez d. loco n. 18. Excipiunt raptum Sanctimonialis, eo quod non subsecuta copula, ejus traductio mereatur ordinariam pœnam legis. Oportet autem, ut raptus dicatur perfectus quoad pœnas legis, traductio sit facta de loco ad locum; nam

Aaaa sine

sine traductione tali habitâ copulâ erit quidem vi exorta, non tamen raptus.

In rapta meretrice: & in muliere rapiente virum, pœnæ arbitratæ locum esse, non etiam ordinari, tradit Clarus d. §. *Raptus* n. 6. Nam d. l. *unica* loquitur de muliere honesta rapta, qualis non est meretrix, nisi eam vitæ antea cœta pœnituerit; & loquitur de viro rapiente, non etiam de muliere, ut non debeat extendi, cum in pœnalibus non admitratur extensio Sanchez d. loco n. 22. & 23.

6 Itaque jure Canonico excommunicatio infertur raptoribus, ut & consilium, auxilium, favorem præbentibus, ipso jure habentur infames & incapaces dignitatum, & si Clerici fuerint, de proprio gradu deiciunt.

7 Ubi quaesitum, An ipso jure? R. Hoc posse videri, propter pœnam præviam excommunicationis ipso jure inflictæ, ut verba, *ipso jure*, tamquam in continua oratione posita, etiam ad hanc pœnam sint referenda. Dicendum tamen, potius spectare ad sententiam ferendam; cum verba ista, *de proprio gradu decedant* videntur sumpta ex can. *Eos* & can. *De puellis xxxvi. qu.* ubi dicitur *de proprio gradu decedant & anathematizentur*. Quod postenus est futuri temporis ut & prius, *decidant*, ejus temporis sit judicandum, quippe positum in continua oratione & proxima, cum in Trid. non ita in proxima oratione ponatur, & non repetantur verba *ipso jure*. Accedit, quod pœna sine textu non sit extendenda. Ita Suarez de *Censuris disp. 23. sect. 4. in fine*.

8 Quantum ad raptores aliarum rerû, à giudice loci, ubi delinquant, sunt puniendi, c. 1. h. 1. Nanciscuntur enim forum ratione delicti, *sup. de foro compet.* Spoliatores itinerarium à Prælato loci, in quo delinquant, excommunicationi sunt subijcendi, uti & naufragorum: nec absolvendi ante satisfactionem aut debitam cautionem estque ea res proprio Episcopo judicanda, ne ante eos recipiat, c. 1. *Ep. h. 1.* Potest & Episcopis loci ex delegatione Principis committi cognitio super raptoribus, cum licentia eos multandi pœna pecuniaria, & flagellis adficiendi, adhibita tamen diligentia ac moderatione, ne flagella in vindictam sanguinis transeant, ut traditur c. 4. h. 1.

Altera Rubr. pars est de Incendiariis & vio-

latoribus Ecclesiarum, per contrafracturam spoliationem, aut alias, quales excommunicantur, c. *Conquesti* 22. *inf. de Sent. excom. ubi Glos.*

Ubi quaeritur, An ipso jure? R. Dubitandum sumi ex c. *fin. inf. de Paris.* ubi futuram cœcem Ecclesiarum non est excommunicatus, cum nullâ facta mentione absolutionis ab excommunicatione, post pœnitentiam & satisfactionem ad Ordines admittatur, nisi ex eo sit publicata rescriptus. Facit eodem c. *Conquesti* 22. *inf. de Foro compet.* ubi invaloris retum Ecclesiarum censetur supponendi anathematis, quod non tam est lata sententia, quam hinc. Et videtur facere textus in d. c. 22. in *excommunicatos nuntiatis*, quæ verba non videntur ipso jure ponere censuram ex eo, quod videtur desiderare factum hominis, Contrafracturam sententia habet, ipso facto excommunicari, eam tenet *Glos. in d. c. 22. & ibi d. c. 22. Nav. in Summa c. 27. nu. 94.* Suarez de *Censuris disp. 22. sect. 2. nu. 4. & Jegg. & nu. 15.* quæ opinio videtur maxime textu d. c. 22. in quod præcipitur, ut excommunicati excommunicentur, videtur præsupponi jam esse excommunicatos. Nam quod ibi jubetur nuntiare, non ducendam excommunicationem, sed ad indicandum, jam esse inflictam, ad hoc sufficillior sit absolutio petenda, quippe ad Pont. Rom. Non obstant supra allegata, quæ loquuntur de simplici hæcæ sacrilegio, & de furto in Ecclesia factis, non etiam contrafracturæ & spoliatione Ecclesiarum, quæ gravior est sacrilegii species, atque ita magis punienda. Loquitur autem textus in d. c. 22. de contrafracturibus Ecclesiis & spoliatoribus. Idem tamen obtinet in incendiariis Ecclesiarum cum earum violatores ipso facto excommunicentur, c. *an Communitas* 107. *II. quæ* sub quibus quin contineantur incendiarii non est dubium.

Verum dubitatur, An & incendiarii aliorum rerum sint ipso jure excommunicati? Non videri, cum loca, quæ de incendiariis pœna agunt, sit accipienda de incendiariis Ecclesiarum, quorum factum est gravissimum. Nec obstat c. *Tuanos* 19. *inf. de Sent. excom.* in quo incendiarii dicuntur excommunicari.

reales nuntian di; quia accipendum de incendiaris Ecclesiarum, non etiam aliarum rerum, ut rectè ibi sentit *Glof. fin.* dicens de illis esse cautum per alia loca, non etiam de his.

II Incendiarum itaque Ecclesiarum carere jubentur Ecclesiastica sepultura, propter excommunicationem; nisi in ægritudine constituti accepta poenitentia absolvantur à Sacerdote etiam simplici; quo casu sepultura iis non deneganda, *In litteris, b. 1.* Hærede remanente obligato ad damni restitutionem pro viribus hæreditaria *d. e. 5.* cum teneatur ad omnes obligationes defuncti, saltem rei persecutorias etiam in casu, quo defunctus impoens decessit, ut probatum supra *de Sepult. n. 11. & 12.* & tradit Covarr. *3. Var. c. 3. num. 7.* Ut ea res etiam concernat incendiaros etiam aliarum rerum. Præterea Ecclesiarum violatores, nisi damna restituant, aut de iis restituendis caveant, non recipiuntur ad poenitentiam. Qui si sani restituere aut cavere nolint per contumaciam, postea positi in agone mortis, parati ad satisfactionem, si eam præstare nequeant, ad poenitentiam quidem admittuntur, quæ nulli poenitenti deneganda, interesse tamen eorum sepultura, aut elemosinam ab iis capere veritum Clericis, sub ordinis sui detrimento & beneficii privatione, *c. 2. h. t.* quasi videatur causasse impotentiam satisfaciendi.

TITULUS XVIII.

De Furtis.

SUMMARIUM.

1. Furtum quid, & rei furti quinam habeantur.
2. Furtum quantum ponat peccatum mortale, & quodnam consentur esse notabilis quantitatis.
3. Furtum parva quantitatis quando causet peccatum mortale.
4. Et quid de furtis pluribus minutis.
5. Item de furtis commissis à domesticis, servis, libertis, uxore, liberis.
6. Excusatio à peccato ignorantia rei alienæ, & scientia ac voluntas domini.
7. Excusatio & extrema inopia.

8. Furti an teneatur rem propriam subripiens?
9. Subripiens debitori tantum, quantum ipse debet, an restitua compenset?
10. An eo casu decreto Episcopali locus sit de restituenda re sub poena excommunicationis?
11. Occiso in actu furandi Ecclesia denegat communicationem & sepulturam.
12. Fures tenentur ad restitutionem rei ablata, fructuum & damni dati.
13. Inventam rem detinens an sit reus furti?
14. A restitutione an excuset inopia?
15. Et quid si non possit fieri sine damno ordinis superioris?
16. An necessitas extrema excuset?
17. Poena furti pecuniaria & extraordinaria.
18. Furti damnatus sit infamis.
19. Fur an excommunicationem incurrat.

A Rapina, de qua Tit. superiori, Furtum specie distat: illa enim includit violentiam, non etiam hæc, quod est contractatio rei alienæ, vel ejus usus possessionis, vel lucri faciendi gratia. Quam postremam particulam aliqui non putant necessariam, cum tamen per eam furtum distinguatur ab aliis delictis privatis; finem quippe designat, cum voluntas & propositum distinguant maleficia, *l. Qui injuria 52. in princ. D. de injur.* Explicatio ejus latior petatur ex *Instit. eod. tit.* Ubi non tantum contractantes rem alienam sunt rei furti, verum & scienter adjuvantes ope, consilio eum in finem. Illum quoque Canones damnant, qui furti conscius querenti possessori non indicat furtum, *cap. 4. hoc tit.* Quod procedet, si fur non sit occultus, sed notorius, latitans tamen; nam si sit occultus non debet prodire, ut rectè tradit *Abb. d. cap. 4. num. 6.* cum cui libet jus suum sit ad famæ defensionem, præsumaturque bonus, donec probetur malus. Et ita accipiendæ excommunicationes ab Episcopis late in eos, qui non indicant fures. Quo modo & receptor furtis ut in crimine ita & in poena communicat, *l. 1. D. de Recept. nisi misericordiam causa eum excuset, arg. l. 2. D. d. 7.* ubi cognatum latronem receptor punitur mitius.

Furtum autem in suo genere inducit peccatum mortale, cum contineat injustam detentionem rei alienæ, domino invito, & sic contra præceptum Decalogi, *c. Peccatum D. R.*

l. in 6. Nisi excuset materiae parvitas, quae non ponit notabile alterius damnum, quia non cuiusvis rei ablatio ponit culpam letalem; in quo iudicando variatur. Sunt, qui putant ex se ponere notabilem quantitatem quatuor Julios sive Regales. Alii, quos refert Navarrus, in *Summa cap. 17. num. 3.* summam unius aut duorum ducatorum negant esse notabilem quantitatem. Ducuntur argumento *l. Si quis 9. in fine c. l. Id est 10. D. de Dolo*, ubi actio de dolo non datur, si modica sit quantitas, id est usque ad duos aureos. Verum ista opinio minus recepta, cum aliud sit, actionem doli denegari contra eum, qui dolo deceptus, intra quantitatem duorum ducatorum; aliud dicere, non peccare mortaliter subripientem quantitatem minorem. Deinde furti actionem competere etiam ob rem minimam subreptam, traditur communiter per *§. Gallinarum Instit. de Rer. divis. l. Si parvum 37. D. de Furtis.* Non obstante *d. lib. 10.* quia ibi agitur de actione extraordinaria concedenda ex justa causa; non videtur autem iusta, si deceptio sit infra duos aureos. Furtum vero ponit maleficium legitimum, & sic actionem competentem hoc ipso ordinariam, non etiam impetrandam extra ordinem. Praeterea denegatur venditori & emptori decepto actio, nisi deceptio excedat dimidium iusti pretii, *lib. 2. C. de Rescind. Vend.* & tamen certum est peccare eum mortaliter, qui in notabili quantitate alterum laesit. Navarrus, *d. loco mem. 4.* ponit ad mortale sufficere summam duorum Regalium aut Juliorum. Cujus opinionem aliqui nimis arctam & scrupulosam putant; qui non improbabiler iudicant, eam rem non posse definiiri ex quantitate pecuniae, quae secundum tempora & loca varia est, cum uno in loco olim plus valuerit, & hodie valeat pecunia, quam alio; & olim plus mercium habitum fuerit, & etiamnum quibusdam locis plus habeatur uno nummo, quam hodie aliis in locis habeatur quinque aut sex nummis, propter abundantiam pecuniae, quae hodie aliquibus in locis est, olim defuit, hodieque non est tanta. Ut generalis definitio dari nequeat, cum ea constituenda sit secundum laesionem, quae non est ubique aequalis, sed vel minor, ubi est abundantia pecuniae; vel major, ubi caritas. Ut videatur dicendum, eam quantitatem quovis

in loco ponere summam notabilem, quae pro mercedem diuinam, quae in aliquibus locis concedit duos Regales, in aliquibus efficitur formior; & quia ex omnium sententia notabile est letale, quando quantitas est notabilis. Est autem talis iam posita, eo quod hoc non communiibus sufficit ad sustentationem hominis, eiusque ablatio faciat dies sumptuosius vivere, cum nocimento alterius satis parum. Molina, *de Iust. & Iure Tracl. 2. Dist. 28. in summa lib. 5. c. 16. Less. lib. 2. c. 21. Dist. 29. c. seq.*

Contingit autem & parva quantitate subreptionem, etsi ex se tantum sit veniale, propter mortalem ratione circumstantiarum. Unde accedit domino magnum nocimento. *l. G. Si quis subripiat futuri subreptam, ut supra.* acum, qui quod aliam non habeat subreptionem, si forte cogitur, cum gravi nocimento futuri, quod non sine mortali reatu casus subripit, qui scivit, vel scire aut credere debuit, non futuri aliam subulam aut sartori aliam aut Navarrus, *d. loco n. 2. §. Secundo.*

Quid si quis furetur plures quantitates parvas, quae magnum aequant? R. Ita tenet hoc mortale esse, si animo adquirendae summam notabilem istae exiguae subreptionis quia infertur notabile damnum ei, cuius res parvae auferuntur, quae tamen magnum damnum faciunt. Quo modo peccabunt minutae res vendentes, & in singulis bolum ultra iustum pretium exigentes, mali ex singulis minuta subtrahentes, quae notabilem quantitatem tandem efficiunt. Verum tamen ultimum furtum completus notabilis quantitatem non ponit mortalem culpam, sed venialem tantum, uti & praecedentis de rebus tamen notabilis quantitatis alienatione, reatu domino, quae tunc inchoatur, ponit mortalem reatum in de rebus Navarrus, *d. loco mem. 128. c. 139. Less. d. c. 12. dist. 8. in prima.* chez in Decal. l. 1. cap. 4. Animus si debet paulatim inadvertenter summa accedere, non notabilem quantitatem, non potest dici peccare mortaliter, nisi sciens ejusmodi quantitatem se subripuisse, illam non restituat, ut tradit Navarrus, *d. n. 139.*

Quantum ad furta à domesticis commissa

sec ea extra reatum mortalem sunt, si aequant
notabilem quantitatem, & in vitis dominis com-
mittantur, non tantum si à se vis aut libertas,
verum & si ab ipsa uxore, quæ licet res mariti
amovens nõ conveniatur actione furti ratione
adfectus, verè tamen furtum facit alienum sub-
trahendo, & actione rerum amotarum conve-
niri potest, tit. D. Rer. amotar. Navar. d. e. 17. 153.
& seqq. Lelli. d. e. 12. dub. 14. A liberis quoque,
qui nvis habeantur rerum paternarum quasi
domini, vere fit furtum eo quod rem necdum
suam abstulerint, licet actio furti non detur;
hoc enim tantum propter patriam potestatem,
quæ facit quidem unam esse patris & filii perso-
nam, cum actio requirat duas civiles personas,
l. 4. D. de ludi. non tamen minuit peccatũ, cum
patri sit plenum rerum suarum arbitrium, quod
per liberorum subreptiones non minuendũ in-
vito; §. Et qui Inst. h. t. Sic & peccat maritus ex
bonis paraphernis uxoris quid subripiens, quia
sunt propria uxoris, ut eorum abusus, invitã
uxore, constituat furti aliquam speciem, nisi
confutudo maritum ponat liberum admini-
stratorem, Vid. Molin. d. Disp. 685. & seqq.

Excusat autè a peccato ignoantia rei alienæ,
cum ad furtum, uti & ad alia delicta requiratur
animus & intentio. Sic & excusat is, qui do-
mino non invito, credit se abuti eius re, cum
abstulit adfectus furandi, sine quo furtũ non com-
mittitur, etiamsi causa non subsit probabilis;
nam & talis removeret dolum. E contra si quis ju-
dicet dominum invitum, qui tamen non est in-
vitus, non excusabitur à furti vitio & peccato,
quia adfectus adsit: quã nvis eo nomine non
possit dici oriri actio ipsi domino, pui volens
est. Atque ita intelligendus Justin. Imp. in §. Sed
esficredat 8. Inst. d. 2. & Vlpian. l. Inter 48. §. pen.
D. eod. qui negat furtum committi ab eo, qui
putat se abuti re, domino invito, qui volens est,
scilicet quoad effectum, id est actionem dandã,
non etiam quoad ipsũ delictum. Quo modo
& peccato talis erit obnoxius, cum peccata
cordis & operis ejusdem sint ordinis; & contra
conscientiã licet erroneam agens peccato se in-
volvat, ut habet c. Per tuas 35. sup. de Simon. Na-
var. ad can. Si quis aussem n. 86. de Penit. dist. 7.

Excusat præterea extrema inopia; non
quod ea ponat omnia communia quoad do-
minium, cum potius communicanda sint: sed

quia necessitas ponit usum saltem esse com-
munem, quem facit reservari, post introdu-
ctam à jure gentium bonorum divisionem, ip-
sum jus naturæ, quo quisque vitam suam tue-
ri jubetur Nav. d. e. 17. n. 61. Lelli. d. e. 12. dub.
12. n. 67. & 68. Non obstat c. 3. h. t. quod vult
imponendam tali esse penitentia, quia loquitur
in casu, quo est motiva necessitas, Glos. ibi.
Quo casu rectè dicitur & uxorem donare citra
culpam res mariti, nec esse communes; filios
res parentum. Monachum res Monasterii. Nav.
ad can. Quisecamus n. 26. dist. 42. Nam si ac-
cepto nihil habet peccati, multò minus dario,
quia tenetur subvenire.

Q. An furtum committat subtrahens alicui
rem suam? R. Non esse furti vitio vacuum sub-
ripientem rem propriam, penes alium ex-isten-
tem ex justo titulo, uti commodati, pignoris,
conducti ante tempus, §. Aliquando Inst. h. t.
quod alterum jure, quod habet circa usum aut
possessioem ejus rei, inique spoliat, eoque
nomine damnum inferat, secundum quod rea-
tus est mortalis aut venialis judicandus. Si in-
justo titulo apud alium res fuerit, furtum ces-
sare, cum non subripiatur alienum, sed pro-
prium. Ubi tamen aliqua conditiones requi-
runtur, ut cesset peccatum. Prima, ut res extra
omne dubium sit ejus, qui eam clam subtrahit,
quia dubium faceret potiorẽ causam possi-
dentis. Idem est, si ex justitia debeatur, non eti-
am ex gratitudine tantum, quæ obligationem
non ponit nisi antidoralem, tantum dependen-
tem ex arbitrio ejus, qui beneficium accepit,
qui non cogitur ad remunerandum, Jafon. ad
l. 5. n. 74. D. de Inst. & l. 2. de Inst. II. Ut eam alia via
citra molestiam consequi nequeat. III. Ut ab-
sit scandalum & detrimentum aliorum, cui im-
putari possit furtum; nam ea res non poneret
extra reprehensionem team, & faceret eum
presumi in foro exteriori furto obnoxium.
Quæ tamen conditio concernit potius legem
caritatis, quàm justitiæ. Vid. Molin. d. Trañ. 2.
dist. 690. Lelli. d. e. 12. dub. 10.

Alia quæstio est, An sine vitio hoc quis re-
ctè compenset, subripiendo à debitore tantum,
quantum debet? R. Communem sententiam
D. D. esse affirmativam, propterea quod de-
bitori non inferatur injustum damnũ, secun-
dum jam dicta. Jafon. in l. 1. n. 17. C. de Testam.

Ubi tamen & eadem conditiones sunt servanda, scilicet quia aliter debitum consequi non possit creditor; ut sit verum & liquidum debitum, & fiat compensatio in re simili debita, scilicet fungibili ejusdem ordinis, in qua facilis est compensatio, non item in aliis non fungibilibus & minimum detrimentum debitoris. Denique cesset scandalum, & consulari sa uti debitoris, cavendoque ne iterato postea debitum solvatur Navarr. d. c. 17. n. 112. & seqq. Molina disp. 691.

10 Hic quaeri etiam posset, An in casu, quo rem alienam subripuit, iustae compensationis causa comprehendatur decreto Episcopali, quo jubetur ea restitui sub poena excommunicationis? R. Eiusmodi excommunicationem posse fieri ab Episcopis patet ex c. 2. de Constitut. in 6. Ea tamen non tenet taliter subripientem rationi magis consecratae, quia decreti istius finis est, ut restituatur parti id, quod illi debitum. In casu autem proposito non est parti debitum, siquidem iuxta praesupposita accipiens iuste accepit injustam sui debiti compensationem: ut cessante decreto sine, & mente auctoris ejusdem, dicendum etiam sit, cessare poenam eo contentam, quae non imponitur nisi peccanti contra iustitiam, contra quam hoc in casu non est peccatum. Quod etiam procedit quoad scientes certo rem iustae compensationis ergo esse ab altero acceptam. Imò & in casu, quo Episcopus restitutionem aut iudicium mandat, quando res accepta est causa compensationis, quia ejusmodi decretum contineret errorem intolerabilem, dum punit eum, qui iuste accepit rem, iuxta conditiones supra positas, & solve, qui non revelant factum ejus, qui non peccavit, ut non obliget in conscientia, uti recte tradit Navarr. d. c. 17. n. 114 quem sequitur Molina d. tract. 2. disp. 692. Less. d. loco n. 61.

11 Quod si nulla sit culpa furem excusans, in ipso actu furandi occisum Ecclesia tamquam in reatu mortali habet defunctum, veratque pro eo orari, cum neutriquam tali possit prodesse oratio, uti nec terra sancta, ut dictum sup. de Sepult. Ante tamen confessio non est deneganda communio c. 2. h. t.

12 Est praeterea ratioe furti obligatio ad restitutionem ejus, quod acceptum, cum res aliena citra peccatum non detineatur, c. Peccatum de R.

lin 6. Nec rei tantum, sed & fructus extractiva perceptorum, quia percepti sunt a fidei possessore, quibus fructus suos non tenetur eos restituere imò & ad non percepti si eos percipere potuerit, ut traditum supra in Rev. divis. §. Si quis à non Domino. & D. de vindic. ex ratione, ne alteri per alterum adfuerit injuria. Item ad omne damnum nominati causa, quod videtur dedisse etiam causam dans. Tenentur & ope, consilio avaritiam probantes, celantes, mandantes, & alii quos Navar. in Summa c. 17. n. 12. & seqq. cum his causa damni, cujus restitutioni committitur fecerunt obnoxios. Interitus rei non dicitur restitutione affirmationis, cum nihilominus detur fur ratione rei acceptae, verum detentio, injustae detentionis, quae durat etiam propter moram, in qua fur habet rem in se, casus fortuiti ei videtur imputandi, ut tradita ad D. d. tit. de Rei vindic.

Hinc resolvitur quaestio. An remanens quis debeat restituere? R. Non committitur peccatum ratione apprehensionis, quia non est iusta, quod nesciat Dominus, sed causa detentionis, quae injusta esse incipit, quando negligat sufficienter inquirere de Domino per praecognitionem, aut secundam publicam propositionem, qua res inventa indicentur auctor. Facit enim adfectata ignorantiam detentionem l. Falsus 43. §. qui dicitur l. insciando 67. D. h. t. cum. Si quis inveniatur 9. §. 1. & consequenter furtum ponit obligat ad restitutionem, Quod si sufficienter in factis non compareat Dominus, non potest videri injusta detentio, cui animus deest, ut res videatur esse nullius, cum patet factum esse dominum, & non apparere. Et nec est illi jure, nec divino quis jubetur removere, cujus non apparet Dominus, dicitur de pauperes, quamvis hoc sit tutius, ut si aliquatenus expenditur in utilitatem ipsius Domini. Pro qua parte videtur facere etiam in Auth. Omnes C. Communia de Success. ubi regnorum intestatorum bona defuncti per peribus Covarr. ad d. c. Peccatum n. 1. & Navarr. d. c. 17. n. 170. Quae ita intelligitur res talis sit, quae nullius esse appareat. Ut inventa in litore aut circa hietos maris, & impolita, ut recte praesumptis, cum

iniquam fuisse; nam sine scrupulo tamquam nullius quis eam sibi reservaverit; secundum tradita *Instit. ad Rev. divi*. Ubi etiam traditum thesaurum inventum inventoris, quia domino careat, secundum distinctionem, de qua ibi Navar. *d. c. 17. n. 172.*

14 Quæritur etiam possit. An excuset à restitutione inopia? R. Ita videri, quia ad impossibile nemo tenetur; pro tempore tamen durantis inopie, quæ non tam tollit & extinguit omnino actionem, quam elidit, & differt pro tempore stantis inopie in actionem. Navar. *d. c. 17. n. 60.*

15 Quid si non possit fieri sine damno ordinis superioris, uti honoris, vitæ? R. Eum excusari à restitutione pro tempore imminenti probabili damno istiusmodi regulariter nemo tenetur ad bona aliena inferioris ordinis restituenda cum damno bonorum suorum altioris ordinis, ut famæ, honoris, melius enim nomen bonum, quam divitiæ multæ, ait Sapiens *Prov. 22. vitæ præcipue ac salutis*, quæ honorem ac famam bonum superant. Navar. *c. 16. n. 44.* Imò si restitutio non possit fieri, salvo decenti statu, vult Navar. *d. c. 17. n. 62. in fine*, restitutionem differti posse, si nec status permittat, quia salvo honore fieri nequeat restitutio. Quòd si tamen & creditor in eadem causa sit, quia in pari causa potior est dominus, cum caritas incipiat à se ipso, *can. Non licet XXXIII. q. 5. Navar. d. c. 16. n. 60. Covar. ad d. c. Peccatum p. 1. in prin. n. 4.*

16 Postremò quæritur, An excuset à restituendo extrema necessitas, qua quis adductus rem alienam furtivè? R. Talem necessitatem excusare omninò à vitio furti, propter majus damnum, scilicet mortis, evitandum, & videri non tenet, si vitæ inspicias acceptionem, quæ extorroxam fuit, & legibus permessa, si rem acceptam, quæ confusa fuit ut propria, non ut aliena. Quo facit, quod ejusmodi necessitas faciat omnia in commune conferenda. *l. 2. §. cum in eadem D. ad L. Rhod.* Dicendum tamen non excusari à restitutione, si ad pinguiorem fortunam pervenerit. Nam licet acceptio isto in casu fuerit licita, hoc tamen non nisi ut gravius malum evitet, non etiam ut rem quasi suam habeat, cum non tam accepit tamquam communem jam factam, sed communicandam à domino ex lege caritatis, & misericordie, non

tam donando, quam commodando & credendo, ut restitatur idem cessante necessitate. Quomodo in *d. l. 2. §. cum in eadem* non dicitur res hoc ipso fieri communis, sed communicanda. Itaque ut sit justa acceptio, non tamen simpliciter, sed restrictè, donec fortuna melior adflaverit. Ea ita tenet Navar. *d. c. 17. n. 61. Covar. ad d. c. Peccatum p. 2. §. 2. n. 4. Clar. §. Furtum n. 25.*

17 Præter restitutionem est & pœna pecuniaria in duplum aut quadruplum, §. *Pœna §. instit. d. tit. extraordinaria* etiam animadversione furtum puniri responsum. *l. fin. D. h. tit.* Hodie obtinet pœna laquei in furtis gravioribus, aut alia corporis castigatio in minoribus. Et ita consuetudine passim inductum, quæ originem sumpsit ex Constitut. *Frid. ric. Imp. lib. 2. Feud. tit. 27. §. fin.* nec improbanda cum communi bono consulat propter furtorum frequentiam, quæ facit pœnam criminis augeti.

18 Præterea furti damnatus fit infamis, & jure civili, §. *Ex quibusdam instit. de Pœna temere litig. & Canonico*, quo ut talis ab Ordine, si quem habet, deponitur, *can. Presbyter. dist. 81* ita multò minus ad eum admittitur. Quod & obtinet in eo, qui infamia furti manifesti est adspersus. Occultus tamen fur pœnitentia purgatus non remouetur ab Ordinis susceptione, *c. fin. h. t.*

19 Excommunicationi furem subijci non est ullibi expressum, ne quidem ob rem factam subreptam. Nisi conjuncta sit effraçtio Ecclesie, quæ inducit ipso facto excommunicationem, *c. Conquesti inf. de Sent. excom.* & dictum supra *de Raptorib.* Ut autem simplex fur non incurrat ipso facto excommunicationem, si tamen depositus incorrigibilis fuerit, subijciendus excommunicationi, & in contumacia perleversans per brachium sæculare comprimendus exilio aut alia justa pœna, *c. Cum non ab homine 10. sup. de judic.*

TITULUS XIX.

De Usuris.

SUMMARIUM.

1. *Vjura quid nominis & rei.*
2. *Dare mutuum vindicta evadenda causa an sit usurarium?*

3. *Fovius*

3. Penes nauticum jure civili licitum.
 4. An & jure Canonico?
 5. Fidejussor nomine fidejussionis an quid licite stipuletur?
 6. Vjura proprie in mutuo locum habet.
 7. Item in aliis contrahibus; ut si res carius vendatur, dilata solutione.
 8. An & si res minoris, ob anticipatam solutionem?
 9. Vjura quotuplex.
 10. Vjura compensatoria quatenus licita.
 11. Punitoria quatenus toleranda.
 12. Debico quantitatis adjecta poena jure civili recte exigitur.
 13. An jure Canonico idem obtineat?
 14. Lueratoria prohibita jure naturali, divino, Canonico.
 15. An & civili?
 16. Antichreseo pactum jure civili probatum.
 17. Fructus perceptos ex re pignori obligata in securitatem dotis gener cur non computet in sortem, Intellectus. c. Salubriter 16 h. t.
 18. Et quid juris, dote ab extero data.
 19. An ex causa retardata dotis dissoluto matrimonio aliquid peti possit?
 20. An in casum restituenda dotis promitti possit annuum quid vidua solvenda?
 21. Intellectus c. 1. n. fine h. t.
 22. Vjura inficit peccato mortali.
 23. Facit restitutioni obnoxium usurarium & Clericum & laicum.
 24. Res ex usuris comparata non subiecta restitutioni.
 25. Vjurarii bona an tunc aliis obligata?
 26. Tenentur & usurarii haeredes ad restitutionem.
 27. Item legatarii deficiente haerede.
 28. Restituendum venit & damnum & interesse.
 29. Quid si res accepta perierit sua sponte?
 30. Iudai an teneantur ad restitutionem?
 31. An cooperantes & consulentes?
 32. An iudices, & eorum consilarii?
 33. An Notarius instrumentum conscribens?
 34. An qui penes usurarium pecunias deposuerunt?
 35. Famuli usurariorum an & qualiter teneantur
 36. In usura conventionali non est locus restitutioni.
 37. Vjura mentalis an obliget ad restitutionem?
 38. Intentio praeva mutuantis, non etiam lucrum offerentis, an faciat accipientem obnoxium restitutioni?
 39. Tenetur mutuanus, licet mutuarium iure se soluturum usuris, & non restituatur.
 40. Secus, si usuris acceptas remiserit mutuarium.
 41. Restitutio cui facienda.
 42. Vjuras exercens an infamis ipso jure.
 43. An & in casu, quo jus civile ea perimit?
 44. Vjurariorum manifestus remissionis de munione & Ecclesiastica stipulata.
 45. Est incestabilis.
 46. Evertitur, ejus testamentum annullatur.
 47. Nec convalescit per cautionem solvendi.
 48. Legata eo relicta an praestanda?
 49. Codicillis relicta an valiant?
 50. Donare mortis causa an illi liceat?
 51. Iudas an teneantur poenis c. Quinquagesima, c. in 6.
 52. Alia poena usurariorum.
 53. Mons Pietatis an licitus?
 54. Vjura delictum esse mixti fori probatur.
- C**um rapina & furto adhibitum habet, cum usuras accipiens dicatur facere, eam, si quis usuram XIV. q. 1. h. t. immediate subicitur. * Nomen istud significat subinde usum rei alicujus in re. Orat. pro C. Rabirio, dixit usuram lucrum, pro usu, item lucrum ultra sortem, quo modo & Foenus appellatur, pro fortura sive fructus pecuniae; atque materia sumitur, definiturque sive debeat esse voluntas recipiendi aliquid lucrum aestimabile ultra sortem, principaliter Navarr. in Summa c. 17. n. 207. Covarr. 2. n. 1. & 2.
- Sub Voluntate comprehenditur etiam mentalis, in qua cessat quidem pro exteriori, ejus tamen animi est mutuantis, si ultra sortem quid recepturus esset, ut tuaret, c. Consultus 10. h. t. Et hoc, si per se id intendat; nam minus principaliter mutuantis non mutat actus qualiter mutuanus cum spe secundaria quid recipere per alterius liberalitatem non committitur, Gl. in d. c. 10. Vid. Per. Navarr. de Usura lib. 3. c. 2. n. 200. Dico, liberalitatem; cum hoc ex obligatione iustitiae speret accipere sortem, esset usurarius, d. c. 10. quia non sperare, quod non licet accipere. Less. de Usura lib. 2. c. 20. Aub. 5. in p. 8.

Dicitur, *lucrum pecunia aestimabilis*; ut excludantur ea, quae pecunia aestimari non solent, uti amicitia, favor, quorum respectu usura non committitur. Navarra *d. cap. 2. num. 194. & seqq.* * Quo modo nihil sentiet labis usurariae datus mutuum in eum finem, ut vindicta privata iniusta remittatur, cum nihil recipiatur, sed tantum evitetur iniusta vexa. Quod facit, quod dictum supra, *De Simonia n. 64.* in beneficiis redemptionem vexationis iniustae esse citra labem simoniacam. Aliter dicendum, si vindicta iusta iminentis evadenda causa detur mutuum, quia videtur dari in ejus satisfactionem, atque ita accedere aliquid pretio aestimabile ipsi mutuanti, non sine labe. Mutuare quid ea lege, ut vicissim alter mutuet, aut à se solo emat, non est extra usuram: & hoc, si obligatio ponitur, cum ejusmodi conditio contineatur onus ultra sortem pretio aestimabile Covar. 3. *Var. c. 2. n. 5. h. 20. in lib. Moral. p. 3. lib. 5. de iura c. 7. q. 1. Less. d. c. 10. Dub. 8. n. 58.*

2 Dicitur, *vi mutui*; quia ratione interesse causati ex damno emergente ob moram, aut lucro cessante, ultra sortem licet quid accipere circa vitium usurae; cum acceptum ultra sortem non accipiatur vi mutui principaliter sed nomine ejus, quod abest: ut procedat, quod nulli officium suum debeat esse damnosum Covar. 3. *Var. cap. 4. num. 1. & 2.* Hoc modo extra usuram erit, stipulari aliquid ultra sortem ratione periculi, cujus susceptio est pretio aestimabilis. * Quod negotium spectat ad fœnus nauticum & trajectitiam pecuniam, quae navigat periculo creditoris, quaeque creditur ea lege, ut si navis perierit, non reddatur; si autem salva in portum pervenerit, pecunia cum lucro redeat ad creditorem, *l. periculi s. D. de fœnora naut. lib. 1. & fin. D. eod.* Cujusmodi fœnus jure civili est permittum, possuntque ejus nomine exigi usurae etiam centesimae, non tantum stipulatione praevia, verum & pacto, *d. l. 5. in fine.*

4 Quæritur, An & jure Canonico sit licitum tale lucrum? Respondendum. Id rectè dici, cum eo jure reprobetur lucrum principaliter acceptum ratione mutui; hoc autem in casu lucrum accipiatur principaliter ratione periculi pretio aestimabilis. Ut cesset usuraria labe, quae tantum locum habet in lucro percepto prin-

cipaliter nomine mutui, secundum dictū Evangelicum. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Difficultatem movet *cap. fin. hoc t.* in quo Pont. reprobat videtur nauticum hoc fœnus, cum eū censet usurarium, qui naviganti vel eunti ad mundinas pecuniā mutuo dat, receptorus quid ultra sortem, propter susceptum in se periculū. Variæ à variis adducuntur solutiones: quidam etiam manus danti, adserentes, secundum textum istum, ut apparet prima facie, tale pactum esse usurarium. Quod dici neutiquam potest, cum passim isto jure non damnetur usura, nisi ratione mutui principaliter; hic autem non nisi ratione periculi acceptæ sint; ut cesset ratio iurium damnantium usuram. Nisi etiam dicamus, posse accipi *d. cap. fin. de periculo*, quod allegabatur, improbabiliter, non etiam probabili, ut jura iuribus concordent, & non facile ponatur diversitas vel correctio alicujus per alterum, quando de eo non patet, aut possint concorditer capi, cum non sit dicendus Pont. aliàs improbare, nec etiam improber usuras lucratorias, nisi quæ acceptæ ratione mutui principaliter ex mora, non etiam ex alia ratione, quæ sit aestimabilis, ut est periculum sive marinum sive terrestre. Dicendum itaque, isto loco non haberi illicitum omnital pactum & lucrum, quando nimirum liberè quis convenit, accepta sub eo pacto pecunia, quia non accipitur pecunia vi mutui principaliter, uti dictum, sed respectu oneris, quod aestimari potest: sed tantum reprobari isto loco casum, quo non aliàs creditor mutuo dare volebat, quam sub lucro ex causa suscepti periculi. Ut in pactum tale non libere consenserit debitor, atque ita contractus ille iudicetur non esse extra vitium, propter onus adjunctum debitori incumbens, qui maluerat suo periculo mutuum habere sine onere. Quæ solutio placet Didaco Covar. 3. *Var. c. 2. nu. 5.* & aliis, estque commodior, quam alicujus neoterici, qui interponit negativam, subtiliter quidem, sed contra textum omnium fidem, qui unanimiter affirmative legunt Jo. an. Bernart. *De util. legenda Hist. lib. 2. in princ.* Vid. Nav. *ad d. c. ult. h. 1. & in Manuali. 17. nu. 284. & seqq. Binst. ad d. c. ult. qu. 1. & 2. Canif. ibid. 4. Scaccias De commerc. §. 3. Gl. 2. n. 37.* Quod de pecunia dictum, idem etiam in mercibus

eibus transvehendis statuendum, Covarr. *d. n.* 5. ut si periculo creditoris sit earum transvectio, ejus nomine lucrum licite percipiat ex eadem ratione. Idem & statuendum in pecunia vel mercibus terra transmittendis, quod lucrum percipiat nomine periculi transmissionis, non etiam ipsius mutui.

5 Item quaeritur, An fidejussor licite stipuletur quid à reo nomine fidejussionis? R. Id videri dicendum nomine periculi, quod subit fidejussor, juxta commune dictum, *Sponde, noxa pro alio est*; cum non sit rarum, ut debitore facto non solvendo, mutuum cogatur exsolvere, quod nunquam recepturus, ut lucrum, quod accipit. accipiat nomine mercedis *l. hoc jure 19. §. labeo D. de donat.* Et hoc, ut recte ait Covarr. *d. loco num. 6.* si ex qualitate & conditione debitoris subit periculum; nam si nullum subit periculum, nihil causae subest quin salvetur lucrum in pactum deductum, cessante officio. Navar. in *Summa c. 17. n. 285. c. conf. 23. num. 4. b. t. Binsfeld. ad c. fin. qu. 3. eod.*

6 Habet locum usura proprie in mutuo, *can. 1. c. seqq. XIV. q. 3.* & praecipue circa pecuniam versatur, cujus est promiscuus usus, de qua dicta loca agant: quidni tamen & in vino, aliisque rebus fungibilibus?

7 Habet & locum in aliis contractibus, sive bonae fidei sive stricti juris. Nam si res vendatur pluris dilata solutione, id quod accipitur ultra verum valorem, accipitur sine causa, ut sit superabundantis sapiens labem, *d. c. consuluit 10. b. t.* quasi ratione mutui accedens. Est enim quaedam species mutui prorogatio solutionis, quasi pretium conventum receptum brevi manu esse emptori sub usuris creditum, *arg. l. singularia 15. D. de reb. cred.* Unde in *c. in civitate o. b. 2.* dicuntur vendentes carius, dilata solutione, incurtere peccatum usurarium, nisi subit causa excusans: ut si dubium sit, an tempore solutionis res sit pluris valitura, *d. c. 6.* quod tum aequaliter & emptor & venditor commodum ex tempore expectent; quod videntur mutuo cessisse sub pretio convento. Si tamen tempore contractus non erit venditurus merces suas venditor; nam foret tantum praesens conditio inspicienda, non futura, *Gl. fin. in d. c. fin.* Vid. Binsfeld. *ad d. c. 6. qu. 3. concl. 2. c. 3. b. t. L. lib. 2. c. 21. dub. 6.*

Quaeri posset, An idem obtineat in reo minoris propter anticipatam solutionem? Nihil continere id vitii, si minoris empta intra terminos tamen pretii infirmi, & non terminos summi pretii vendere nihil habet vitii, & eatenus procedit, quod habetur *l. 16. §. pen. de minorib. c. l. item 22. in fine* naturaliter licite licere contractibus circumvenire, cessante tamen dolo, sed non nimis spe quaestus, ut ait Seneca, *de brevitate vitae* erit languere mercedem. Ut tamen termini infirmi pretii non est licitum, ne dicit à labe si fiat ratione anticipatiois, quae non implicitam mutationem, cuius in mutuo quo res pluris est pretio dato, est licita usura, ut non sit sine vitio. Nisi tamen nocentem damnum emergens, aut in triplicem ve causa merito à stribilibus isto locum uti, & si traditio differtur in tempus, incertum est, an res tantum sit valitura, eo quo ante in venditore dictum, *d. c. 6. b. t.* natura correlativorum Nav. *d. 1. 7. n. 285. Comment. de Usuris n. 4. c. alibi Binsfeld. ad c. qu. 4. L. lib. d. c. 21. Dub. 7.*

Usurarum species est triplex: abest Compensatoria, quibus venit id, quod debetur ratione lucri cessantis, sive damni emergentis *l. si commissis D. Rem ratam hab.* Et contractus veniunt cum eo, quod interest: alia Punitoria, quae debentur non ratione lucri petentis, propter moram non solventium, *l. cum quibus §. pupillo D. b. t.* alia Lucratoria, quae contractibus aliquod lucrum temporale, causa & mutui principaliter exactum.

Prima species omnino est licita, quoniam verè interest creditoris, cum nemo tenetur teri prodesse extra causam necessitatis sine spendio; nec contrarium sit officio, aliquo jure cum sui indemnitate, quae de re ad *ad rit. D. de judic. n. 65. c. seq.* Quod si quod venditor recte petat sibi dari compensationem rei venditae, *l. 4. C. de act. empti c. 1.* illae enim sunt compensatae, respectu contractuum, quos petcepit emptor: uti & illae esse compensatorias, quae in bonae fidei contractibus debentur ratione morae, *l. 1. §. 2. in bona fidei D. h. t.* Quod verum est, si terfies nam & debentur, si non interest non tanti.

Secunda species non damnatur, si pœna adjecta sit speciei debitorum, ut si rem non tradideris iocra certum tempus, aut etiam obligationi faciendi. Potest enim mora in his puniri; & lex addita in contractibus pœnam concernens quam conventionalem vocant, est servanda, *l. Legem D. de pœnis l. in traditionib. 48. d. eod.* etiam jure Ecclesiastico, quo sustinetur conditio privationis rei in emphyteusim data. Si ad biennium cesset solvere emphyteuta pœna statuta arbitrio non stanti recte exigitur *c. per tuas sup. de arbitris*. Pœnas quoque testamentis subjectas admittit Ecclesia, ut facilius fervetur voluntas, quia nihil mali involvunt: uti nec illæ, quæ obligationi facti subjiciuntur, aut speciei *c. 4. sup. de arbitris. c. 7. inf. de pœnis*, etiam ab Ecclesiasticis personis, præcipuè Episcopis, sit consultus eas non peti, ne videantur lucrò inhare. Unde Greg. Pont. in *can. Fraturnitas xii. q. 2.* nomine rei furto subrepta Ecclesiæ non lucrum exigi, quòd non deceat Ecclesiam lucra damnis querere.

12 Debito quantitatis jure civili ex stipulatione adjectas pœnas in casum moræ usurarum loco peti posse receptum est, quæ tamen non excedant debitum usurarum modum, ne earum conventio tendat in fraudem legis, *l. Iulianus § ibidem D. de act. empti c. l. cum allegas C. h. tit.*

13 Ubi quaeritur, An idem obtineat jure Canonico? R. Ejusmodi pœnam non haberi eo jure liberam ab usurarum vitio, quòd præsumatur adjecta in fraudem usurarum, *arg. d. c. Consultus 10. h. r.* Si tamen fraus cesset, & pœna sit moderata secundum culpæ mensuram, dici potest exigi posse citra vitium, quatenus vere interest.

14 Tertia species, quia merum lucrum continet, principaliter ratione mutui exactum, est damnata & divina lege, & naturali, & Evangelica, & Canonica. De divina patet, *can. quoniam xiv. q. 4.* ubi dicuntur oblati præcepti divini dantes pecunias suas ad usuras. De naturali ex eo probatur, quòd continet injustum proximi damnum, dum ex re non fructifera imò sterili, fructus petitur & commoditas, quòd natura non patitur. De Evangelica lege patet ex dicto Salvatoris. *Luca 6. Mutuum date; nihil inde sperantes.* Canonica lege im-

probari usuras habet totus hic Tit. & in 6. eod. item *dis. 4. 7. Cass. xiv. q. 4.* quibus locis Canonones passim usuras detestantur. Non rectè quis objecerit id, quòd habetur *Deut. 23.* quo permittitur Judæis usurarum exactio ab alienigenis, non etiam à fratribus. Nam Resp. I. Istam permissionem processisse potius per dissimulationem à divina Majestate ad vitandum majus malum, ob duritiam cordis istius gentis, & avaritiam, qua etiamnum hodie laborant, & passim usuris inhiant, uti & eadem de causa iis est permittus libellus repudii. II. Admissio ibi agi de propria permissione & approbatione exigendi usuras ab alienigenis, non tamen de omnibus id intelligendum esse, sed de iis; qui hostes sunt, ut quos rectè vita spoliare possis, eosdem & bonis spoliis, secundum *D. Ambros. can. fin. xiv. q. 4.* & quasi cui per vim eripere bona liceat, etiam hac via subtrahas. Verum hoc non absolute ita intelligendum, cum etiam hostem spoliem jure belli non tamen & per contractum jure divino & naturali prohibitorum fraudare liceat, qui non nisi tempore pacis cum hoste rectè initur. Quo modo cessat argumentum à belli licentia desumptum, ut moderanda sit illa sententia, scilicet, quatenus damnorum ab hoste injustè illatorum compensatio patitur, *Cov. 3. Var. c. 1. n. 7.*

15 Quaestio vero est, An & jure civili possint dici usuræ prohibita? R. Si jus Dig-istorum inspicias, non posse dici esse prohibitas, cum passim eo jure permittantur, *l. placuit D. h. r.* Idem jure Cod. dicendum videtur, nisi quòd *Gl. in Auth. ad hac C. h. r.* velit eas à Justiniano esse prohibitas: quæ hoc argumento ducitur, quòd in *l. inter claras 7. §. Suscipimus c. de summa Trin.* de claret se suscipere quatuor œcumenica Concilia tamquam regulas Patrum, eaque velit obtinere vim legum, & eorum dogmata sicut sacras Scripturas accipiat: quibus cum usuræ sint prohibita, non potest non & easdem prohibuisse Justinianus, secundum istam *Gl.* Verum obstat, quòd ipse Justinianus easdem permiserit, certum modum earum exactio præscribens, secundum personarum qualitates, *l. eos. 2. C. h. r.* Ut ex *d. l. inter claras*, non possit sumi firmum argumentum, à Justiniano esse damnatas usuras, cum argumentum à tacito non procedat, quando contrarium est

expressum, quod tacito prævalet. Covarr. *d. c. 1. num. 6.* Peguera *Decis. 30. n. 16.* Et licet nesciatur. *d. l. eos 26.* posterior an prior fuerit dicta *l. 7.* cum de data non constet, nihilominus ut fuerit prior, nihil tamen hoc promovet opinionem Glof. cum Iustin. in *Nov. ut part. usur. solut. 121.* usurarium exactionem in duplum permittat, quam esse posteriorem *d. l. 7.* omnino certum est. Nec obstat, quod idem Imp. *Nov. De Eccles. tit. 132. c. 1.* quatuor œcumenica Concilia iterum approbet, & licet posterius, non potest tamen videri revocasse *d. l. 26.* aut *Nov. 121.* tum quod earum mentionem non faciat, ut non videantur correctæ, & procedat decisio *l. precipimus C. De appellat. tum quod postea Nov. de argent. contrahib. 136.* permittat beses usuras. Nisi velimus dicere, Iustin. tolerasse tantum, non etiam approbasse usuras, majoris mali evitandi causa, ut pulchre declarat Leo *Nov. 83.* eo modo, quo lupanaria permittuntur, tamquam minus mala, ad evitanda majora mala quæ causabantur per adulteria, sodomiam, & similia, Vid. Less. *d. lib. 2. c. 20. Dub. 4.*

16 Antichrestos pactum, quo pignoris fructus cedunt creditori, in vicem usurarum, jure civili receptum, propter incertum fructum eventum, *l. si ea lege 17. C. de usuris.* damnatum à Canonibus diximus supra, *de pignorib.* quod ratione dilatae solutionis lucrum fructuum non sine labe usuraria ipsi creditori cedat, non obstante incerto eventu. Unde si fructus percepti, deductis oneribus, sortem adæquaverint, mandat Pont. pignus restitui, *c. 1. c. conquestus 8. h. r.* Quæ res exceptionem patitur. Primo, in re feudali per vasallum obligata ipsi Domino. *d. c. 8. h. r.* cujus ratio supra ad *tit. de feudis* est data Secundo, in re pignori per socerum genero obligata, in securitatem dotis numerandæ (ita enim legendum non etiam numerandæ, cum hæc non desideret securitatem) ex qua perceptos fructus genero non cogitur in sortem computare, sed sibi servat, nec accepta dote restituit, *c. salubriter 16. h. r.* Quæ res non patitur difficultatem, si res fingera sint in dotem promissæ; tunc enim fructus pignoris videntur accepti in compensationem fructuum rei promissæ in dotem, & non soluta.

17 At quaestio est super ratione decisionis *d. c.*

16. R. Aliquos eam ponere in dotis favore, quia multa specialia continet; sed obstat *c. ad d. d. ne quidem pia causa facit usuras licitas.* Alii quos in conventionem, verum nec ea potestare usurariam labem, cum malitiam non minuatur partium voluntas. Aliquos vero esse in interesse damni emergentis, quod semper ritus sustinendo onera matrimonii, non propterea promissa dote, in cuius compensationem fructibus prædii oppignorati, dotee possidentur, utitur matris, non computando sortem. Ut dicendum sit, aliquam esse sortem hac in parte ex causa dotis, cum constiterit in subintellecto pacto liberati oneribus fructus, non tam ex dotis favore, quam ex interesse emergentis damni, vel loco satisfactionis oneribus matrimonii. Quod facit taliter in *d. c. 16.* quod fructus dotis frequentius sufficiant oneribus matrimonii, & certantur natij fructus prædii oppignorati matris sustinente ulla matrimonii onera, non sicut quæ salvet istam decisionem. Vid. Cov. *lib. 1. n. 3. Nav. de Restit. lib. 3. c. 2. n. 312. & 313. lib. 2. c. 20. n. 141.*

Quid si dos non à socero, sed extrinsecus data? Resp. Posse videri, id esse dicendum cum in *d. c. 16.* non tam ponatur viduante dorem, quam in oneribus matrimonii quæ etiam sunt in casu dotis promissæ tertio: ut posita decisionis causa, viduante dicenda decisio obtinere. Covarr. *d. c. 16. vers. tunc primò.* Contra tamen dicitur ex eo, quod ad socerum pertinet computatio onerum matrimonii, non etiam dorum ut in illo procedat decisio *d. c. 16.* nec am in hoc. Vid. Rebell. *De oblig. just. lib. 12. q. 10.*

Dubitationem recipit, An ex causa datae dotis, soluto matrimonio restituantur uxori, aliquid possit petere mulier, nec hæredes? Ita vid. Molinam *De just. prop. lib. 4. c. 5. num. 6.* allegantem text. in *d. c. 16.* Qui cum se fundet in oneribus matrimonii quæ marito incumbunt, non potest equè decisio trahi ad viduam, ejusve hæredes, in quibus ista ratio cessat. Ut contraria opinio verior, scilicet quod mulier accipiens dorem dilatae solutionis usuram committeret, quæ nec causa dotis, nec ulla alia etiam in materia

pia excusaret, c. 4. h. t. ut rectè tradit Covarr. d. loco *verf. sexto*, & loquitur Barbofa ad l. 2. in *prin. n. 40. D. foluto matrim.* Unde fi prædium adsignatum fit uxori loco pignoris, donec ei dos solvatur, fructus ex eo perceptos in dotem computare cogitur; cum nec favor dotis nec inopia viduæ permittat, ut illos lucreretur. Nisi inopia faceret mulieri intra annum viduitatis deberi alimenta ab hæredibus, tuæ enim pro ratione eorum posset uti fructibus, quatenus verè ejus interest, ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, ut rectè d. l. tradit Covarr. Non rectè autem quidam restringunt d. c. 16. ad casum, quo differtur solutio dotis sine ulla dilatione data per generum, quasi si dilationem gener socero dedisset, non posset dici socer esse in mora. Nam ista distinctio, si rationem interelle inspicimus, malè probatur, cum utroque casu sint onera matrimonii, & que ita & utroque casu veniat interesse. Procedit itaque decisio d. c. 16, ex causa onerum matrimonii, siue citra pactionem percipiendorum fructuum sit pignus datum, siue sub pactione, quæ non faciet causam manti pejorem: neque enim quid mali moris involvi potest pactione, siquidem sit circa ea, quæ jure haberi possunt.

20 De eo quoque dubitatum, An licitè & citra labem maritus caveat testamento, ut donec dos uxori viduæ restituta fuerit, aliquid annuum ei præstetur? Resp. Si jus civile inspicias hoc esse extra dubium, per l. 3. §. fin. D. de annuis leg. quæ habet, usurarum nomine ita relictum deberi, intra probabilem tamen usurarum modum: quod non mirum, quia eo jure usuræ sunt permittæ. Tantum esse quæstionem, an textus iste procedat de jure Canonum. Plerique sunt ejus opinionis, quod res ista sapiat usuram, ex eo, quod propter dilationem sit relicta annua pensio, atque ita lucrum, quos citat Barbofa d. l. n. 41. In idem inclinare videtur Covarr. Var. 3. c. 1. *verf. septimo*, dum tradit, statutum, quo cautum est, ut interim, donec dos solvatur, annuum quid præstetur, non esse immune à labe, nisi respectu verosimilis interelle, ratione damni emergentis, aut lucri cessantis; qui id ipsum in terminis hujus casus repetit ibidem n. 9. Idem multis tenet Jafon in l. 1. *lett. 2. n. 29. C. de sum. Trin. Barr. & aliis allegatis*. Contra vult Castrenf. d. l. 1. *num. 14. Barroli & Jaf.*

opinionem improbens; ex eo, quod testator possit gravare hæredem pœna nomine, si legatum non præstiterit, l. C. de his quæ pœna nom. Castrensem sequitur Alciat. §. *Paradox. c. fin.* qui tamen in hoc eam moderatur, ut procedat tantum, si testator dixerit solum tot annua dari, non etiam addiderit, loco usurarum; ex causa dilationis. Verum additam à testatore, etiam injustam pœnam hæredi non satisfaciendi esse extra usurariam labem, patet ex dictis supra *sod.* non etiam additam quantitatem, cui non rectè subjungitur soluti alicujus annui, propter dilationem nõ solutæ quantitatis. Ratio est, quod ratione facti non præstiti, aliquid legatario abesse possit, non etiam ratione quantitatis, quæ in se sterilis est, ut ei apposita pœna non possit non censeri apposita in fraudem usurarum, l. *Julianus 12. §. ibidem l. apin. D. de act. empr.* Et hoc, siue addiderit testator, causa usurarum se id præstari velle siue non, cum res illa non mutet vitium, nisi ostendi possit à legatario lucri cessantis aut damni emergentis interelle. Vid. *Canif. de V. juris c. 1. n. 24.*

21 Tertio excipe casum c. 1. in fine h. t. ubi Clericus mutuum laico dedit sub lucro fructuum beneficium, quod laicus injustè possidebat, & Clerici erat. Ratio additur à *Glof.* quod non alienum, sed suum recipiat: quæ ratio ex textu colligitur, dum dicit, *nisi forte Ecclesia beneficium suavit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.* Ut etiam beneficium malè ab alio detentum hac via rectè quis videatur recipere; ex dicta ratione, cum secundum omnes non sit illicitum nec usurarium immediatè ex mutuo solutionem veri debiti sibi paratè, v. g. decem de mutuo, ut cum illis alia decem debita reddas, ut cum nihil accipiat ultra sortem, quod sit mutuatarii, s. d. vel suum, vel sibi debitum. Quod omnino rectè procedet, si debiti recuperatio in pactum deducatur, quia non potest esse fraudulenta, sed respondens justitiæ; ex consensu debitoris. Si pactum non exprimitur, necdum potest dici subesse vitium usuræ; ex dicta ratione, quod nihil alienum ultra sortem recipiatur. Aliud tamen injustitiæ genus suberit, cum compensatio clandestina non sit licita, ubi alia via juridica, qua quis suum recuperet,

obvia est, præcipue quia res ista scandalo non vacet, ut dictum Tit. superiori. Vid. Per. Nav. de Restit. lib. 3. c. 2. fin. n. 356.

22 Pater itaque ex dictis, usuram esse prohibitam, imò & propriè sumptam pro lucro vi mutui, id est tamquam pretium mutui, intrinsecè malam esse, & rationi repugnantem: ut neque dispensatione, neque ulla circumstantia iustificari possit, cum essentialiter contineat injuriam & injustitiam circa proximi res. Quæ sine dubio inficit exercentem usuras peccato mortali, non tantum si eas receperit, sed et si de his pactas fuerit, aut ejus intentionis sit, ut recipiat, nam peccata cogitationis, oris & operis ejusdem sunt ordinis.

23 Præterea qui usuras recipit tenetur ad restitutionem earum, sive Clericus sit, sive laicus, c. 1. §. 2. h. t. neque enim in uno minor est ratio quàm in alio, cum uterq; rem non suam detineat, cujus restitutioni obnoxius, ante quam non remittitur peccatum, c. Peccatum D. R. I. in 6. Quod autem uterque rem non suam detinet, est, quod usuras dans non voluerit illas donare, sed dare, quantum justitiæ ratio permittit, nec plus à se abdicare, quàm ex justitia debet. Suar. De Simonia c. 59. n. 26. Quia autem pretium usurarum nec ex justitia debebatur, nec exigi justè poterat, voluntas dantis non potuit habere effectum, cum ubi causa dandi non subsistit, nec datio subsistere queat. Nec rectè obijeris, quod causa fuerit impleta, scilicet mutuum datum, quia ista translatio mutua pecuniæ non est sufficiens ad iustificandum exactiorem alicujus lucri ultra mutuum, ex vi ejus. Cessante itaque voluntate dantis usuras, non potest earum dominium transire in accipientem, ut nec agrum, domum, equum usurarum nomine acceptum ab usurario, in ejus dominium transire, quia contractus sit nullus, rectè tradit Covarr. Var. c. 3. n. 6. Nav. d. l. n. 387. Unde consequitur, translata hujusmodi in tertium possessorum posse ab eo vindicari, cum plus juris non habeat tertius quàm ejus auctor habuit, nemoq; plus juris transferat, quàm habet, l. nemo 54. D. de R. I. §. c. nemo 79. eod. in 6. Licet contrarium velit Nav. in summa c. 17. nu. 205. ex eo, quod voluntariè res tales sint datæ ab eo, qui mutuum accepit: verum hoc falsum esse jam ante dictum. Vid. Less. lib. 2. c. 20.

Q. An saltem rei ex usuris comparate adquiratur dominium usurarius? R. Hoc non traditur, & probari hac ratione, quod res justè ab usurario adquisita, licet pecunia aliena, per obnoxium quidem facit pecunia, non tamen contractum invalidat. Quò facti tenentur ex ead. de rei vindic. in quo deponitur pecunia, emptas possessiones deponens male non tenentur ferri petiti, cum res ipsa nihil mali in se continet, sed tantum pecunia, cujus restitutio ex Cov. d. n. 6. ubi tradit, tenent etiam clericum fructus ex re usuraria perceptos, tamquam perceptos ex re aliena à malæ fidei possessoribus, si quis à non domino. Et hoc accipitur de usuraria, non etiam de comparata, quæ tenentur usuraria, quia hæc sic ipsius usurarii sunt. Vid. Navar. de Restit. lib. 4. c. 1. n. 4. §. 1. Suar. De cultu div. v. c. 38. n. 12. §. 119.

Q. II. An pro restitutione bona tenentur alijis titulo hypothecæ obligata? R. Non Abbates, in c. 5. n. 12. h. t. quem sequitur Cov. d. loco n. 6. tradere nulli a jure in d. d. hypothecam, cum sine jure induci hypothecæ tacita non possit. Nec rectè alligantur, quia ibi non dicitur eos, qui usuras solvere agere hypothecaria, sed in solutionem earum injuste acceptarum esse vendendas possessiones de usuris comparatas. Si tamen vendi nequeunt ex causa usurarum, cum terti per alterum non sit inferenda iniquitas. Et hoc, si ex causa onerosa peractum sit; nam causa lucrariva faceret iniquitate vendendas esse illas possessiones, quæ ter licet ter alterius jactura, ut rectè tradit Cov. d. l. secundum ea, quæ traduntur D. de his quæ in fraud. cred.

Q. III. An teneantur usurarii heredes? Tenent non tantum suos, sed & extraneos. Tuano: 9. h. 2. eadem ratione, quæ de defuncto, quia res defuncti non fuerint, ut nec red's esse possint, ne alieno scelere defunctum quod defunctus tenebatur ad dandum exsolvendum, ut etiam heres ad idem tenetur, saltem jure Canonico, quo heres incumbit exoneratione conscientie defuncti, tantum in casu, quo penitens decellit, ut Abbas in fin. sup. de sepult. quali tunc videtur

tur mandate restitutionem, verum et si imp-
nrens, ut probatur sup. d. tit. de sepul. n. 11. &
probat Covar. d. lib. n. 7. Quod facit, quod e. 9. lo-
quatur in distincte, ut sit taliter intelligendum.
Non tenetur autem ultra quam fert hereditas,
uti colligitur ex c. 5. sup. de raptorib. & habet re-
gula juris, *l. ex qua persona* 149. D. de R. I. neque
ecim quis aliunde magis gravandus, quam
honoratus Plura Biasf ad d. c. 9. q. 1. h. t. Lell. d.
c. 10. dub. 20.

27 Legatarios quoque teneri ad restitutionem
recte dixeris, deficiente herede, si per legatum
factus sit defunctus non solvendo, quia tum in
eo est causa damni, & lucrum capeter damno
alieno, quod iniqum. Navarr. de restit. lib. 3.
c. 2. n. 418.

28 Non tantum res ipsa usurarum nomine ex-
acta restituenda, verum & damnum, quod ea
de causa perpellus mutuarius, & interesse, no-
mine lucri cessantis aut damni emergentis cau-
satum ex prestatione pecuniarum causa usurarum,
cui causam dedit usurarius; non minus quam
fur, qui tenetur ad omne damnum & interesse
illi, cui furtum fecit. Nec obstat, quod ad in-
teresse lucri cessantis ex contractu mutui aut
simili non teneatur quis, si in pactum non fue-
rit deductum. *l. si sterilis* 22. §. cum per vendi-
torem D. de act. empti; nam aliud est in deli-
cto, quod continud ponit in mora non resti-
tuentem, & sic ad omnia damna obligat.

29 Quid si res accepta usurarum nomine peri-
erit sua sponte? R. Generaliter receptum esse,
post moram debitoris re intercepta, perpe-
tuari obligationem, *l. quod re* 5. D. de reb. cred.
idque ne facto unius alteri contingat injuria, ut
quod tempore non reddiderit, ipsi imputan-
dum veniat. Videtur tamen hac in re distin-
guendum, in casu, quo res eodem modo pe-
nes dominum erat peritura: ut si dominus eam
rem erat distractus, sive vendendo sive do-
nando, usurarius teneatur non secus atque sui,
& qui per merum rem ablatam non restituit,
l. item 14. §. quod si homo D. quod metus caus.
qui in tali casu est causa damni. Si vero domi-
nus erat rem sibi servaturus, usque ad id tem-
pus, quo fato peri tres, non videtur damnum
causatum ab usurario aut simili. Ut non teneatur
domino, cui nihil abest ejus facto, at-
que ita equum sit eum liberari, cum quod re

restituta non esset consecutus dominus, id
necre perempta equum sit per eum exigi, *l. si
plures* D. de pos. Vid. Cov. ad c. peccatum 2. §.
6. nu. 1. & dicta ad d. D. de rei vindic. n. 54.

Dubitarur, An Judæi teneantur ad resti-
tutionem? R. Causam dubitandi sumi ex Deus. c.
29. ubi permittitur Judæis ab alienigenis usuras
exigere: ut possint videri non peccare, nec tene-
ri ad restitutionem, quasi non accipientium.
Verum dictum supra eod. hoc non accipiendum
generaliter, sed in casu certo, excipiendum ge-
neraliter, sed in casu certo, extra quem Judæi
non minus quam Christiani peccant in usuras
exigendo, tamquam alienæ rei possessores, eos-
que non convenit esse melioris conditionis
quam Christianos, cum, ut habet IC. in l. 4. D.
quod vi aut clam, stulti non debeant esse meli-
oris conditionis, quam periti. Quo modo in s.
post miserabiles, 12. & c. penult. h. t. præcipitur
Principibus sæcularibus, ut cogant Judæos re-
mittere usuras Christianis; alias iis Christia-
norum communionem omnimodam dene-
gandam, Canil. hic c. 7. num. 4. Nec, quod d. c.
pen. nolit immoderatas & graves usuras exigi,
quasi immoderate exigi possint, argumento à
contrario sensu; nam omnes suat immode-
rata, cum quidquid præter sortem exigitur sit
injustum atque immoderatum: quomodo d. c.
12 loquitur simpliciter de usuris restituendis

Cooperantes qui & qualiter teneantur, et-
iam quaeritur? Resp. Omnes teneri ad resti-
tutionem in solidum; sicut ipse principalis qui
efficaciter, sive consulendo, sive procurando,
sive scribendo aut aliter cooperantur ad usura-
rum exactionem; quia cum causam damni
dederint, damnum dedisse videatur, tenentur-
que ad ejus restitutionem, quatenus à princi-
pali non est facta, qua de re Navarr. c. 17. nu. 17
& 130. Hinc consulens exigere usuras, proxe-
nera sive mediator, tenentur, quia concurrunt
ad exactionem. Nisi tamen ideo concurrant
ut mutuuario provideant, cui aliter provi-
sum esse non possit: nam cum mutuarius
recte eo casu sub usuris solvendis mutuum ac-
cipiat, ita & alii eam in rem concurrunt, non
tam peccantes, quam caritatis, bonique con-
silio & auxilii officium præstantes, Navarra
de Restitut. lib. 3. cap. 4. Lell. d. cap. 10. nu. 178.

Tene-

Tenentur & Judices, eorumque consilarii qui statuto vel sententia solvere usuras compellunt, aut solutas repetentes impediunt, quia concurrunt ad eorum exactiorem, vel iniquam retentionem, quales ideo excommunicationi subicit Clemens V. *Clem. an. h. t.* Uti & eos, qui ejusmodi statuta non delent intra tres menses, aut consuetudines ejusmodi non abrogant. Exceptionem hæc patiuntur in iudice usurarios admittente, nullo iis adhibito auxilio. *Less. d. loc. n. 179. Navar. de Restit. l. 3. c. 2. n. 441.*

33 Tenetur item Notarius instrumentum confabens, quo ad usuras solvendas cogatur mutuatarius, quia concurrat ad causam damni, nisi ad petitionem hujus, ursei subveniatur, scripserit, quia beneficium potius præstare censetur, quam injuriam inferre. *Navar. d. c. 2. n. 429. & seqq.*

34 Rectè quoque dicentur illi teneri tamquam cooperatores, qui penes usurarium pecunias deposuerunt, in finem eas mutuandi sub lucro usurarium: nam si alio fine, non tenebuntur, etiam si eas expendit illicitè usurarius, quia non possunt videri concurrere, usurario ex sua malitia abutente pecunia deposita, nisi quod possit depositio videri dedisse occasionem peccandi, quæ in peccato quidem ponit deponentem, tamen citra restitutionem.

35 Quid de famulis dicendum? Respondendum, Certum esse, hos, si contractum usurarium ineant, licet non suo, sed dominorum nomine, teneri ad restitutionem, quod damnum secutum consursu causent. *Navar. d. c. 17. n. 267.* ubi vult eos teneri principaliter etiam ante excusum dominum, quia non tamquam accessorii, aut fideiussores intervenerint, sed tamquam principales contrahentes. Videtur tamen probabilius, eos teneri, nisi in casum, quo fenerator aut non vult solvere, aut non potest, quod hujus negotium principaliter agatur. Dubium est in casu, quo famuli contractum non ineunt, sed tantum recipiunt pignora, numerant pecunias, expensas in rationes referunt. *Navar. d. loco numer. 266.* vult tales & peccare, si fiant pecuniam sub usura mutuari, & teneri restituere, quasi ad iniquitatem usurariam concurrentes. Cujus opinio rectè procedet, si famuli, aut pecuniarum col-

lectores aliquo modo cogant mutuatarium persolvendum mutuum cum usuris, idque oportunitis verbis, exactiorem aut minus, hujusmodi ponunt injuriam proximo inferre. Si autem nullo modo cogatur, sed mutuatario solvere accipiant pecuniam, & recipiant, non possunt videri iniuste exacti, aut contractui cooperari, cum contractus exactio per dominum sit causata. Quæritur & conservans pecuniam exactam non potest videri efficax causa injusti damni, quæ tantum exhibet ministerium. *Vide. Auzan. de Moral. p. 3. lib. 5. c. 18. qu. 9. Navar. de Restit. d. c. 2. num. 425. & seqq. Less. d. c. 2. n. 441. & seqq.*

Dicta de restitutione omnino obtinet in usura reali, quando scilicet factam conventionem inter mutuantem & mutuatorem usurarium lucrum est superadditum. Illi usura conventionalis, quando conventionem quidem est de solvendo usuras, non tantum la sunt acceptæ: quæ in re peccatum quibus commissum à mutuatante, propter voluntatem appetitum, quia tamen de facto non est solus proximus, non potest esse restitutorius.

Quæritur autem, An ex mentali conceptum sit noxium restitutioni? Respondendum. Mentalem usuram hic non accipimus peccato interiori, distincto ab omni exteriori, sive pro pravo animo, quo tantum quidem lucrum usurarium, nulla tamen minus subsecuta datione. Nam certum est, abutendum esse, ex manifeste ratione, quod mala intentio, quæ est actus immundus, non possit ullum damnum inferre, ut solo presentia tale peccatum sit expiandum, & mentalem usuram in materia restitutionis accipiendam esse pro animo prævio, quæ actus exterior, scilicet lucrum ultra mutuatantem latio & acceptario, est subsecutus. Quod videtur mihi admodum probata sententia. *Tri à Navar. d. lib. 3. c. 2. num. 210. & seqq.* distinguens varios casus. Primo, An ex parte & dantis mutuum, & reddentis sit intentio, quod & speretur, & reddentis sit ex liberalitate. Secundo, An utroque presentio sit prava, & dantis recipienti quæ sit contra sortem, quasi ex debito, vi mutui, & non

tustarii, qui non aliis ultra sortem reddet, quam quia putat alias sibi non fore consultum. III. An tantum ex parte mutuarii sit prava intentio, qui non nisi & quasi ex debito reddit coacte ultra sortem, cum ex parte mutuantis sit animus recipiendi ex liberalitate. IV. Si corrupta sit intentio mutuantis, qui lucrum immediate vi mutui intendit, offerens autē sana & bona intentione, liberaliter scilicet lucrum dederit.

Primo casu nulla potest dici subesse usuraria labes, cum nec mutuanti adit illicita intentio habendi alienum, invito domino, nec datus tam coacte dederit, quam liberali, & grato animo; quo casu ut cessat furtum, ita & usura.

Secundo non potest negari contineri usurariam labem, cum utriusque intentio sit mala; & mutuantis, qui lucrum ex mutuo principaliter intendit, & turpiter, contra præceptum divinum, *Mutuum date, nihil inde sperantes*, & mutuarii, qui dat involuntarie, non daturus, si aliter sibi consulere posset, quo in casu videtur loqui textus in *c. Consultus 10. h. tit.*

Tertio casu, durante bona fide & intentione mutuantis, credentis liberaliter & grato sibi superadditum lucrum, nec peccabit iste, nec tenebitur ad restitutionem mutuarii, cui placido ac prompto animo mutuum dedit; nam si moroso aut averso, ratio esset, per quam posset præsumere, non superaddi lucrum gratiose à mutuatio, sed coacte. Dico, durante bona fide; nam conscius postea contrariae intentionis teneatur ad restitutionem lucri eo modo, quo usucapiens, donec est in bona fide, recte possidet rem alienam. Ubi vero conscientia rei alienae accessit, teneatur restituere. Non tenebitur tamen hoc in casu nisi quatenus factus locupletior; nam cum bona fide processerit, non tenebitur ex injusta acceptione, sed ex detractione rei, quam facit injustam superveniens scientia invaliditatis tituli, ante quam non potest dici male consumpsisse, qui tamquam Dominus abusus re quam putabat suam, atque ita non teneatur de consumpta, *argum. eorum. qua traduntur de bone fidei possessore D. & C. de rei vindic. & Instit. De rer. divis. §. Si quis à non Domino.*

Quarto casu fatendum est, peccatum esse mortale usurae interae; quod ponit voluntas habendi rem proximi via improba, juxta responsum in *c. fin. sup. de simonia.*

Controvertitur autem, An eo casu restitutio sit facienda à mutuantem? R. Affirmativam partem adstruimus, Primo, per textum in *l. 4. §. 2. D. de condit. ob turp. caus.* qui habet, turpiter & sine titulo acceptum repeti posse, etiamsi non turpiter sit datum, ut in casu proposito, cum causa ex parte accipientis sit illicita & usuraria ut nequeat accipiens retinere, quod accepit. Secundo, per text. in *l. si ego 18. in princ. D. de reb. cred. l. in venditionib. §. D. de const. emp. l. in omnibus 55. & 57. D. de oblig. & act.* in quibus dissensus in causa rei tradita facit nihil valere quod actum est; ut, si putem mihi donari, quod mutuum datur, nec donationem nec mutuum esse ait. *C. d. l. si ego*, nec nummos accipientis fieri. Tertio, per text. in *d. e. consultus 10. h. tit.* ubi intentio sola, ut plus sorte recipiatur, cessante licet omni conventionem, facit accipientem obnoxium restitutioni. Contraria tamen sententia, allatis non obstantibus, videtur probabilior scilicet accipientem non teneri isto in casu ad restitutionem ejus, quod liberaliter ultra datum est. Quam pactem tenet Covar. ad *c. peccatum p. 2. in princ. n. 4.* qui tradit, pravam quidem attentonem facere accipientem Deo obligatum esse ad agendam penitentiam, non tamen obnoxium restitutioni Ratio est, quod restituendi obligatio nascatur ex injusta laesione proximi, aut damno injuste illato; hic autem nulla laesio nullum damnum proximo, qui sponte & libere obrulit, potest dici illatum. Facit eodem *d. e. fin. de simon.* in quo accepta per simoniam mentalem & sancte pacto, non sunt restituenda, sed tantum placandus dicitur Deus. Cujus resolutionis non potest esse alia ratio, quam quod aliter voluntarie pecuniam obrulerit, ut nulla ei possit dici facta injuria, quae restitutioni aliquem reddat obnoxium. Facit denique, quod traditur de fure accipiente rem alienam à Domino, quem putari vitium, cum sit voluntarius, qualem non teneri actione furti, expressum *Instit. de oblig. qua ex delicto nasc. §. sed et si credat l. inter omnes 46. §. per contrarium D. de fure. nec obligari ad restitutionem; siquidem nihil per injuriam*

Cccc

juriam

juriam potest videri detinere, qui rem alienam ex domini consensu obtinet, licet in animo sit peccatum furti commissum. Vid. Azor. p. 3. lib. 5. s. 27. Navar. d. c. 2. n. 217 & lib. 2. c. 2. n. 388.

Ad argumenta in contrarium allata dicendum: Primum non obstat, cum loquatur in casu, quo acceptio est illicita in se, & in ipsa causa quae turpis, non etiam quando tantum in opinione & intentione: ut in casu proposito, in quo non agitur de contractu, sed de donatione, quam alter quidem ut talem acceptat, sed minus liberalem, quae res non potest infringere effectum. Non obstant textus secundo loco adducti; quia loquuntur in casu, quo traditio fit ex causa, in qua proinde dissensus existens inter dantem & accipientem, quorum uterque fingit sibi diversum reatum, unum donationis, alter emptionis, impedit translationem dominii. Hoc autem in casu recipiens scit, nullam subesse causam debiti, aut non nisi iniquam & reprobam jure naturali: ut licet recipiens lucrum ultra sortem tamquam debitum, habeat tamen implicitum animum recipiendi gratuito. Et quamvis, durante conscientia erronea lucrum sibi acceptum habeat tamquam debitum, & tamquam a coacto datum nomine mutui, peccet; nam erronea conscientia obnoxium faceret peccato & restitutioni: ea tamen deposita, mutato animo ex circumstantiis, cessabit restitutionis obligatio etiam in conscientia, cum esset injustitia, cum exterior, quia mutuum accipiens non est involuntarius; tam interior quia mutuius habet voluntatem non capiendi ab invito, sed gratis datum gratis accipit. In dubio animus colligi potest ex circumstantiis, ex qualitate rei datae, ex signis amicitiae, ex jactura vel lucro dantis. Ubi etiam advertendum, an mutuans dederit aliqua signa animi appetentis lucrum, quae potuissent incitare mutuatarium ad quid dandum non voluntarie. Ex aliis quoque signis idem est colligere viro prudenti. Non obstat d. cap. consuluit, quia loquitur in casu dubio, an ultra sortem sit quid liberaliter datum, an coacte, ut ait Covarr. d. loco imò praesumendum non esse datum liberè (si iudicia aliò non trahant) ei, qui aliàs non daturus erat mutuum, nisi lucrum esse consecutus. Unde praesum-

prio colligitur violenta, quod mutuatario dederit gratis, sed causa mutui habenda, ut dicitur ibi Pont. mutuatorem esse restituendum ad restituendum. Vide hoc etiam aliqua sup. De simonia n. 118 ubi dicitur de conciliatione. d. c. si a. s. d. c. 2. n. 2.

Hæc de restitutione, quæ etiam locum habet in casu, quo juravit mutuatario solviturum, secundum e. 6. sup. de pœnit. d. c. reperiendum, neque enim facit juramentum mutuatario tutum mutuantem in contractu, sed tantum facit repelli juramentum, donec solutionem obtinuerit a juramento factum est. Imò & ad relaxationem hujusmodi juramentum creditores cogi possunt. d. c. sup. d. tit. De juramentis.

Quod si accepta usura sit remissa mutuatario, quia eas solvit, nihil videtur dandum ab eo, cui sunt soluta, cum sit deinde delictis sive civilibus sive criminibus tenus privatum interest, librum sui juris suum remittere: est enim condonatum arbitrium reum suatum, & in re communi nisi in casibus, quibus jus remitti non potest, ut in casu e. si quis a. s. d. c. 2. n. 2. scribitur in 6. c. 2. in fine de censu. s. 6. hoc quod in casu praesenti ratio cessat rationis scilicet quod alienum invito dominum tunc datur, cum per remissionem, quod mutuum datum est, donet gratuito, ut dicitur D. Augustini. Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, quia non cessat latum ita condonatum. Covarr. d. n. 1.

Inquirendum restat, cui sit faciendus restitutio. Ubi certum est, illi faciendam esse, cui fuit iniuriosa ablatio. Ut aliqui mutuatario sentiant, qui volunt sufficere eas pauperibus, quibus non fuit iniuriosum, non superfluit, eius hæredibus faciendum creditoribus. Quod si non inveniant mutuatarius, nec eius hæres, sufficere in pauperibus fieri potest consulatur mutuatario non est habenda ratio, ne egrat foveatur ex suo maleficio lucrum caperet, & iniuriosum possideat. Excusabit tamen eum in mutuo inopia, d. c. 6. h. 1. cum ad impediendum teneatur.

Notatur præterea usuras exercens infamia
l. improbum 20. C. quib. ex caus. infam. irrog.
 42 Sed quaeritur, An ipso jure? R. Non videtur, per
 d. l. 20. in qua dicitur irroganda infamia, quod
 verbum videtur accipiendum de sententia fe-
 renda, Gl. tamen in d. l. 29. illud accipit de sen-
 tentia lata, vultque ipso jure irrogari infami-
 am; quam & alii sequuntur, & comunem dicit
 Covar. 3. *Var. c. 3. n. 2.* Quæ sententia & jure
 Pontificio videtur probari, *c. inter 11. inf. de
 excessib. Pralat.* in quo Pont. usurarium vocat
 indignam & vilem personam. Loquitur autem
 d. l. 20. de iis, qui illicitè exigunt usuras.

Unde dubitari possit, An hodie illi noten-
 43 tur, qui intra præscriptos jure Cæsareo limi-
 tes eas exercent? R. Ita dicendum esse: nam
 quod d. l. 20. tantum notentur exi- gere, resili-
 citas, est, quod eo jure intra præscriptos terminos *l. eos
 C. hoc t. usurae licite exigebantur*, ut non me-
 reantur ex gentes poenam, qui legi se confor-
 mant. Verum cum naturali & Canonico jure,
 qualibet usurae sint improbatæ, dicendum, ad
 exercentem qualcumque usuras dictam poe-
 nam extendi, non ex vi juris civilis, quia poena
 non solè extendit secundum dicta in simili sup.
De Conjang. num. 29. sed Canonici, per d. c. 11.
 ubi irritatur collatio facta usurario tamquam
 vili & indignæ personæ, cui ad officia, benefi-
 cia, aliosque honores non est aditus, *c. Infanti-
 bus de R. l. in 6. Covar. d. loco num. 3.* Quod ac-
 cipiendum de notoriis usurariis, nam occulti
 infamia juris non adiciuntur, donec eorum
 crimen detegatur per sententiam.

Præterea usurarius manifestus, qualis est,
 44 qui publicè usuras exercet, aut in judicio con-
 fessus, ut eadem iuris, ab aëris communi-
 one & Ecclesiastica sepultura est reinoven-
 dus, *c. 3. & 5. h. t.* Cujus ratio est, quia consti-
 tutus in peccato mortali, quali non tam pro-
 dicit communio & sepultura Ecclesiastica,
 quam obesse secundum dicta sup. *de sepulc.*

Habetur etiam inestabilis, ut testamentum
 non faciat cum effectu, per *c. quamquam eod. in
 d. nisi vel restituerit usurarum nomine acce-
 45 ptum, vel jussit restitui de facto sufficienti
 data cautione de restituendo, quatenus fuerunt
 vires hereditatis. Quod ita inductum, ut
 facilius usurarii ad cor redeant, Peguerra De-
 cess. 31.*

Quid si testamentum fuerit factum, ante-
 quam esset usurarius? R. Rectius dicit, testa-
 46 mentum prius everti, propter subsequenter
 inhabilitatem cum inquiratur, habitas adit &
 tempore testamenti facti & mortis. Covar. *d.
 c. 3. n. 9. vers. Undecimo.* Quo modo eam deesse
 facit omilla cautio, quam necessario Canones
 requirunt ad hoc, ut usurae restituantur, qui finis
 & hic obtinet; & quidem idoneam qualis est,
 quæ sit per fidei jussores vel pignora, hanc enim
 solam idoneam habent leges; *l. mandato 59. §.
 fin. D. mandati. Gl. communiter recepta in d. c.
 quamquam, cum aliis cautionis nomine etiam
 nuda promissio contineatur, l. 3. c. de verb. signif.*

Ubi quaeritur, an sufficiat testamentum fa-
 ctum cautio subsequatur? R. De jure verius
 47 esse testam-entum non subsistere, nec ideo con-
 valere per subsequenter cautionem, cum
d. c. quamquam aliter factum quam satisfaci-
 one præmissa, aut idonea cautione, vel esse
 irritum; & secundum juris regulam requiratur
 habitas in testatore tempore facti testamenti,
l. 1. §. sed si filius D. de legat. 2. non sufficiat
 autem, si subsequatur, cum ab initio nullum tra-
 ctu temporis non confirmetur, *l. 1. D. ad reg.
 Canon.* Contrarium tamen communis dicit re-
 ceptum Covar. *d. c. 3. in fine, Ant. Gabriel.
 Commun. Conclus. lib. 4. concl. 3.* propter ea
 quod satisfactum sit constitutioni Canonis, ej-
 usque fini, ut scilicet restituantur usurae quod
 isto casu fiet. Fatetur tamen de jure priorem
 sententiam esse veterem, & posteriorem obtine-
 re in Ecclesiastica sepultura, etiam præstita
 cautione per hæredes usurarii quod cesset causa
 ob quam denegata est quatenus tamen defun-
 ctus est contritus, quia alias non prodesset ei
 terra sacra.

Relicta itaque testamento tali non valet,
 sive particularia, sive universalia.

Quaeritur autem, An & legata pia in eo re-
 48 licta peti nequeant? R. Ita videri posse, ex eo,
 quod cum testamenta hæc omnino irrita
 sint nihil ex iis peti possit. Quod facit, quod
 ut mox dicemus, nequidem oblationes a tali-
 bus Ecclesia recipere debeat, *c. quis 3. h. t.* Ita
 tenet Abbas in *rubr. de testam.* Censet tamen
 Covar. *d. loco* æquius esse, legata pia præ-
 stentur, modo solvendo sit hereditas iis, à
 quibus usurae exactæ; neque enim pia
 Cccc2

causæ favendum cum detrimento alieno, cum elemosyna de alieno non sit iusta. Peguerra *d. decif. 31. n. 9.* Nec obstat, quod *d. c. quamquam* generaliter disponat, irrita esse raliu testamta; cum lex geeraliter loquens restrictionem admittat, secundum jura alia, quæ multum favoris attribuunt piæ causæ, ut licet testamta aliàs non subsistant, causæ tamen piæ ratione sustineantur.

49 Q. II. An relicta codicillis valeant? Respondendum. Id posse, cum *d. c. quamquam* tantum loquatur de testamento, ejus constitutio cum sit pœnalis, videtur non extendenda, *c. Odia de R. l. in 6.* Contra tamen dicendum; foret enim aliàs illud iura testandi prohibitio, nisi prohibitus t. stari posset codicillis relinquere pro lubitu. Fact, quod codicillorum factio pendeat à licentia testandi; ut cui hæc est denegata, & illa denegata censeri debeat, *l. 2. §. pon. D. de jure codic. Gl. in d. cap. quamquam.* Quo casu extendi rectè constitutionem pœnalem tradit Felin. in *e. Translatio nu. 11. sup. De constitut.*

50 Q. III. An liceat illi donare mortis causa? Resp. Hec posse videri, cum donet inter vivos bona non quesita per labem usurariam, uti dictum *D. de donat. num. 14.* quoad initium autem hæc donatio magis accedat tractatui, & sic donationi inter vivos, quam ultimæ voluntati: ut *d. c. quamquam*, cum sit pœnale, non tam debeat extendi, quam suis terminis concludi. Communiter tamen contrarium receptum, cum donatio talis habeat effectum legatorum, & possit, ea opinione admittà, fieri fraus *d. c. quamquam.* Covarr. *p. 3. Rubr. de testam. n. 14.* Jul. Clar. *§. Donatio q. 7.* Peguerra *d. decif. 31. n. 12.*

51 Q. IV. An Judæi teneantur pœna *d. c. quamquam*: Rem esse controversam, & posse videri non teneri, cum sint extra Ecclesiam, ejusque legibus non teneantur. Verumtamen non improbabile, eos quoque comprehendi, & ad observationem *d. c. quamquam* constringi, non quoad pœnas spirituales eo contentas, quæ eos, cum sint extra Ecclesiam, ligare nequeunt, sed quoad alias pœnas, quæ ratione politica ad legis naturalis observationem & tutelam constituantur; quibus cum omnes homines ligentur imò etiam Principes, quidni & Judæi, subiecti eatenus non tantum Principibus sæcula-

ribus, sed & Ecclesiasticis. Quibus constituta est, testamta Judæorum ultra, quæ sunt aliàs valitura, quam præstita debita causa de restituendis usuris, quas perceperunt, & ejusmodi præceptum Ecclesiæ spectat ad observationem legis naturalis, cuius præceptum contraria est usurarum exactio. Covarr. *num. 9.*

Nulla præterea oblatio à tali personâ piendâ; recepta restituenda, ne videatur Clerici cooperari ejus peccato. Oblationi tamen recipiens, aut corpus ejus legitime odens, suspensionem hoc ipso incurre, à quo non nisi post satisfactionem ad restituendum Episcopi absolvendus, *c. 3. h. 1.* Mandatum & Clericus ab officio & beneficio. Layta- communicandus, qui monitus à vicario exercitio non desistit, *c. 7. h. 1.* Mandatum rariis locantes ad s. in terris suis laborerunt mittentes censura à suis Prælatiis notandi Clerici majores, ut Patriarchæ, Archiepiscopi Episcopi, suspensionem, minores excommunicationem incurrant; collegium autem sitas interdicti sententiam. Qui si non pudent in tali statu, ex tunc eorum interdicto subjacent, *cap. 1. tot. in 6.* Quod tantum loquitur de alienigenis non admittis, ut non obtrineat in indigenis pœnam contineat, quæ non extenditur, tunc videtur esse in eo, quod plerumque res se dent huic improbo lucro extorcentibus abactis facile erit indigenis. Exerere usuras non esse peccatum ab actis pertinaciter tamquam hæreticos pœnas vult Clemens V. & contra eos interdictos aut suspensos de hæreticis pœnas *Clem. 1. h. 1.*

Fuit in Italia ante aliquot annos talis modus subveniendi pauperibus aut paribus, eorumque miseriis sublevandis, pœnam collatis eum in finem à virtus pietatis donatione inter vivos, sive ultima voluntate pecuniis, quem *Moniam pietatis* appellavit placuit. Sunt autem istius Moniam conditiones; ut pauperibus mutuum detur certam summam, certum tempus, annu scilicet aut amplius, modico in singulis annis contributo, & acceptis ab his pœnas idoneis, quæ nisi lauant intra d. certum

distrahantur, & quod ex pretio, sorte detracta & Monti restituta, mensuroque augmento superfluum, domini pignorum reddatur.

53 Qua in re controversia est, An iste Mons pietatis sit licitus, nec sapiat usurariam labem? Respondendum. Fuisse, qui labem usuraria eum carene negarunt, hæc potissimum ratione, quod quid accipitur ultra sortem; nec salvari posse Pontificum decretis, quæ non prævalent juri naturali & divino, quo prohibetur esse usuras probatum est supra eod. num. 14. Ut ne quidem in gratiam præ causæ permitti dispensativè per Pontifices possint, cap. 4. h. 2. cum non sit faciendum malum, ut inde eveniat bonum. Dicendum tamen, nihil istum Montem improbi continere, nihilque obstat, quo minus in Republ. sit admittendus, in commodum pauperum, sub dictis conditionibus. Nam quod in singulos menses quid ultra sortem contribuat, id exiguum est & non tam exactum vi mutui, quam ratione expensarum, quæ necessariae sunt ad Montis conservationem & administrationem, Cujus ordinis sunt alimenta, stipendia eorum, qui Monti præstant & deserviunt; reparaciones ædium, in quibus, Mons iste constitutus, alique sumptus: qui si ex Montis summa essent subministrandi, non posset ille subsistere. Ut quod ultra sortem accipitur non possit dici usurarium, eum, secundum dicta superius, damni emergentis causa acceptum sit extra labem, modò ultra expensas necessarias Monti nihil accedat lucri. Non facit etiam, quòd pignora accipiantur, & distrahantur, si intra tempus non luanantur; nam hoc ideo, ne Mons exhauriatur per defectum solutionis, & pluribus subveniri possit. Quibus attentis Leo X. Pont. dictum Montem in Concilio Lateranensi approbavit, adfirmavitque eos licitos & sanctos esse & per prædecessores suos ex certa scientia approbatos. Vid. Navarr. in *summa* cap. 17. nu. 217. *de usuris* Notab. 20. Molina de *Iust. & jure* Tract. 2. disp. 325. Azor p. 3. lib. 5. c. 8. & 9. Less. l. 2. c. 20. dub. 23. & plenius in *Append. ad d. dub. 23. & alii.*

54 Unum restat inquirendum, An usurae delictum sit fori Ecclesiastici tantum, an verò mixti? Respondendum. Non deesse, qui merè Ecclesiastici fori esse velint, fundamento ex *Glof. in cap. sit 8. V. malefactores sup. de foro*

compet. & in c. 1. sup. de off. ordin. Quibus suffragari videtur textus in *cap. 1. 2. & 7. h. 1.* ubi laici usurarii dicuntur puniendi à giudice Ecclesiastico, etiam vinculo excommunicationis constringendi. Facit proisdem, quòd in *Clem. 2. de judic. usurarum* causa videatur computari inter Ecclesiasticas. Frequentior tamen opinio, probata tam juris civilis Interpretibus, quam Canonici, habet, esse mixti fori, ut tam laicus cognoscere valeat de usura, sive agatur species juris sive facti, quam Ecclesiastici. Est & hæc opinio vetior, quam inter alios probat Covarr. 2. *Var. cap. 3. Peguerra d. decis. 31. num. 19. Canif. de usur. cap. 9.* Et probatur, quia hoc usurarium crimen sapit furtum & rapinam, *can. si quis usurum XIV. q. 4.* Pro furto autem quin laicus adatur non est dubium. Deinde et si Ecclesia usuras prohibeat, non tamen & prohibet, quòd minus laicus cognoscat & puniat: ut homicidium, furtum, adulterium & similia, etiam per Ecclesiam prohibita iudex laicus rectè puniat. Nihil facit *d. Clem. 2.* nam ex ea non convincitur, quòd tantum spectet ad tribunal Ecclesiæ, cum Pont. ibi aliquot causas enumeret, in quibus velit de plano procedi & simpliciter, sine strepitu & figura iudicii; quòd non est sufficiens argumentum crimen istud pertinere ad forum Ecclesiæ. Nihil etiam facit, quòd jubeatur puniri excommunicatione, quæ est poena Canonica, quam non infligit laicus; nam ea poena non facit, quin à laico possit poena alia constringi reus, Denique nihil facit, quòd jure civili sint permissæ usurae; quia jus civile hac in parte corrigitur per Canones, tamquam fovens peccatum. Ut iudex laicus eas permittere nequeat, & permittere graves subeat poenas, ut patet ex *Clem. 1. h. 1.* qui proinde conformans se ur̄ debet, Canonibus rectè poenam statuit usurariis, eamque rectè exigit.

Unum hic singulare est, quòd, licet de domo rei non sint producenda instrumenta, sed actor ipse paratus debeat non venire ad iudicium, compellendi tamen sint fœneratores, cum de usuris agitur, exhibere suarum rationum codices, ex eo, quòd contractus usurarii occultè, & dolosè ineanant, *d. Clem. 1. §. 5. pen.* Est & hoc singulare, quòd usurarius rescripto de restituendis sibi usuris non utatur, nisi extortas restituerit, *c. quia frustra 14. h. 1.*

TITULUS XX.

De Crimine falsi.

SUMMARIUM.

1. Crimini huius & adulterata moneta reus tenetur ad damni restitutionem.
2. Adulterina pecunia utentem excusat bona fides & ignorantia.
3. Monetam adulteratam bona fide accipiens an peccet, eam in alium transferendo?
4. Poena falsi an teneatur eudens monetam ipsam sine Principis auctoritate.
5. An radens monetam, pondere iusto relicta?
6. An Principi liceat imponere valorem nummis ultra valorem materiae?
7. Falsi crimen & poena circa sententiam, rescripta, litteras Apostolicas.

GRave est crimen falsi dolo malo commissi, cum per hoc contingat & Deum & iudicem & partem laedi, c. 1. h. t. Ut quocumque modo factum fuerit, quacumque in re, mensuris, monetæ adulteratione, partus suppositione, testimoniis, instrumentis, de quibus hic præcipue agitur, ad damni dati restitutionem obliget. Quod omnino clarum est in adulteratione monetæ scienter facta, & exposita, cum aperte iustitiæ distributiæ repugnent damna inde consecuta, quam obligare ad restitutionem nemo sani cerebri dubitare debet. Quo modo res ea jure Canonico iniqua iudicata, cap. quanto sup. De iurejur. & rei excommunicationi hoc ipso subiunguntur Extravag. 1. hoc tit. & jure civili tam scripto communi, quam singularium Provinciarum statutis interdicitur adulteratio pecuniarum, earumque usus sub gravissimis poenis, l. 2. C. de falsa mon. Jul. Clar. §. Falsum. * Excusabit tamen bona fides & ignorantia utentem adulterina pecunia, quamvis, ubi intellexit, teneatur ad restitutionem, cum ignorantia aut bona fides non excuset à damno iniuste dato Navarr. in Summa c. 17. n. 167. Facit quòd l. 1. D. de LL. dicantur delicta committi per ignorantiam, & coerceri.

3. Ubi quaeri possit, An qui bona fide monetam adulteratam accepit, eandem possit in a-

lium citra peccatum transferre? R. Riti. non nihil excusare exponentem scienter monetam falsam, quam ignoranter accepit, cum eius suos teneat auctores, non etiam alii debet nocere, ut ait Navarr. d. loco. Quod & videndum in alijs rebus, ut nemo possit rem suam decem, emptam per imprudentiam per perdere etiam quindecim, quia res tantum nocet & uti dictum, sua imprudentia non debet alii nocere, ut servetur is in demnis, Petz. Novus de restit. lib. 3. c. 2. n. 312.

Q. II. An & falsi dicens dicitur teneri, quod sine Principis auctoritate nummos, ad incrementum materiae & pondere? Respondetur, negativam suaderi posse; Primo, quia materiae addit verus valor cum materiae, quod ad incrementum boni communitatis. Secundo, quia falsitas dicitur mutatio veri, cum deest veritas. Cessat autem hic iustitia, ut de veritate cessat falsum & poena, Dicendum tamen falsarium esse talem, & teneri poena falsaria, ex ratione, quod ad iustitiam materiae non sufficit materiae bonitas, sed & ipsa forma aut signum. Deest autem hoc in publica forma, cum privata auctoritate facta, licet signum publicum appareat, ut semper creditur, ut ait Gl. in d. c. quanti? Nav. d. locorum. 319. Neque enim signum figura taliter qualiter impressa tribuit numerum, sed Reipub. auctoritas, l. 1. D. de usuris. emp. quam talis sibi usurparet. Unde l. 1. Bat. l. qui falsam d. h. s. de finit. falsam monetam esse eam, quæ cula ab eo, qui non habet auctoritatem publicam eudendi. Quo spectat c. 1. can. quod quidam i. q. 1. ubi de gale signum impositum non excusat eudentem, & de c. 2. C. de falsa mon. ubi Imp. tantum in materiae suis eudendæ pecuniæ studium vult frequentari non etiam privato arbitrio cuiusvis id reperi. Si tamen sit iusta materia & valor, non videtur subesse questio restitutionis, quia non videtur.

Q. III. An radens sive radens monetam relicto tamen iusto pondere? R. Ut falsum puniri radentes & circumdentes nummos, aut etiam aquis quibusdam attenuantibus, ut radentibus iustas monetas, ut debito valore sint leviores; nam si iusto pondere nihil detrahitum sit, nec ex parte materiae aut forme

fit falsitas, posset videri falsarius non esse, quamvis eo non fit futurum id facinus impunitum.

Q. IV. An princeps plus æquo maiorem imponens nummis sua auctoritate eius valorem quam materia exigit? R. Licetum esse Principi deducere moderatas expensas, cum non teneatur monetam eud-re suis expensis: imò & ultra expensas posse eum plures taxare nummos cufos ultra valorem materiae, moderatè tamen, cum plures æstimetur argentum in pecuniâ redactam auctoritate Principis, quam rude. Magnum non videtur posse imponere sine consensu populi, cuius damno res ista cederet. Ad externos quod attinet, non est eorum, damnum inspicendum, siquidem non cogantur uti externa pecunia, eamque recipere ultra verum valorem. Quo modo receptum, ut aliena communitas pecuniis exteriois valorem imponat, ultra quem nemo teneatur eos recipere, licet maiorem habeant impostum à Principe, qui eas cudi iussit, qui nequit præcipere ultra suum territorium. Et hoc, si non falsificata moneta exponatur pro vera, eique valor iustus, ac si materia esset vera imponatur, & pro tali ignorant obtudatur, licet alieno populo eam bona fide accipienti, neque enim talis Princeps erit extra noxam. falsitatis, si non ita quoad externos, qui possunt non recipere, saltem quoad suos, ut satis indicat Pont. *in h. c. quanto* Quod contigit ab aliquot annis à nostris Batavis, qui falsa moneta referente speciem monetæ Hispanicæ, deperunt aliquot Indos, non tamen impune. Hoc quoque tempore, quo hæc scribo, anno 1630. Junii die 16. Hæc Comitibus in Hollandia monetæ cufos ob adulterinam monetam pro vera obtusam in subsidium Bohemorum deprehensus & captus, qui se dicitur expurgasse, quod auctoritate publica, Præfectorum scilicet rei monetariæ, id ipsum se egisse adlereret. Hæc est fides & prodicas eorum, quibus vera fides exosa, fucata autem acceptata. Modo habeatur quæritur, nõ quo modo.

Commissum falsum circa sententiam facit eam non transire in rem iudicatam, nec mandari executioni, *c. 2. h. t. l. 1. c. 2. C. Si ex falsis instr.* Imò non habere sententiæ vim & probata falsitate eam corruiere, opinio est Cujas.

et ad d. tit. Cod. Clericus falsi reus depositus in Monasterium d. truditur. can. si Episcopus Dist. 50. Laicus patitur poenam L. Corn. de falsis, quæ & capitalis infligi potest, si exigat magnitudo commissi, l. ubi falsi 22. C. ad L. Corn. de fals. Falsas rescripta ut gravius delinquit, ita gravius punitur. Clericus rescriptum Principis falsans degradatur, & caractere in signum m. scilicet impresso extra provinciam eicitur, *c. 3. h. t. c. t. a. ve delictum est falsare l. teras Apostol. as; quod contigit ab eorum sincera veritate sensum immutando aut vero earum sigille ad falsas literas consignandas utendo, alio modo depravando, per rasuram aut inductionem, secundum modos quos latè declarat Pont. *in c. licet 4. h. t. c. 2.* Gravius delictum est fabricantem, id est animo confingentium literas falsas. Poena tum falsantium tum fabricantium literas Apostolicas est excommunicatio ipso iure infligta, non tantum quoad ipsos falsarios, qui per se, sed & qui per alios falsitatem exercent; quæ poena tangit & eorum fautores ac defensores. Præterea Clerici falsarii deprehensi omnibus beneficiis & officiis Ecclesiasticis privati, degradati per iudicem Ecclesiasticum brachio seculari traduntur, secundum legitimas sanctiones puniendi; quæ poena laicos falsi convictos tenet, *c. ad falsarium 7. h. t. c. 1.* Excusat materiæ levitas, uti & quando non est immutatus sensus litterarum, cum gravitas huius delicti non consistat in atramento & litteris, sed in sensu, quo integro permanente nihil potest videri peccatum. Minus delictum est utentium literis falsis sub nomine Pont. unde & minor poena, ut appareat ex fine *d. c. 7.* Clerici officiis & beneficiis sunt privandi; laici vero excommunicandi, do ac satisfecerint, nisi excuset ignorantia aut negligentia, *d. c. 7. in fine*, si tamen ubi falsas cognoverint, iis non sint usi, *c. fin. h. t.* Impetrans literas falsas subreptitiè caret earum commodo, ut dictum sup. *De rescript.* & poenæ de qua proxime, est obnoxius, *d. c. 7. in fine.* Litteras falsas penes se scienter habens, si intra viginti dies non destruxerit, aut resignaverit, excommunicationem incurrit, cuius absolutio Pontifici reservata; etiam si iis nec usus fuerit, nec uti valuerit, quia prohibita absolute earum retentio, *c. 4. §. 1. h. t.* Ut autem falsitas evitetur, non nisi è manibus Pont.*

Pont. aut ab eo deputati, accipienda sunt re-
scripta in persona ab impetrante, sub poena ex-
communicationis in laicis; suspensionis in Cle-
ricis nisi excuset dignitas, d. c. 4. Quae poena
cellat hodie, cum passim per Nuntios impe-
trentur rescripta, Papa sciente & tolerante, Gl.
ad d. c. 4. v. *subiacent*. Certum est, damnum da-
rum per litterarum falsationem refundendum
esse à reo, secundum dicta.

TITULUS XXI.

De Sortilegiis.

SUMMARIUM.

1. Sortes quid, & quotuplices.
2. Divisoria ex se licita.
3. Damnata tamen in electionibus ad dignitates
Ecclesiasticas & officia.
4. Electi paria suffragia an sorte dirimi pos-
sint?
5. Electio per sortes facta an ipso iure nulla?
6. Lites super beneficiis an rectè sortibus sopian-
tur.
7. Sortes licita in electionibus ad munia civilia.
8. Sortes consultatoria cur & quatenus dam-
nata.
9. Divinatoria omnino illicita & damnata.
10. Poena huiusmodi sortilegii.
11. Magia quid, alia naturalis, alia supersti-
tiosa.
12. Superstitiosa effectus. 1. *Ars effectrix scien-
tia.*
13. II. *Ars effectrix sanitatum.*
14. III. *Ars effectrix maleficii.*
15. Poena maleficiorum ultimum supplicium.
16. Qua & eos manet, qui pugnent o quodam de-
libuti deferuntur per aera ac tripudia.
17. Poena item maleficorum est ignis.
18. Iure Canonico an tales excommunicati ipso
iure.
19. Libri artis magica prohibiti.

Quia falsitatis quamdam speciem habent
sortes, ideo de his proximè subjicitur.
Quae tamen non possunt generaliter tamquam
superstitiosae & prohibitaè condemnari; cum
& in lege veteri inveniaturs earum usus, quia

ministra sacerdotia sorte distributa
Luce 1. & in *Lege gratiae*, quia *Martini*
electus est. *Act.* 1.

Significatio nominis varia est, magis una
communis, & huic loco accommodata
qua capitur pro fortuito casu ad aliquem
dum, secundum ejus eventum, vel ad
eum quid cognoscendum seu revelandum.
Sortium plures ponunt speciem, sicut
Divisoria, quae significant simplicem
casum, quo inquitur, vi pacti aut conven-
tione, quid cuique sit attribuendum, ut
signandum, sive agatur de patrimonio
honore, aliave re; cuiusmodi pactio
voluntatem quasi condicionatam, ut
fiat aut eveniat, quae transit in abso-
luta conditione. Habet locum in elec-
tionibus, electionibus. Alias *Consultoria*
quibus inquitur, quid sit agendum, tamquam
bonum utile, tutum, vel è contra, sicut
consilii. Alias denique *Divinatoria*, quae
inquitur cognitio futurorum. Quae
species generali nomine possunt dici
sortilegia & divinatoria; siquidem omni-
quis occultus est quaedam conditio
omnis praedictio ac praecognitio illius
dici divinatio; proprie tamen his
expresse consultitur Daemon, istis verbis
Molin, *ad consuet. Paris.* §. 13. Gl. 1. num. 1.
14. Suar, *De statu relig.* tomo 1. *Tract. De*
sorte. c. 12. num. 2. Sanchez *in Dical.* lib. 1.
num. 56. Del-Rio *de Magia* lib. 4. c. 1. §. 1.
2. §. *Decimum.*

Divisoria nec de se male sunt, nec
hil continent superstitiosas, cum acci-
piantur ad rei incertae cognitionem, nec
tineant aliquam invocationem demonum,
que prohibitaè generales de jure, cum
lex civilis aut Canonica tales detur, nec
civile in variis casibus approbet, ut in
sum ambo 14. D. de *judic.* l. 3. C. *communi*
legat. §. *Optionis inst. de legat.* ad *rolend.*
troverfias ex mutuo consensu partium, qui
possunt privatam legem neutri parti
sam statuere: ut jus, quod dividi
quit, nec omnibus applicari, per
sortium incertitudinem terminatur.
Canonice improbat leges in
casibus nullibi invenitur. Quo

quod certæ per sortes sint distributæ, Numer. 33.

3 In electionibus tamen ad dignitates Ecclesiasticas & officia sortium usum damnat Pont. absolute, & sine restrictione c. fin. b. 1. Adeo ut etiam in eligendis compromissariis ad faciendam electionem sortes improbetur, d. c. fin. Ratio est, quod quæ intellectu & rationis delectu fieri debent, casu & fortuæ non sint subijciendæ, ne contingat eligi indignum, aut minus habilem. Quæ ratio etiam obtinet in compromissariis eligendis, quia provilio Ecclesiæ mediatè reductur in sortem, & posset fieri electos taliter compromissarios non ineptos ad ad illud munus. Vid. Suarez d. c. 12. num. 5.

4 Quid si duo electi habeant paria suffragia, an sorte possit dirimi questio? R. Posse videri cessare periculum, de quo paulò superius, cum uterque iudicetur sufficienter idoneus, & non mittatur fors super electione simpliciter, sed ut illa facta effectum habeat in altero electorum. Ut ex natura rei & per se possit videri fors non illicita, præcipuè ubi aliud remedium deest. Nihilominus ex vi juris communis verius est, divisionem isto in casu per sortem non esse licitam, cum in universum & sine limitatione prohibeatur sortium usus in electionibus, d. c. fin. omnisque electio aliter facta quam per habentes jus eligendi, aut per compromissarios sit reprobata, c. quia propter 42. sup. de elect. D. inde superest aliud remedium, ut nimium ad compromissarios negotium referatur terminandum. Possunt & per superiorem compelli ad concordiam, cui si non pareant intra tempus præstitutum, devolvetur electio ad superiorem, Gl. in c. duobus de rescrip. in 6. Felin. in c. 5. de rescrip. Suar. d. loco num. 6. 7. & 8.

5 Q. II. An electio per sortes celebrata ipso jure sit nulla? R. Posse videri, non esse nullam cum d. c. fin. dicat quidem illam reprehensione dignam, non tamen tam innovet quam confiter, ut videatur supponere validam. Dandum tamen, esse nullam, cum contineat vitium in forma præscripta d. c. quia propter 42. quod factam, non sit vana forma ubi præscripta, vult esse irritam. Nec facit, quod in d. c. fin. Pont. confiter electionem; quia electio, de qua ibi, non continet vitium in forma præscripta,

d. c. 42. cum secundam ejus formam electio sit facta, per scilicet compromissarios, licet in eo erratum sit, quod in compromissariis eligendis fors intervenit; qui modus, cum non rejiciatur d. c. 42. non ponit vitium in forma. Et licet potuerit irritari, non tamen irrita dici potest: quia in d. c. fin. non ponitur ullum verbum irritans, ut ex gratia Pontificis sit confirmata, Gl. ibi Suarez ubi sup. num. 9. & 10.

6 Q. III. An liceat uti sortibus in terminandis litibus super beneficiis? R. Lites super rebus profanis & civilibus ita rectè sopiri, cura recedat pacto à lite nihil superstitiosi contineat, aut improbi. Abbas d. c. fin. n. 3. Super beneficiis neutiquam licere, eò quod verè contineatur electio alterius per sortes, & detur vitioso ingressus, contra text. c. 1. d. R. l. in 6. Posset enim fieri, ut hac via beneficium obtineret quis sine titulo, quem non potest alter alteri dare. Ut sufficienter hæc ratio dicenda sit impedire sortium usum, etiamsi in d. c. fin. tantum improbetur sortium usus in electionibus, quod quia odiosum, restringendum ad proprietatem verborum, cum sufficiat ex alio capite colligi prohibitionem istius usus. Et hoc si spectes ejusmodi compositionem privata litigantium auctoritate initam, quia non potest tollere vitium ingressus partium confensus, nam publica auctoritate caveatur periculum vitiosi ingressus. Quo facit, quod partes inter se super lite in beneficiis non rectè transigant, c. fin. sup. de pact. in manibus tamen iudicis ejusque auctoritate admittatur compositio, juxta quam sententia prolata tenebit, c. nisi sup. de probon. ubi Abbas per quam cui adjudicatum erit beneficium, verè illud consequetur ex titulo sufficienti. Ut idem dicendum sit in pacto sortium; iudice approbante inito, quod quasi est materiale, tota ratione consistente in auctoritate iudicis, purgantis vitiosum ingressum per titulum sufficientem. Plura de hac questione Suarez d. loco num. 11. & seqq.

7 Q. IV. An sortes sint extra reprehensionem in electionibus ad munera civilia? R. Ita rectè dici, & utum esse frequentem, civiles administrationes sorti committi; non obstante dispositione Canonica, quæ licet absolute loquatur in electionibus, rectè tamen restringitur

Dddd gitur

gicit ad suam materiam. Ut, quatenus non prohibuit uti sortibus in distributione talium munerum, non sit usus ejus improbandus, nec dicendus superstitiosus, licet possit in casu aliquo esse iniquus, & peccare contra justitiam distributivam, quod posset cadere electio super indignum, cui malo occurreret, si tantum admittatur usus sortium inter eos, qui ita sunt digni, ut vix possit inter eos excessus manifestari. Sic illum non ita improbat Abbas in d. c. fin. num. 3. quamvis putet melius abstinentium esse. Suarez d. c. 12. num. 17.

Divinaria itaque sortes ex se sunt licitae, nisi quatenus in quibusdam casibus prohibita, juxta modum dicta, possent tamen vitari extrinsecus, secundum adjunctas circumstantias, ut quia continent injustitiam aut irreverentiam, aut etiam habent pactum tacitum vel expressum cum demone, qua de re Suarez d. c. 12. n. 16. & seqq.

Consultorium sortium usus, ad inquirendum divinum consilium in agendo aut cavendo, quae obscura sunt, minus est probatus, eo quod vanitatem contineat, & aliquam Dei sententiam, quasi alligaretur sortibus, & per eas deberet manifestare suam voluntatem quae potius petenda est ex doctrina Ecclesiae & Sanctorum, viroque prudentum consilio. Quo modo peccat mortaliter sortibus illis fidem habens; unde & haec species per Canones est damnata, ejusque usus sub anathemate prohibitus, *can. Sortes passim ibi XXXI. q. 5.* Nec est, quod quis objiciat, Martiam prius consulto per sortes Deo ad Apostolum fuisse vocatum; cum hoc sit factum, eorum fratrum collecto, & precibus ad Deum factis, *can. Non exemplo XXXI. q. 1.* non sine directione divina, ut plerique volunt ut inde non sit sumenda regula, nec ad exemplum ea res trahenda, *c. Non statim XXXI. q. 2.* Posset tamen & usus earum esse honestus, & bonus, si debito modo, id est propter honestum & gravem finem, exigente necessitate, & debita cum reverentia, & non sine speciali instinctu, *d. can. Non exemplo. Suarez latè d. c. 12. num. 18. & seqq.*

Divinatoriarum exercitium illicitum est, quia plenum superstitiosum & temeritatis; continens explicitè vel implicitè pactum cum

demone, sive pro cognoscendo praesentem futuro, atque ita omnino damnatum, *can. 26 q. 2. & 3.* Cujusmodi tanto sunt execrabiliora & periculosa quanto sanctius vel religiosius servati videtur, quanto plura miscentur bona, deo, & honesta. Nec est, quod quis objiciat ea sapienter sortis; quia non ideo magis & fugienda, cum à Dei ordinatione dependeat, qui hujusmodi sortes non ad praesagienda futura. Caelo quod dicitur, esset fato subiret postea, unde inde quod interdum eveniat, quod istis praedicta sunt, aut effectum committunt, est tantum ex permisso Dei, ut quod dicitur, & vident, probentur, & non sunt fide & cognitione erga verum, *can. fin. in fine XXXI. q. 5.* Ad hoc genus sortium divinatio ad inquirendam occultitatem, per modum, qui non habet habitum in Deo, ejusque providentia, sicutum sic pactum, sive implicitum, vel explicitum, Apollinis Delphici & similia, sortium & alia; Necromantia, Hydromantia, vationes stellarum, somniorum, augurium, extispicia, Astrologia, & alia, quae aliquis praedicit ex astris tam quantum, Chiro-mantia, Physiognomia, & quae vana est (nam Physica Physiognomia est licita) divinatio sumpta ex cerebro, augurium, Cribro divinate, clave, & excusso oculo fuit, de quibus Delphici *c. 2. q. 5. & seqq. & similia alia, et vana sumpta, & inutibus, quae nec magis non est causa nec effectus illius rei, & nullo modo inquiratur, neque cum illa habet relationem naturalem in aliqua causa nec legitima impositione, quia nec à Deo nec ab hominibus cum fundamento dicitur; ut necesse sit, vel à demone, magis ab illo tacitè expectetur, qui se magis praesentem hominem; qui vel hoc modo quod periculum amet, cui mortaliter peccat, ut in eo peccat. Ita scet Suarez d. c. 12. num. 27.*

Unde hoc genus sacrilegi prohibetur per Canones, sub poena excommunicationis, *can. non licet, & can. Sortes XXXI. q. 5.* Ceterum praeterea hujusmodi profectores, Clerici

honore dignitatis suspensus, beneficiis privatus, in Monasterio crimem luit, nisi eum simplicitas & bonus zelus excuset, *can. si quis Episcopus* xxvi. q. 5. Laicus ab ecclesie communionem pelli debet, *can. si quis Clericus* d. 9. s. 5. Monitus perseverans castigandus verberibus nisi liber sit, qui carcere detinendus, ut hac castigatione ad metum redeat sanitate, *can. contra ibid.* Clericus quadam simplicitate ex altorum aspectu veritatem facti occulti inquirens, ad animum aut amplius iudicis arbitrio suspenditur, pro facti qualitate, ab altaris ministerio, *c. 2. h. e.* Quod si conjuncta fuerit haereticus sortilegio, ut quando attribuitur demoni, quod est solus Dei quod de re videndus Grillandus *De sortil. qu. 10. c. 10. Del Rio de Magia lib. 5. sect. 15.* tamquam haereticus venit puniendus reus.

11 Divinationi conjuncta est Magia, imò sub ea largè comprehenditur, cum in Scriptura artioli, divini augures, incantatores Magi appellentur. Habet utraque eandem originem, ejusdemque demonis innitur societati: strictè tamen sumptum hoc nomen distinguitur à divinatione, quæ ordinatur ad agnoscendum futura & occulta, cum Magia ordinetur ad operandum quid non virtute Dei, sed demonis. Est autem hoc nomen sapientiae, attributum iis, qui quid praesire possent, aut supra captum hominem operari. Duplex est, una naturalis, altera superstitiosa, illa per se non est mala, cum sola cognitione & industria naturali nitatur. Cavendum tamen curiosis, cum sit periculosa, & propinqua superstitiosæ, quæ mala est; & describitur esse facultas seu ars, qua vi pacti cum demonibus iniuriam & communem hominum captum superantia efficiuntur; sive ars faciendi aliquid virtute demonis si five hominibus sit proficuum, sive nocivum Vid. *Suar. de superstit. c. 14. n. 2. 3. c. 4. Less. De iust. c. jure lib. 3. c. 44. dubit. 1.*

12 Effectus hujus ad tria capita referuntur, scilicet. Primò, ad artem effectricem scientiæ vel cognitionis, quæ per ordinarij quidem studium haberi possit, extraordinario & præternaturali modo non à Deo, sed à demonæ infunditur pacto prævio. Ad quam r. c. d. retuleris artem, quam vocant Notoriam, quæ ad obtinendam scientiam utitur vanis observantiis jejuniis, orationibus ad Deum, figuratum in-

spectionibus, aliisque, non ut causis, sed ut signis supervacuis, per hujusmodi promittens subitâ extraordinariam scientiâ, non sine pacto implicito eum dæmone. Ut ejusmodi ars merito Christianis sit vitanda, neque enim talis scientia expectatur à Deo, cum expectetur per infusionem ex vanis observationibus, ignotis verbis, jejuniis, orationibus, tamquam causis, quibus Deus istam vim attribuisse nusquam legitur. Ut ita operatus convincatur à dæmone ejusmodi scientiam consequi velle, non citra idololatriæ superstitionem, siquidem illi attribuit virtutem soli Deo competentem D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. *Suar. d. loco c. 15. n. 4. c. seqq.*

13 Secundo, Ad artem effectricem sanitationum, sive circa corpora humana, sive animalia, arbores, & similia, non per modos naturales, quibus naturalis vis adesse sanandi, sed per verba ignota, characteres, signa, imò & verba sancta, cruces, reliquias Sanctorum, cereas etiam imagines, scedulas, quibus ignota nomina & characteres continentur, sacra etiam verba committentur. Quæ & similia adhibentur ut signa, ex quibus effectus producat, quicum non sit talibus naturalis, nec supernaturalis, utpote non attributus, cum sapiant potius vanitatem, quam pietatem, à dæmone istum effectum expectari ac procurari dicas necesse est. Sic appendere collo scedulas, quibus characteres & ignota nomina descripta sunt, aut signa, etiam sacra verba commixta, aut eas cuti infigere, secumve gestare, ad effectum, ut ab adversis immunis sis, ab igne non laedaris, vulnerari omnino nequeas, aut saltem non certo armorum genere, quis diabolicum non judicaverit, cum talibus non ad sit causa naturalis ad effectum illum producendum? Et licet sanctum & religiosum sit, initium Evangelii S. Joannis, aut reliquias collo suspensas habere, bona fide sperando protectionem divinam, certò tamen, & infallibiliter illum sperare, quasi Deus ejusmodi effectum illis promississet, non caret tentatione Dei, nec superstitione vacuum, ideoque illicitum, præcipuè si vana adhibeantur. Hinc philacteris uti prohibitu sub anathemate, *can. 1. c. 4. xxvi. q. 5. ubi in can. fin. post alia ad Magiâ spectantia enumerata, subiicitur: Ad hac pertinet ligaturæ execrabilius & mediocris, quæ ars non commendat Medi-*

Dada 2. corum.

eorū seu in precationibus, seu in characteribus suspendendis atq; ligandis; in quibus omnibus ars demonum est, ex quadam pestifera societate hominum & Angelorum malorum exorta. Unde hac cuncta vitanda sunt Christiano & omni penitus execratione repudianda atque damnanda. Hinc patet, quid dicendum de usu ligandi stramina circa arbores, ut libereris à febris: quis enim non dicit eum esse superstitiosum & damnandum. Quid inter stramen antipathiae esse potest, ut hoc ligatum circa arborem febres cessare faciat? Idem judicandum de verbis, quibus utitur vulgus, ut mulieres gravidæ facilius à partu liberentur, & de aliis similibus nugis, nec ex se naturalem aliquam vim habentibus, nec supernaturalem à Deo attributam. Ut non possis non fateri ab Angelo malo ejusmodi effectum procurari, ideoque talia vitanda homini Christiano, Vide plura de hac re apud Suar. d. c. 15. n. 8. & seqq. Del Rio. lib. 1. c. 4. per tot.

14 Tertio, Ad artem effectricem maleficij, unde Malefici dicuntur hac arte utentes, & vulgari vocabulo Magi, à scientia. Sunt hac in re evidenter nota signa pacti cum demone initi, quod tota hæc actio ad deceptiones, impuritates, injurias ordinetur, præferens vanitatem, irreligiositatem, idolatriam, adjutorium diabolicum. Diabolus enim ope per susurros, incantationes, diras, devotiones, cereas imagines fixas, cineres sparsos, tactu, halitu, varia moluntur in hominū perniciem malefici, eos enecantes, cruciatibus doloribusque adfligentes animalia, perdentes elementa, turbantes tempestates, ventos, imbres grandines, siccitatem, tonitrua procurant, menses destruentes, ad impudicas libidines stimulant, aliaque similia, l. 4. s. 6. C. de malef. & Mathem.

15 Dignissimum hominum hoc genus morte durissima qui neget, nisi ex complicitibus, nescio an sani sit cerebri: Ut rectè Imp. d. l. 5. ultimo suppl. cio maleficos jubet adfici; discipulos etiam puniri velit, l. pen. C. d. tit. consulentes deportari, l. 3. C. eod. pœnam quoque mereri dicat malefici reos non deferentes, l. fin. C. eod. Imò optimæ mentis judicijque sunt dicendi, qui ad pœnam capitalem sufficere judicant, quod cum demone pactum quis inierit, sique adhæreat. Deo suo deserto, juxta illud

Exodi. Maleficos non patieris vivere, etiam si tam nocent, quam proficit & proficitur hominibus, avertendo ab illis mala. Non obstat d. l. 4. quæ tantum eos vulgè puniri præcipit. Cuius sue magica abutitur in hominum perniciem non etiam qui proficiunt, eam dispositione in paganismum, gravissimæque reprehensio in Leone Nov. 6. s. qui & hos puniri præcipit. Nihilominus dictam dispositionem non tam approbat facta magica, quæ sunt proficua quædam nocere, quod nec fiat contra justitiam, nec publicam quietem turbent.

Ut rectè etiam eos puniendos dicitur pacto cum demone, nocti quodam negotio per aera volitant, & diversis locis hinc inde transcurrunt, & ad tripudia, aliter non debent corporaliter, ut habere eorum immensum testatur Grill. ind. De sortil. q. 7. n. 7. De lib. 9. 10. & lib. 5. sect. 16. n. 4. & s. qui dicitur & confirmatam ipsorum magorum & magatationibus & confessionibus, expressisq; omnium populorum & secularium, arguere nihil aliud sit quam insanire. Ab his tamen, qui aliter sentire videntur, dicitur can. Episcopi 12. XXXVI. q. 5. Et videtur hæc negotiorum cum ibi judicatur, necesse esse habere demonum & phantasmata, ad leventes mulieres credunt cum Diana se equitate spectantis, & intempesta noctis silentio multa spatia pertransire. Verum dicendum prædictum Canonem esse dubie fides & auctoritatis, quod in Concilio, ex quo non inveniatur; traditione tamen acceptum, tamquam si esset Conc. Ant. Secundo itaque dicendum in isto Canonem esse sermonem de veris sagis & maleficis, quibus hic tractamus, sed de mulieribus quibusdam, quæ credebant aliquam Dianam, illi veram potestatem accipere, cujus virtute per aera ferrentur, & ad illud obsequium vocarentur. Item de Hæreticis sentientes per gravem errorem, quo mulieres & alias imbuebant, qui cum sit contra illud ibidem damnatur. Ita Suar. c. 16. no. 11. De Rio d. sect. 16. circa fin. Less. lib. 2. c. 44. no. 1. Ut non possit d. Canon, pro his facere, qui taliter istam translationem corporum arguunt fieri, & ideo sagas maleficas puniri debent, sed dimittant contra sacram Superstitionem.

que vult maleficos occidi. Quamvis non sit negandum, non raro illud istis mulierculis per dæmonem, dum putant se per aera ferri, cum quietæ in cubili jaceant, ut docuit aliquando experientia; cum & è contra per aera ferri habeat quoque experientia, & ea vis dæmonij adsit, ut videte est ex Christi exemplo, qui à diabolo statutus super pinnaculum templi, & adsumptus in montem excelsum, Matth. 5.

17 Ut ut sit, dignissimus morte, quisquis Deo suo relictio, hac arte imbutus, etiam si hominem nullum occiderit, secundum Legem divioam Exodi c. 22. *Maleficos non patieris vivere.* & Lev. 20. *Vir sive mulier, in quibus Pythonicus sive divinatorius fuerit spiritus, morte moriantur.* Ignis pœna autspicibus propolita, l. 3. C. de malef. consuetudine extensa ad omnes maleficos, magos, fortarios, lamias, ita dictas, quod pueris necem adferant, unde & dicuntur striges. De cujus justitia nemo dubitare debet, quod sit conjuncta hæresis aut apostasia; procurantur per tales & cædes, & gravissima damna; & ut nihil sit ejusmodi, satis tamen criminis est, pactum cum dæmone iniisse.

18 Jure Canonico volunt aliqui excommunicati hoc ipso tales, per text. in can. si quis XXVI. q. 1. qui habet: *Si quis ariolos, aruspices, aut incantatores observaverit, aut phylacterius usus fuerit, anathema sit.* Alii tamen Canones habent tantum excommunicationem esse ferendam, can. si quis 9. & can. Auguriis XXVI. q. 5. Posset dici, *Anathema sit*, idem est, ac si dictum esset, *anathematizentur*: est enim verbum, *Sit*, futuri temporis, & ut foret dubium, tamen in motiorem partem accipiendum, propter alios textus, & quia de pœna agit. Navarr. in Summa c. 27. n. 12. Suar. De superst. c. 19. n. 4. Sanchez in Decal. lib. 2. c. 39. n. 90. Nisi dicamus fuisse olim excommunicationem latæ sententiæ, sed consuetudine non receptam, si non sit conjuncta hæresis, quam non semper esse conjunctam patet ex c. Accusatus §. sanè De hæres. in 6. ubi Pont. præcipit inquisitoribus, nec se cum divinatoribus & sortilegis intromittant, nisi hæresis sapienter manifeste; ut supponat, non semper hæresis sapere. Suar. d. loco n. 7.

19 Tenentur præterea ad restitutionem damnorum, quæ præstigiis suis caussarunt aliis, ex generali regula, Peccatum De R. I. in 6. Deni-

que supersticio ista tum artis divinandi, tum magicæ ut magicis deprimatur & eradiceatur, libri omnes de ea agentes sunt prohibiti, ut nec legi nec haberi possint, sed corrumpendi sint, l. 4. §. 1. D. Fam. excise. Olim fuit & Ethnicis curæ hujusmodi libros inquirere, inventos comburere, eos, penes quos inventi, punire; honestiores de portatione, viliores capitis pœna. Paul. §. Sent. tit. 23. Constat etiam ex Actis Apostolorum c. 19 in principio nascentis Ecclesiæ, eos, qui fuissent curiosi sectati contulisse libros hujusmodi, qui erant magni pretii, colque combustisse. Sed & in indice librorum prohibitorum editio ex jussu Concilii Trid. Reg. IX. libri omnes & scripta Gomania, Hydromantia, Actomantia, Chiromantia proflus rejiciuntur.

TITULUS XXII.

De collusionione detegenda.

SUMMARIUM.

- 1. Collusiones cur falsi speciem habeant.
- 2. Pœna.

Falsi speciem habent collusioniones eorum, qui ex pacto id agunt, occulta quadam conventionione, simulatè, ut alter in causâ succumbat, aut superet, non ex animo, sed tralatio accusandi munere defungentes, sponte varicantes, & cedentes ultrò, parte sua prodita, l. 1 § pravaricationem D. ad S. C. Turpil. ubi vide dicta.

Per collusioniones istas ne contingat Rem. 2 publ. lædi, non impedit absolutio, quominus reus iterato impetatur super crimine, & contra eum inquiratur, c. 1. 2. & fin. h. t. Accusatur prævaricationis convictus ab accusando repellitur, l. 5. D. de prævaricat. Super beneficio facta collusio facit utrumque litigantium eo privati, ne dolus suus alicui proficiat; non quidem ipso jure, sed per sententiam. Pœnio vero beneficio per collusionem impedita ipso jure nulla est. Gigas de Pensionib. qu.

- 42. Wamel. Conf. 173. n.
- 3. de præben.

* *

Dddd 3

TITU.

TITULUS XXIII.

De Delictis puerorum.

SUMMARIUM.

1. Delinquunt impuberes doli capaces.
2. Mirius tamen puniendi.
3. Puer doli capax occidens fit irregularis.
4. Doli capax quis dicendus.

I Delicta non tantum cadunt in eos, qui perfectæ sunt ætatis, verum & in impuberes, quatenus tamen doli sunt capaces. Delictum enim dici nequit, nisi quod factum per injuriam, quæ nulla est, ubi sensus deficit. Unde & eatenus tantum poena locum habet quoad delicta, quæ circa istam ætatem cadunt, ut sunt homicidia, blasphemias, mendacia, perjuria, c. 1. & 2. h. t. * Mirius tamen cum ætate agendum, propter iudicii imbecillitatem, quæ peccatum levius facit, d. e. 1. & interdum veniam commiserationemque mereri, d. e. l. auxilium vers. in delictis D. de minorib. & l. infans D. Ad L. Corn. de sicar. Quod & obtinet in casu quo delictum patet demum post pubertatem. Neque enim ideo gravius puniendus reus, cum per hoc in eo non ponatur gravior culpa, & semper inspicendus sit personæ status, qui fuit tempore delicti, l. 1. D. de poenis.

2 Irregularitatem quin contrahat puer doli capax occidens non est dubitandum, secundum dicta sup. De homicid. neutiquam vero, si necdum sit doli capax, quamvis id velit Hostiensis, in c. 1. h. t. cum nequeat dici laborare defectu mansuetudinis, qui citra sensum deliquit. Et facit expressus textus in Clem. unica de homicid. io, qui infantem irregularitate non adfici per eandem commissam adserit.

4 Doli capax quis sit dicendus disputatur. Sunt qui proximum pubertati capacem esse volunt, per text. in §. penult. Infit. de oblig. quæ ex del. nasc. qualem faciunt masculum, qui attingit annum decimum cum dimidio, feminam, quæ nonum cum dimidio Glos. in §. pupillus Infit. de inutilib. stipul. Verum rectius id iudicis arbitrio relinqueretur, secundum discretionem impuberis colligendum ex circumstantiis, cum contingat alios aliis maturius iudicio pollere. Nec

obstante d. §. penult. qui non adfici debet ter pubertati proximum intelligere se debere, sed si id. o. intelligat quid agit. Ceterum ad d. Clem. un. p. 3. in prin. nu. §. de minorib. c. 5. num. 7. Menoch. Arbitr. 1. casu 17. in repet. Auth. Sacramenta puberum. si ad sus. veniit. n. 4.

TITULUS XXIV.

De Clerico venatore.

SUMMARIUM.

1. Clericus cur & quatenus inter alios.
2. Capra venatione illicita an suscipiatur.

Venatio licet ex se sit licita, prohibita tamen Clericis, tum ne per eam doli capax abstrahatur, tum quod proprietas, armorum usurpationem, cades, clericorum cursus, statum eorum, qui graviter suscipi desiderat, minus respondeat. Et hoc quæ eam quæ canum & armorum sit interpretatur. Ubi frequens in venatione Episcoporum mensibus suspendi juberetur ab officio, duobus, Subdiaconus ab omni officio, & canes & accipitres alere us interdicitur. 2. h. t. can. 3. & 4. Dist. 34. cum pariter sine censentur & prohibita media. Quæ tamen & rara per retia, laqueos, non sunt inhibita, siue fiat gratis exercitio recreative, siue necessitatis. Abbas in d. 2. c. 1. non sit extendenda ultra rationem, quæbet adjunctam.

Quæri possit, An capta per Clericum venatione illicita ejus fiant? Resp. Omnia fieri nec esse restitutioni obnoxia in forma, modo nullus fuerint. Nam si obligatio restituendi esset hac in specie, adducenda foret à iustitia commutativa, per istam venationem non potest dici dari, quia nulli damnum infer ut, cum nullus maneat, nec adficiatur per periculum, quæ tantum facit Clericum puniri & ad poenam injunctam teneri, non ad quid restituendum, quamvis per poenam in poenam transgressio possit.

capta auferri Covarr. ad c. Peccatum pag. 2. §. 8.
num. 2. & 4.

TITULUS XXV.

De Clerico percussore.

SUMMARIUM.

1. Clericus cur interdicta percussio, et ipsius poena.
2. Clericus qui stetit in pugna vel in factu an irregularis.

1 Clericum decet mansuetudo, cui repugnat percussio, quae fit facto aut verberate, etiam causa correctionis, cum verbis potius & admonitione, arguendo, obsecrando, increpando, omni patientia & doctrina, sicut dicitur Apollos. 2. ad Timoth. 4. à dictis subditos suos avocare debeant Episcopi, non etiam verberibus; nova enim & inaudita praedicatione quae verberibus exigitur *can. 2. Distin. 45.* Percussor excommunicatus, si monitus se non emendet, à gradu, quem habet, deponendus est *c. 1. h. t.* Episcopus, qui crudeliter mulierem fustigari iusserit, etiam de causa non sit defuncta, tamen quia ea res ordini non convenit, ab officio Missae duobus mensibus abstinere iubetur, *c. 2. h. t.* Flagellis tamen & virgis cadere, si causa postulet, non est inhibita, ne in vindictam sanguinis transeat, *c. 4. sup. de raptorib.*

2 Clericus, qui stetit in pugna ex parte repellentium violentiam, in qua aliqui sunt occisi, non ideo est irregularis, etiam si lapides unà proiecerit, nullo percusso; iubetur tamen abstinere à celebratione Missarum per biennium, *cap. 2. hoc tit.* Non esse quoque irregularem, qui in conflictu fuit, in quo commissa caedes, extra eius factum aut consilium, videtur dici *cap. fin. hoc tit.* ut probabiliter ibi descendit Abbas: & facit, quod in *cap. pen. ibid.* in simili ferè casu non ponatur irregularitas. Contra tamen tenet, *Gl. fin. d. c. fin.*

* * *

TITULUS XXVI.

De Maledicis.

SUMMARIUM.

1. Criminalis huius gravitas, & cur peccatum hoc dicatur irremissibile.
2. Blasphemia quibus modis committatur.
3. Est peccatum mortale etiam in materia levi.
4. Poena blasphemis; & an in foro exteriori sit imposita censura.
5. A poena quid excuset, aut eam mitiorem reddat.

Maledica lingua ne quidem Laicis; imputata multo minus Clericis; quae si solvatur in Dei aut Sanctorum eius injuriam, blasphemiam continet, grave continens delictum, vergens in deminutionem divini honoris, per probrosam irreligiositatem. Unde blasphemans contra ipsam Deitatem, impiè agere dicitur, & peccatum committere, quod nec in hoc, nec in futuro saeculo remittatur, *can. qualis dist. 25.* scilicet commissum studio & contemptu, quale peccati genus dicitur commissum in Spiritum Sanctum. Quod autem dicatur irremissibile, accipiendum est de difficultate poenitendi & remittendi, *Gl. in d. c. qualis;* cum opponatur dispositioni necessaria ad peccati remissionem, quam ideo reddit difficilem, non etiam omnino removel, eam nullum sit peccatum, quin remitti possit verè poenitenti.

Committitur autem variè Interdum nudè tantum, citra alterius peccati malitiam, per contumeliam in Deum aut Sanctos eius: nam & in Sanctis suis maledicatur Deus, & in hos prolata verba blasphemia in Deum reducant, ex consequenti scilicet. Covarr. in 6. *quamvis De peccatis in 6. p. 1. §. 7. n. 9.* Sicut & De statu relig. *tomo 1. Tract. 3. De irreligios. c. 4. num. 2. & seqq.* Non raro malitia alterius peccati conjuncta est, ut infidelitatis, haeresios, quando ea continet falsitatem contra fidem, formaliter autè virtualiter affirmando aut negando aliquid de Deo quod fides docet veluti *Abnego Deum, non credo in Deum.* Prof. runtur & interdum verba blasphemia citra odium Dei, interdum ex odio

MI

In Deum proficuntur. Interdum & ad est malitia iuramenti, ut cum juratur ignominiosè, expr. his partibus corporis Christi, per caput, capillos, aliaque ejus membra, ut intelligere est ex *can. Si quis per capillum* XXII, q. 1. & *Nov. Ut non luxurientur homines* c. 77 §. 1. Sic & iuramento æquiparare divinam veritatem humanæ spectat ad blasphemiam, ut cum dicitur, tam verum esse, quam Deum esse, aut Christum natum ex virgine, quam verum esse Evangelium, cum per huiusmodi iurandi formas humanæ veritati tanta infallibilitas & certitudo, atque est divinæ, attribuitur, & ita creaturæ, quod est proprium creatoris, non sine blasphemia, propter irreverentiam & contumeliam divinæ veritatis. Quæ tamen in te sæpè contingit loquestes excusari à blasphemia, quod per exaggerationem quamdam isti & similia proferrant, non intendentes omnimodam æquiparationem, ut sint extra malitiam blasphemiam. Spectat & ad blasphemiam, per falsos Deos jurare, vel creaturam, ut talis est, cum tribuitur idolo vel creaturæ, quod est proprium veri Dei, & est vera hæc blasphemia. Est & interdum cōiunctum perjurium, aut alterius peccati malitia, quæ exaggerat peccatum blasphemiam.

3 Certum autem est, blasphemiam ponere peccatum mortale, nec esse veniam ex sola levitate materiæ, nisi accedat subreptio & indeliberata voluntas, veluti ex subita quadam passione aut motu, aut etiam prava consuetudine, quæ tollit advertentiam. Suarez *de Irreligios. c. 6. n. 1. & 2.*

Pœna ejus in foro Dei est æterna; nisi culpa abluatur pœnitentiâ, uti fieri posse dictum superius.

Q. An in foro exteriori sit imposita censura?
R. Præcipi quidem in *d. can. si quis*, ut deponatur Clericus blasphemus, laicus excommunicetur, non esse tamen illum Can. sententiæ latæ sed ferendæ, ut patet ex verbo, *deponitur*: & nullibi invenitur alius textus censuram ipso iure imponens, nec etiam peccatum est reservatum Suarez *d. l. c. 7. n. 2.*

Imponuntur autem variæ pœnæ blasphemanti laico per jus Canonicum, & pœnitentiâ publicâ, *cap. fin. h. t.* Ubi etiam per temporalem potestatem dicitur imponenda pœna pecuniaria: quæ & mortis pœnam infliget, si ea

sit gravitas blasphemiam, *d. Nov. 77. in fine* positam & a Lege veteris Testamenti, *Lev. 24.* Varias item pœnas variis in locis in utroque & esse tradit Covar. *d. locum. 22.* ut & etiam hoc esse mixti fori, *ibid. num. 29.* Nam alibi bium superius absconditur, alibi lingua percutitur clavo aut ferro, alibi ligoo includitur. Quid videtur respicere Seneca 4. *De beneficiis. 26.* *Non castigabo promittenti temeritatem. Eius non doleat tibi, ut postea consideratus loquar, et dicere solemus linguarum ab eo, ut peccet, secundum aliquos, tenet illud linguam, quod blasphemorum linguæ coerceri solet: aliter lingua amputatur.* Vid. Boer *Decis. causa. 14. c. 15.* Thom. Gramm. *Decis. Neap. 12. in fine. Blasphemiam n. 3. Giv. Decis. Dolan. in Monach. 2. arbit. casu 375.*

Excusatur, saltem ad mitiorem partem, iracundiæ prolata blasphemiam, ut & etiam eam mitigari facit. Furor autem, ut & etiam propter defectum sensus, omnimodam excusationem ad *d. c. fin. h. t.* Romano Pont. impletur, aut in dejectionem officii ejus veritas contra proferens, ex arbitrio Episcopi compendius dicitur *c. 1. h. t.*

TITULUS XXVII.

De Clerico excommunicato
mionstrante.

SUMMARIUM.

1. Censuram incurrens ipso iure sit irregularis.
2. An & per hominis sententiam iuris iuris?
3. In dubio an iudicandum pro irregularitate?
4. Suspensus, interdicitus celebrans sit irregularis.
5. An & excommunicatus?
6. Quid juris in excommunicato toleranti?
7. Ab hac pœna qui excusetur?
8. An dubitans excusetur?
9. Et quia si verè fuerit excommunicatus, si censura aliqua notatus.
10. Incurrit hanc irregularitatem censuratus ex actu Ordinis majoris proprii?
11. An & per baptismi collationem?
12. Quoniam actus Ordinis factus irregularitatem.

13. *Etiam incurrit Episcopus ministrando Sacramentum Confirmationis, Ordinis.*
14. *Sacerdos abjournando sacramentaliter.*
15. *An & exerceans jurisdictionem spirituales fori exterioris?*
16. *An Parochus adhibens matrimonio contrahendo?*
17. *An Sacerdos dispensans sacramenta fidelibus?*
18. *An ministrans in Ordine, quem non habet?*
19. *An celebrans a Titulo minorum ordinum?*
20. *Per Ordinis suspensionem an incurritur?*
21. *An concionando?*
22. *An recitando Horas Canonicas in Choro?*
23. *Excommunicatus audiendo Missam an eam incurrit?*
24. *An non ligatus faciens eorum se ligatum celebrare?*
25. *Qui coram interdictis celebravit, si postea iterum celebret sit irregularis.*
26. *Non etiam recipiens sacramenta ab excommunicato licet notorio.*
27. *Celebrans in loco interdicto, pulsans campanas an fiat irregularis?*
28. *An conferens aut recipiens Ordines tempore interdicti.*
29. *Effectus hujus irregularitatis?*

I Regularitatem variis de causis contrahi ipso jure, colligere est ex iis, quae dicta supra suis locis de bigamis, illegitimis, haereticis, homicidis. Hoc Tit. proponitur alius modus, scilicet exercitium Ordinis ab eo, qui censuram incurrit: * facit enim hic ipso jure esse irregularem celebrantem, citra sententiam hominis, cum statim incurritur, ut factum est commissum, cui est adhaerere independentem a sententia iudicis, etiam declaratoria criminis; cum consistat haec res in quadam privatione seu prohibitione, quae per ipsam legem immediate potest imponi, quae propterea dicitur secum adferre executionem, c. *Pastoralis in fine sup. de appellat.* Nec requirit actum aliquem per hominem exercendum, de quo in c. *cum secundum de Hares. in 6.*

2 Queritur autem, An & per hominis sententiam possit imponi irregularitas R. Id posse alicui videri, argumento censurae, quae alia est hominis, alia juris, ut dicitur infra de *excomm.* Contra tamen dicendum, immediate tantum a

jure imponi, non etiam ab homine. Cujus fundamentum in eo est, quod irregularitas non incurritur, nisi in casibus jure expressis, per text. in c. *Is qui 18. de sent. excom. in 6.* Ut in casu, quo a jure non est imposta, non possit per hominem aut iudicem imponi, ad quem licet pertineat declarare, an effectus aliquis sit sufficiens ad irregularitatem, tamen ea declaratio supponit jus inducens irregularitatem. Navarr. c. 27. n. 94. Covarr. in *Clem. un. de homic. in pr. n. 3.* Nec facit, quod arbitrio iudicis poena privativa possit imponi in casibus, quibus lex certam non praescribit, c. *de causis 4. §. 1. sup. de off. deleg. cum iudex in arbitrariis poenis debeat imitari jus, quatenus designat poenas a iudicibus injungendas, id oque numquam imponet eam, quam jus aliquando, scilicet in proportionali delicto, non iussit a iudicibus imponi. Numquam autem praecipit imponi irregularitatem, ergo nec iudex eam infliget. Ita Suar. Tomo 5. de *Censuris disp. 40. sect. 4. v. 10.**

Quid si jus sit dubium, an iudicandum pro irregularitate? R. Id posse videri, per text. in c. *ad audientiam sup. de homic. & Illud §. licet b. r.* ubi in casu dubio Pont. respondit aliquem esse separandum a ministerio Ordinum, subijuncta ratione, quod in dubiis sit eligenda semita tutior. Verum cum d. c. *Is qui 18.* dicatur, non incurri irregularitatem, nisi in casibus jure expressis, non possit autem dici jure expressa, quae est dubia; dicendum ei non esse locum, quia poena non facile inducenda. Si tamen res ita dubia sit, ut versetur sub opinionibus, & opinio adferens eam esse jure latam, ita sit probabilis, ut contrarium probabilitate careat videatur, ea sufficiet ad inducendam irregularitatem. Vid. Suarez d. *disp. 40. sect. 5. nu. 4. §. 6.*

4 Suspendum celebrantem fieri irregularem probatur per text. in c. *1. de sent. & re judic. in 6.* De interdicto colligitur ex d. c. 18. ubi in loco interdicto celebrans incurrit irregularitatem, ut multo magis idem sit dicendum de persona interdicta celebrante, c. *Is cui 20. de sent. excom. in 6.*

5 Dubitatur, An excommunicatus celebrans sit dicendus irregularis? R. Hoc in Tit. fieri quidem mentionem depositionis, non tam ipso jure inflictae, quam per factum hominis, nullibi vero irregularitatis hoc ipso impostae

Ecce

excommunicato celebranti cum in *e. 1. h. r.* dicantur contumaces depositionis sententiam incursum: & in *e. 4. eod.* perpetua depositione damnandi: item in *e. 2.* dicatur etiam in plorandum brachium secularare, ut contumax exilio damnetur. Sunt qui argumento suspensi & interdicti idem statuunt in excommunicato, ex paritate rationis; verum argumentum tale in pœnis non procedit. Dicendum tamen, textum sufficientem esse in *d. c. 5. §. circa fin. h. r.* qui dicit excommunicato celebranti ibi non infligi pœnam quam Canon infligit, est autem illa pœna, de qua hic, ut patet ex *can. si quis 7. xi. q. 3.* Patet idem ex *c. fin. h. r.* ubi dicitur non fieri irregularis celebrans adfectus minori excommunicatione; quem videtur frustra excipere Pont. nisi majori adfectum veller eam incurrere. Et licet argumentum à contrario sensu parum sit validum iure, utique in pœnalibus, neque etiam in his sac. etiar regula, quod exclusio unius sit inclusio alterius, cum pœna non soleat inferri sine lege, sufficiunt tamen loca supra allegata, quæ satis expresse inducunt irregularitatem ipso facto.

Itaque & excommunicatus exercens actum Ordinis sit irregularis. Quod accipiendum de adfecto majori excommunicatione, non etiam de minori tantum; qualis licet graviter peccet celebrans, aut sacramenta conficiens, eligere tamen potest, quamvis eligi nequeat, *e. fin. h. r.* Quod si unus interdictus ministerio se immisceat pro contemptum & superbiam præsumpserit & contempta admonitione sui Episcopi perduraverit, excommunicandus est, & contumax brachii secularis auxilio damnandus exilio, *e. 2. h. r.* perpetuo etiam deponi iubetur Clericus contumax, *e. 3. h. r.* & beneficiis omnibus spoliandus dicitur *e. 6. h. r.* Et hoc in adfectus censura non toleratis.

Quid in his, qui tolerantur? R. Nihilominus fieri irregulares, exercendo actum Ordinis sibi interdictum, per dicta loca, quæ indistinctè loquuntur. Nec facit quidquam Bulla Martini V. in Conc. Constantiensis, quæ quidem adfecti censura nec tolerantur, nec sunt evitandi, quia per istam Bullam clarè Pont. exprimit, se non intendere ullatenus relevare excommunicatos sed tantum timoratis succurrere conscientis, uti dictum sup. de sepult.

num 9. Vid Covar. in *c. Alma de sent. in 6. p. 1. §. 2. nu. 11. Avila de censur. 2. q. 1. sect. 2. dub. 1.*

Videtur tamen excelsari ab hac pœna cens actum ordinis, ad vitandum gradum gravem infamiam ex manifeste ratione delicti omissionis, quia tuac excommunicatione talis delicti luotarium. Idem dicendum in casu, quo alicuius necessitas postulat, de hoc in Conf.uario, ut alicui existenti in necessitate Sacramento exhibeat. Idem in eo quo probabiliter ignorat le censura adfectum, *e. 1. Cov. d. p. 1. §. 10. n. 9.*

Quid si dubitet? R. Eroneam quæntionem entiam grave peccatum ponere committendum, cui se exponit dubitans, & per hoc eadem peccatum, ac si non fore certum, nec quam tamen iussu irregularitatem, non incurratur per actum interdicti, sed revera perfecti, *Su. x. d. 1. q. 1. §. 1.*

Quid ergo, si verè fuerit excommunicatus aut aliqua censura notatus? R. Aliquam sententiam, cum irregularitate delicti actum, in *c. s. h. r.* quod habet de illis, quæntum, postquam de sententia dubitans, ab Ecclesiasticorum Sacramentorum participatione, quod tunc via sit eligenda, præsertim abstineret, quam temere celebrans Pont. in *c. pen. sup. de homic. adhibere videtur distinctione, an quantum in de his, qui tantum sufficienti diligentia laboraverint, veritatem, & ad expellendum dubium. Posteriori casu dubitantem in, utrumque veritatem, propterea quod operando certum se manifesto periculo errandi: ut, cum ipse verè illicitum & prohibitum sub tali pœna possit dici liber ab ea, quod opus probandum deatur voluntariè commisit. Ut in *c. pen. d. c. 5.* quod cum se fundet in relaxata misericordiam, videtur indicare, de irregularitate fuisse inductam; adhibentur ignorantia est loco scientiæ, ut dicitur sup. *Qui filii sui leg.* Priori casu, cum dubitaverit quantum est in se, ut erretet veritatem & expelleret dubium, nec potuerit de parte probabiliter iudicium ferre, videtur esse in culpa, & perinde gerere se posse, ut ille, qui nulla est adfectus irregularitatis. Nam ignorantia, quæ maacet, involuntaria*

est, & quasi invincibilis, propter adhibitam sufficientem diligentiam ad eam expellendam, ut non obligatur tali præcepto, & operando nulli periculo se exponat. Quod accipiendum si dubium præcedit d. ponat, judicando se non obligari tali præcepto, cum memo debeat dici obligatus, nisi sufficiens pateat de lege. Pro qua parte facit, quod cum partium iura sunt obsecra, potius reo favendum sit, *c. cum iust. 11. de R. l. in 6.* qualis hoc in casu habetur dubitans, Quod non tantum procedit in foro exteriori, verum etiam interiori, cum in casu dubio veritas lateat in utroque foro. Quo in casu iudicium exteriori fori fertur ex principio pratico, eo quod præsumitur innocens, qui non probatur nocens & quod in casu dubio reus absolvendus potius quam damnandus, meliorque sit conditio possidentis. Quod principium a que rationabile in foro interio atque extremo, in casu præcipue, quo ipse reus est sui accusator & defensor. Quod si dubium non deposuerit, sed præcedit maneat, certissimum est, dubitatem debere eligere partem tutiorem, in qua nullum est peccatum, & se habere quasi irregularem, abstineretque ab exercitio actuum prohibitarum per irregularem, aliàs exponere se periculo, celebrando cum irregularem. Et hoc in casu dicit Pont. in *c. ad audientiam 2. c. significasti 18. sup. de homic. c. d. c. 5. h. 2.* eligendam esse in dubiis semitam tutiorem. Plura Suar. *d. sect. 5. n. 12. c. seqq.*

10 Irregularitas prædicta ut incurratur, necesse est exerceatur aliquis actus Ordinis majoris illi proprius ab eo, qui censura irretitus, cujusmodi est in Sacerdote Missæ celebratio, in Diacono lectio Evangelii, in Subdiacono lectio Epistolæ.

11 Sed quaeritur, An & collatio baptismi? R. Si solemniter conferatur, adfirmandum esse, eum respiciat munus sacerdotale Sacerdoti proprium: secus vero, si minus solemniter privatum; sive urgente necessitate, quia non est in culpa; sive citra necessitatem, quia tunc exerceatur non ut munus sacerdotale, licet à Sacerdote, verum ut cuius etiam laico conveniens, Avila *d. sect. 2. dub. 2.* Suar. *de censur. Disp. 11. sect. 3. n. 11. c. 20.*

12 Ubi notandum, esse aliquos actus, qui etsi sint actus Ordinis, tamen non aliàs censeri ta-

les esse, ad hunc effectum, quam si solemniter fiant; cum minus solemniter etiam à laicis exerceantur, ut est lectio Evangelii, Epistolæ; quæ proinde si non solemniter fiat à Clerico ordinato, non incurrit ille irregularem cum faciat eam tamquam laicus, non autem tamquam actum Ordinis proprium; secus, si solemniter. Sic sepeliens aliquem in loco sacro, omissio divino officio, etiam si sit censura ligatus, non contrahet tamen irregularem: secus, si divinum officium adiungatur, quia officium divinum sepulture est proprium Sacerdotis. Item benedicens mensam vel fructus non fiet irregularis, cum talis actus non sit proprius Ordinis alicujus. Sic & presentando, eligendo, visitando, confirmando electum, non incurritur. Navar. *c. 27. n. 244.* Alii verò sunt actus ita Ordinis proprii, ut ab alio fieri nequeant; quo casu etiam non solemniter à non ordinato exhiberi nequeunt. Exemplum est in Sacerdote, qui etsi, ommissa omni solemnitate Eucharistiam consecraret, nihilominus sit irregularis, si censura teneatur, quia actus iste est omnino proprius Ordinis. Idem in administrante Sacramento extremæ unctionis, etiam si omittat solemnitatem.

13 Quid in Episcopo ministrant. Sacramento Confirmationis? R. Idem dicendum esse, quod huiusmodi etiam exhibita non solemniter nihilominus sint actus Ordinis proprii. Non obstante, quod Ordines minores possint conferri non Episcopo, ut possit videri ordinatio non esse proprius actus Ordinis Episcopalis; verum tamen necessario præsupponit characterem in ordinante. *c. cum contingat sup. de astate c. qual. presic.* Ut videatur saltem ad Sacerdotem spectare Ordinem. Covarr. *ad c. Alma, p. 2. §. 3. n. 4.* Vid. Avila *d. p. 7. disp. 9. sect. 2. Dub. 10.*

14 Quid in sacerdote absolvente Sacramentaliter? R. Quamvis in occulto absolvat nihilominus eum fieri irregularem, eo quod actus sit proprius Ordinis sacerdotalis, nec habeat aliam solemnitatem, si tamen intendat absolvere, & perficere Sacramentum. Nam si tantum fingat, contra videtur dicendum; cum non utatur actu Ordinis. Non obstat, quod ratione excommunicationis absolutio sit nulla; neque enim semper nulla est, ut quando facta ab eo, qui non est videndus: & ut nulla sit; tamen

Ecce 2 quia

quia quantum in se est fungitur actu Ordinis, sibi prohibito, recte dicitur fieri irregularis. Vid. Suarez. d. sect. 3. n. 12. & seq.

15 Quid in exercente jurisdictionem spiritua-
lem fori exterioris, in excommunicando, sus-
pendendo, aut absolviendo à censuris? Resp.
Non induci irregularitatem, etiamsi talis sit
suspensus à jurisdictione. Ratio est, quod actus
jurisdictionis spiritualis non sit actus Ordinis,
ut desit causa irregularitatis; modo tamen ab-
solutio fiat sine solemnitate, scilicet sine stola,
Plalmis, orationibus; secus enim dicen-
dum foret, si ejusmodi solemnitas adhibita es-
set, quia talis absolutio est actus proprius or-
dinis sacerdotalis.

16 Hinc patet, Parochum excommunicatum
adstantem matrimonio contrahendo non
contrahere irregularitatem, ex eo, quod actus
iste non sit tam ordinis, quam jurisdictionis,
Vel potius dicendum, requiri ad actum mari-
monialem presentiam Pastoris, tamquam tes-
tis qualificati beneficio parochiali, qualis et-
iam esse potest non sacerdos, ut dictum sup.
De clandest. despons. n. 13. Benedicens tamen
nuptiis in hanc poenam incidere, est enim be-
dictio solemnis & actus sacerdotalis, ut patet
ex c. 1. & 3. sup. de secundis nupt. Vid. Suarez.
d. sect. 3. n. 18. & 19.

17 Unde patet, quid dicendum de Sacerdote
dispensante Sacramenta fidelibus? R. Eum si-
en irregularem, cum ministerium istud sit
proprium Sacerdotis ratione Ordinis. Unde
est, quod excommunicatio absolute inhi-
beatur, ne ministret. Aliud videtur quibusdam
dicendum in Clerico inferiori, cujus ordini
non responderet Eucharistiae distributio, ut u-
surpando ea, quae sunt ordinis superioris, non
operetur ut Clericus, sed ut iniquus usurpa-
tor eorum, quae non sunt sui officii, vel ut lai-
cus, Suarez. d. loco n. 22. & seqq. Avila d. sect.
2. Disp. 13.

18 Quid de ministrante in Ordine, quem non
habet, aut per saltum promotus in Ordine, quae
omittit R. Hunc esse irregularem velle Navar.
c. 27. n. 42. si serio utatur, & non joco; idem-
que & in laico procedere, quae de re Tit. seqq.
& Tit. 29.

19 Quid de celebrante actus minorum Ordi-
num. R. Possit videri & cum fieri irregularem

secundum allegata supra in primo. h. n. quae lo-
bent, ligatum censura exercere non potest
actum sui officii, esse irregularem, non sub
limitatione ad majores Ordines. Abbas n. 2.
n. 4. 7. & 10. b. r. per textum ibi, qui loquitur
indistincte de exercente ministerium suo
terdictum, & sequitur Navar. Conf. 49. non
Desent. excom. Contra tamen dicitur posse
turi, uti & infirmatum sup. eod. n. 9. in fine
eo, quod actus minoribus Ordinibus depen-
deri fieri etiam possint à laicis, ut non videtur
ita proprii Clericis, eosque exerceat Clerici
iis initiatus non possit dici irregularis: pro-
pter actus hujusmodi non inducitur poenam
tradit Navar. d. c. 27. num. 24. Suarez. Conf.
Disp. 42. sect. 4. n. 15. Avila d. d. 13. Quo-
rentia videtur probabilior: & pariter
quod poenalia sunt strictè interpretanda, ut
extra calum suam extendenda. Et hoc in
dicendum, nisi exercentur tamquam ab ordi-
to, & raltet, ut non nisi ab illo exercentur.
Quod rarius contingit; nam forte & laici
ea exercent, ut trademus Tit. seq.

Quæri consequenter possit. I. An in-
tetur hac irregularitas per Ordinis suspen-
sionem. Ita velle Navar. d. c. 27. nu. 24. per textum
inf. de eo qui jurat. Ord. susc. c. 1. cum inter-
inf. De sent. excom. Quæ tamen ratio non
loquuntur de irregularitate actu in illis
de suspensione, aut facienda de poenae
arez de Conf. Disp. 31. sect. 1. nu. 17. Ut dicitur
sit, per eam quem non incurrit irregulari-
tem. Ratio est, quod jura eorum tantum
qui censura ligatus exercet aliquem actum
sui ordinis: non exercet autem, qui cum
cipit, non tantum maiorem, sed & majorem
ut Diaconatum, Subdiaconatum, nisi tamen
nar solemniter Evangelium aut Epistolam
quia eiusmodi actus est ordinis. Non tamen
autem minorem exercet, licet hoc patet
vart. ad d. c. Alma p. 2. §. 3. n. 5. cum superius
ordinentur, ex quibus unus aut alter
ad canendum Evangelium & Epistolam
& de Sacerdotio suscepto possit dici, ut
nec talis agat actum ordinis, nisi contra
Covar. d. loco.

II. An concionando? Resp. Ita velle Navar.
d. c. 27. n. 162. §. Octavo, ex eo, quod actus
sit peculiariter ordinis Evangelii, id est

tui deputatus de jure vel consuetudine Ecclesie. Contrarium tamen verius, cum non sit actus ordinis, nec actus divinus; unde & excommunicatus non prohibetur interesse concioni, e. responso 43. inf. de sent. excomm. Nec facit, quod ex Ecclesie instituto prædicare verbum Dei non licet nisi minoribus Ordinibus initiato, quia non ideo sequitur esse actum ordinis, hoc enim non temere à quovis usurpetur. Vid. Avila d. l. d. ubi. 2. §. ex dictis.

22 III. An recitando Horas Canonicas in Choro? R. Recitare Horas, canere Responsoria, Lectiones, Psalmos, etiam in Choro, non spectare ad Ordinis actum, cum & laici ea recitare possint Navarr. d. c. 27. nu. 244. Nisi tamen tamquam sacerdos Orationem dicat, cum faciat officium muneri sacerdotali proprium. Vid. Suarez disp. 12. sect. 2. n. 13. Avila d. sect. 2. Dub. 2. §. Primo.

23 IV. An excommunicatus audiendo Missam? R. Non videri, cum non exerceat actum Ordinis, ex quo solo irregularitas incurritur. Et hoc, si simpliciter Missam audiat, non præstando auctoritatem; nam si causam det, ut Missa coram se celebretur, mandando aut jubendo, etiam non ligatus censura incurreret irregularitatem, secundum Gl. in Clem. 2. v. celebrari De privil. quam approbat Abbas in c. illud n. 8. h. t. Covarr. ad d. cap. Alma p. 1. §. 6. in fine. Nihil facit, quod in fine d. c. illud dicat Pont. vel se celebrari non ingesserint divinum, nam hoc non accipiendum, quasi sola præsentia in divinis faciat irregularem, sed præsentia cum auctorizatione Suar. d. l. n. 4.

24 V. An non ligatus faciendo coram se ligatum celebrare? R. Hoc velle Navar. d. n. 244. per Gl. in d. Clem. 2. quæ tamen non loquitur in casu d. c. illud jaro dicto: ut cum non sit rextus qui hoc in casu disponat, sit dicenda procedere de officio d. c. Is qui 18. De sent. excomm. in 6. quod scilicet non sit dicenda irregularitas, nisi in casu jure expresso. Quantum ad non ligatum censura celebrantem coram ligato, etiam non tolerato cum non incurtere irregularitatem, colligitur ex d. c. 18. Avila d. sect. 2. Dub. 6. §. Tertio.

25 Dubium movetur de iis, qui coram interdictis celebrant, si postea celebrent. R. Dubium causari per text. in c. Episcoporum 8. De privil. in 6. ubi talibus interdicitur ingressus

Ecclesie, ut postea celebrantes dicendi sint incurtere irregularitatem, sed dicendum, d. c. 8. tantum agi de exemptis, qui celebrabant coram interdictis, & admitterent excommunicatos publicè & interdictos ad divina, idq; causa exemptionis. In quorum odium cum hoc sit statutum, non est trahendum ad alios, qui coram interdictis celebrantes non poterunt dici interdicti, licet malè fecerint, atque ita nec irregulares, si postea celebrent, cum pœna sit potius interpretatione mitigandæ, quam extendendæ, Covarr. d. §. 6. n. 9. vers. qui verò. Neque enim censuram violat, qui ea non ligatus, & magis se habet instar patientis, quam agentis, excepto casu d. c. 8. Vid. Avila d. sect. 2. d. ubi. 7.

26 Recipientes Sacramenta ab excommunicato notorio vitando, licet non sint immunes à peccato, si eos necessitas causæ non excuset tamen irregularitatem non incurunt, eo quod jura omnia loquantur de activo Sacramento rum usu, per eum, qui notatus censura, unde extensio faciendæ non est ad passivam Sacramentorum perceptionem, cum id nullibi sit expressum. Vid. Suarez disp. 12. sect. 3. nu. 30.

27 Incurrit & irregularitatem, qui in loco interdicto celebrat, nisi ad hoc habeat privilegium, d. c. 18. de sent. excomm. in 6. & dicitur inf. eod. & fiat secundum moderaciones requisitas in c. Alma de sent. excomm. in 6. Quæ omnes servandæ sunt: aliàs unam omittens non esset immunis ab irregularitate ut rectè tradit Covarr. ad d. c. Alma p. 2. §. 4. n. 6. Ubi etiam rectè docet, eum, qui pulsat campanas, ostia aperit, aut etiam intervit ministranti, non ser vatis moderacionibus d. c. Alma, neutiquam contrahere irregularitatem: nam licet videatur cooperari ministranti, non tamen alius potest censeri violare interdictum, quam qui actum gerit Ordini Ecclesiastico convenientem; non potest autem dici ralem gerere, qui prædicta agit. Vid. Avila d. sect. 2. d. ubi. 9.

28 Q. An tempore interdicti Ordines conferens aut recipiens non ligatus fiat irregularis? R. Ita dicendum esse de conferente Ordines, quod in loco interdicto exerceat actum sacerdotalem; & expressum id ipsum in d. cap. 18. ut sit extra dubium: ut etiam idem obtineat in conferente minore s. secundum dicta sup. eod. n. 13. Covarr. d. p. 2. §. 3. n. 4. Diaz. in Pract. Jan. c.



32. nu. 4. qui idem trahunt ad eos, qui in sacris vestibus prædictæ ordinationi ministrant. Ordinum interdicti tempore non fieri irregularem patet ex dictis sup. eod. n. 20.

Effectus hujus irregularitatis est, quod reddat inhabilem ad divina officia, donec super ea dispensetur, & quod dem p. r. Pont. tantum, excommunicantur a in c. 1. de sent. & re judic. in 6. & in c. 1. de sent. excomm in 6. nisi contracta sit ex crimine occulto, super qua dispensare datum Episcopo, excepto homicidio Trid. Sess. 24. c. 6. de reform. Quod habetur de nullitate beneficii collati excommunicato, com. modus explicabitur inferius Tit. 39.

TITULUS XXVIII.

De Clerico non ordinato ministrante.

SUMMARIUM.

1. Ministrans in Ordine non suscepto fit irregularis, quoad susceptum suspenditur.
2. An & quoad Ordines priores?
3. Non ordinatus baptizans an irregularis?
4. An laici usurpantes actum Ordinis?
5. An quoad omnes Ordines?
6. Requisita ad hanc irregularitatem, I. Ut in Ordine sacro quis ministrat.
7. II. Celebret serio, non joco.
8. III. Celebret solemniter.
9. An hoc casu voluntas sola sufficiat, circa intentionem.
10. Non ordinatus actum minorum Ordinum exercens an irregularis.
11. Qui non incurrant hanc irregularitatem.

Incurritur & irregularitas per usurpationem Ordinis, quem quis non habet, sive aliquem habeat inferiorem aut superiorem, sive non, Diaconus Missam dicere si audeat, ad Sacerdotium non admittitur, c. 1. & 2. h. t. in verbis, Numquam admittatur, Non poteris promoveri, quæ significant apertè irregularitatem. Et hoc quoad Ordinem non susceptum, nam quoad susceperit non ponitur, nisi suspensio ad biennium aut triennium, Episcopi arbitrio.

2 Ubi disputatur, An ad omnes Ordines priores

extendatur ista suspensio? R. Ita videtur ad litteras d. c. 2. tantum suspendi velit a Diaconatu, eadem tamen est ratio quoad alios ante hactenus Ordines, cum peccatum usurpationis Ordinis non habiti etiam concernat priores ordines non vero immediatum tantum. Quod licet dici probabiliter possit, tamen quia Casus ab exercitio Diaconatus tantum suspenditur, & quæ materia pœnalis, quæ odiosa non tantum attendenda quam restringenda, probabilis est suspensionem non concernere Ordines inferiores, que ideo usum esse licitum. Quo modo & Abbas in d. c. 2. tantum facit mentionem impediti exercitii Ordinis immediati, non tantum inferiorum. Vid. Suar. de Cons. disp. 11. §. 1. n. 2. & segg. Ut autem ab usu Ordinis suspendendus, & quoad superiores fit irregularis, beneficium tamen non privatur, ne per aliquam sæculi negotia reverti cogatur.

Est & irregularis non ordinatus baptizans, d. c. 1. in verbis, Numquam ordinatur, quæ testimonium solemniter baptizat tamquam presbyter: qualis etiam dicitur ibidem excommunicandus, in verbis, abjiciatur de Ecclesia, Abbas in d. c. 1. Simplex quoque Sacerdos ad ministrandum Episcopalia quamdam contrahit irregularitatem, ex eadem ratione, quod si immittatur, quæ ordinis sui non sunt.

Q. An laici usurpantes actum Ordinis sacro regulares? R. Ita rectè dicitur, quia textus in d. c. loquitur in genere de non ordinato ministrante, & eadem ratio subest, quia scilicet utrum Ordine, ad quem non destinatus, qualem Casus voluit privari. Nihil facit Rubr. hæc, quæ dicitur De Clerico non ordinato ministrante, quia in non scriptis habetur, De non ordinato ministrante. Deinde non semper procedit argumentum a rubro ad nigrum, cum contingat hoc esse generalius, & è contra, ut videre est apud Bernard. in Loco à Rubro n. 11. Facit, quod eadem ratio obtineat in laico, quæ in Clerico, in major, cum magis peccet omnino ab Ordine alienus celebrans, quam in aliquo Ordine, saltem Clericatu constitutus superiorem usurpans: quamvis in his, quæ sunt juris potius præsertim in materia irregularitatis, non in multum efficax argumentum à simili, vel à majori, Plura Suarez in 3. p. D. Th. Tomo 3. disp. 21. §. 4. in fine.

Verum hic disputatur, An laicus sit irregularis quoad omnes Ordines, an vero tantum quoad eum, eoque superiores, quem usurpavit. R. Nō totalem hanc esse irregularitatem sed videri partialem: respectu scilicet Ordinis usurpati; argumento Clerici, qui non impeditur ministrare in Ordine inferiori, cui initiatus, etsi superiorem malè usurpaverit: ut idem secundum proportionem veniat dicendum de laico. Habet tamen communis sententia, eum excludi omnino ab omni Ordine, juxta d. c. in verbis, *nunquam ordinetur simpliciter absolute & indifinitè: ut ea negativa æquivalet universalis, ab Ordinisque receptione universaliter removeatur sive laicus sive Clericus. Et licet Ordinis recepti exercitium & usus non impediatur, atque ita minor sit pœna ordinati quàm non ordinati, hoc tamen est per accidens, Ita Suarez, de Cens. d. disp. 42. s. 6. n. 10.*

6 Ut autem hac ex causa incurritur irregularitas, requiritur Primò, In Ordine sacro quis ministrat, nam minores etiam laici exercent. Et hoc ita scienter; quia si putans se habere Ordinem, quem non habet, eum exercent, non incurrit irregularitatem, cum ignorantia auferat contemptum qui est causa pœnæ, atque ita hujus irregularitatis, Hinc ordinatus Sacerdos, omisso substantiali quodam, veluti manuum impositione, si ignoret, quod non adverterit inter ordinandum, non fiet irregularis; nam si adverterit, erit irregularis, cum propter substantialem defectum non videatur collatus Ordo. Paret hoc ex d. c. 2. h. 1. quem textum aliqui accipiunt de eo, qui non est ordinatus Sacerdos, atque ita ibi per manuum impositionem omisam accipitur omisam ordinationem sacerdotalem totalem, ex eo, quod ibi vocetur Diaconus: ut si reliqua adsint, veluti impressus character sacerdotalis, data potestas conficiendi Corpus Christi per traditionem calicis, solaque omisam manuum impositione, celebrans Missam non sit dicendus irregularis, quia nullibi sit expressa hæc irregularitas, nec possit hic dici non ordinatus celebrare, eum characterem ordinis revera habeat, quamvis potestatem clavium non habeat, atque ita etiam ordinatio sit invalida quoad absolutionem sacramentalem, quàm scienter talis exaccus erit irregularis, Ignorantia hæc in eo,

qui non habet ullum Ordinem, non excusabit eum non sit probabilis, Suarez, d. s. 4. n. 13.

Secundo requiritur, Fiat serio nam joco celebrans in Ordine aliquo, quem non habet, non facit injuriam, can. Illud XV. q. 1. veluti quando actio est ludicra, & fit per modum cujusdam representationis. Licet ea res possit continere irreverentiam Sacramenti, eoque majorem, si in derisum & contemptum tendat ministerii, quæ etsi contineat gravissimum delictum, non tamen inducet irregularitatem, quia nullum jus datur eam inducens isto casu Suarez, d. l. n. 16.

Tercio, Fiat solemniter; nam citra solemnitatem exercens non incurrit irregularitatem. Quo modo Navar. c. 27. n. 242. tradit, canentem Epistolam aut Evangelium cum Dalmatica, sed sine stola aut manipulo, non fieri irregularem, quod non tam exerceat officium Subdiaconi aut Diaconi quam Cantoris. Addit ibidem Navar. requiri quoque, ut adsit intentio faciendi verum ministerium Ordinis: ut etiam solemniter canens Epistolam cum Dalmatica & manipulo, si nolit id facere tamquam Diaconus, secundum cum non sit irregularis. Rationem dat, quod ut cenitur a non incurritur nisi per actum perfectum, ita nec debeat incurri irregularitas. Hic autem actus non est perfectus, propter intentionis defectum, ex qua dependet actus.

Verum ea ratio non ita convincit, quin rectè dubitetur, An talis sit extra irregularitatem? R. Rationem dubitandi esse, quod non tam puniatur intentio, quàm actus exterior prohibitus, quo usurpatur officium alicui Ordini, quo quis caret, proprium. Unde etiam loca juris passim loquuntur de usurpatione ministerii alicuius Ordinis, ad quam sufficit voluntas istud ministerium exterius faciendi, etiam si desit intentio conficiendi Sacramentum. Unde & irregularitatem hanc incurrit non Sacerdos audiens Confessionem, absolutionem proferens citra intentionem absolvendi: uti & baptizans laicus citra intentionem baptizandi; missam celebrans citra intentionem conficiendi Sacramentum, cum nihilominus faciat divinum officium spectans ad Sacerdotem. Atque ita hæc opinio verior videtur contra Navar. solam scilicet actio-

actionem exteriorē sufficere, quam latius declarat Suar. d. loco n. 17. 18. 19.

10 Quæritur etiam posset, An actus minorum Ordinum exercens non ordinatus fiat irregularis, R. Videri non fieri, ex eo, quod ejusmodi actus fiant & per laicos, Verum obstant c. 1. h. t. verba generalia, Si aliquod officium divinum exerceat non ordinatus. Spectant autem divinum officium actus minorum Ordinum ut sub generalibus istis verbis venire dicendum sit. Quod tamen ita accipiendum, si tamquam ordinatus & minister ex officio illud exerceat scilicet ita, ut à nemine non habente talem characterem exerceri possit tali modo licite, quod rarum est. Si verò exerceat ministerium eo modo, quo secundum consuetudinem exerceri potest etiam à non ordinato, non erit locus huic pœ. a. Navar. d. c. 27. n. 242. Suar. d. sect. 4. n. 15.

11 Dicta de irregularitate incurrēda in prædictis casibus procedunt, quatenus reus ejus est capax. Unde femina exercendo ea, quæ Ordinibus, non fiet irregularis, quia non est capax irregularitatis, quæ cum sit privatio præsupponit habitum, Idem dicendum de non baptizato ministrante, quia nec hic capax est irregularitatis illius scilicet, quæ ob delictum est lata, cum sit extra forum Ecclesiæ, cujus ideo lex eum non ligat.

Ceterum etsi delictum hoc sit grave, misericorditer tamen agendum cum delinquente, nec spoliandus beneficio, nec cogatur ad secularia redire, c. 2. h. t. Dispensatio super hac irregularitate tantum spectat ad Pontificem Suar. d. sect. 4. in fine.

TITULUS XXIX.

De Clerico per saltum promotō.

SUMMARIUM.

1. Promotus per saltum quis dicatur.
2. An talis sit irregularis?
3. An suspensus ipso jure?
4. Suspensio hac an tangat Ordines inferiores rite susceptos.
5. Ordinatus, ommissa Confirmatione, an sit suspensus?

Ordines inter se sunt subordinati, ut per minorem ad proximè superiorem sit ascendendum: alias intermissio inferioris, licet iatus superiori, veluti si ordinetur Lector, antequam sit Ostiarius, aut Diaconus ante Subdiaconatum susceptum, dicitur per saltum promotus. Quo casu licet ordinatio rite colligatur & supponitur c. unio. h. t. licet Gl. recepta in can. Sollicitudo Dist. 21. quod tamen est, & executio Ordinis inferioris est suspensa, donec Ordo inferior ordinis suppleatur. Qua in re duob. dispensatio. I. An sit suspensio ipso jure.

Dicendum ad primum. Nos de irregularitate, si non ministraverit in Ordine inferiori: nam secundum dicta Tit. prædicti, ministrans in Ordine, quem non habet, sit irregularis, etiam hoc solo, quod prætermissa inferiori, cum nullibi deitur textus, quo irregularitas imponitur, ut procedat dispositio, c. unio. h. t. sent. excom. in 6. Facit c. un. h. t. in qua, per termino Ordine suppleto, permissa dispensatione Episcopali ministrare in Ordine saltum suscepto. Nihil etiam de irregularitate habetur in d. can. Sollicitudo dist. 21. in can. Sicut dist. 48. quo tantum reprehenditur qui repente in Religionis habitu placens, bitiosè ad honores sacros irruptus, non in mentione irregularitatis aliquos, nisi ministrant in Ordine taliter suscepto, colligitur ex Trid. Sess. 23. c. 14. de reform. quod Episcopo facultas dispensandi cum talibus ministrantibus, ut si ministrant, maneat in potestate ad suscipiendos Ordines, nisi ex dispensatione Pontificia.

Ad posterius quæsitum dicendum est, non tam ipso jure suspensum veluti, quod Episcopi facto suspendendum, per d. can. h. t. c. unio, quo mandat Episcopo, ut per saltum promotum prohibeat ab officio, licet doctoris, donec prætermittat Ordinem, quæ verba indicant suspensionem per saltum promotam quam latam. Attamen verum, communius receptum, esse sententiam lata, hoc ipso incurti, quo præposterè quis ordinatur d. c. un. h. t. quo disponitur, quod dispensatione saltem Episcopi, post susceptum Ordinem omnium, non possit in Ordine per saltum promotus.

possete suscepto ministrare, ut presupponi debeat suspensio ipso jure per Ecclesiam inducta. Probatur id ipsum per Trid. d. c. 14. in quo, uti dictum, datur Episcopo dispensandi facultas cum promotis per saltum, si non ministraverint ut in casu, quo ministraverint, sint impediti ministrare, & sic irregulares, non alia de causa, quam quod ligati censura ministrant, ut dictum supra Tit. 27. Navarr. in Summa c. 25. nu. 71. & c. 27. n. 242. Late Suarez de Cons. Disp. 31. sect. 1. n. 44. & seq. Avila p. 7 Disp. 9. sect. 1. Dub. 2. Addit Navarr. d. nu. 242. Episcopum tunc demum dispensare posse cum promotis, qui per ignorantiam Ordinis prioris non suscepti sint initiatus majoris, argumento sumpto ex d. c. un. quod ignorantia meminitur & d. can. Sollicitudo, qui videtur vim ponere in negligentia. Rerum, indistincte dicendum, & ipso jure suspensionem induci, & Episcopum dispensare posse; cum dicta loca tantum se fundent in carentia Ordinis prætermisisti. Quod autem meminerint ignorantia aut negligentia, est propter facilitatem dispensationem, quam causat ignorantia, quamque difficiliorem causat et superbia & ambitio. Nichil obstat, quod d. can. Sollicitudo injungatur Episcopo, ut prohibeat promotorum ministrare, neque enim hoc accipiendum, quasi esset censura inferenda, sed per jus illata servanda, ut colligitur d. c. un. dictum.

Alia quaestio est, An hæc suspensio tangat Ordines inferiores rite susceptos? R. Verius esse eam tantum tangere usum Ordinis male suscepti, non etiam aliorum ante rite susceptorum, quia aliter non colligitur ex d. c. un. cujus dispositio cum sit pœnalis non est amplianda. Suarez d. loco nu. 48. Concernit tamen etiam Ordines superiores, eorumque ascensum impedit; cum nequeat ex institutione talium Ordinum ascendi ad superiorem, inferiore omisso. Et qui fieri possit, ut suspensus ab inferiori ministraret in superiori.

Postremo quaeritur, An omisso Sacramento Confirmationis, ordinatus sit suspensus? R. Nō inveniti in Jure suspensionem hæc de causa inductam: ut dicendum sit, non esse, cum sine textu eam non inducamus, Baptismi vero omissionem impedire Ordinis susceptionem, eamque susceptum inutilem ponere, patet ex eo, quod Baptismus sit janua Sacramentorum;

uti dictum est sup. De presbys. non baptiz. & habet Glof. in d. can. Sollicitudo.

Itaque et si ordines sint subordinati, ut successively ad proximè superiorem sit ascendendum, mediis tamen prætermisisti non facit irritam esse susceptionem superioris. Ut etiam laico immediate collatum Sacerdotium imprimat characterem, uti & Episcopatus, Gl. in d. can. Sollicitudo, si conferatur in forma Ecclesiæ, ab eo, qui habet potestatem.

TITULUS XXX.
De eo, qui furtivè Ordines suscipit.
SUMMARIUM.

1. Ordines furtivè suscipere quis dicatur.
2. An talis sit irregularis.
3. An suspensus ab omnibus Ordinibus, etiam minoribus?
4. Ignorantia excommunicationis an excuset?
5. Per vim ordinatus non incurrit hanc poenam.
6. Suspensus est, Ordines quatuor minores cum Subdiaconatu vel duos majores eodem die suscipiens.

Furtivè Ordines suscipere dicitur, qui non examinatus, aut non admissus, aut contra prohibitionem superioris ingrens se ordinandis, ordinari se fecit, aut admissus tantum ad inferiores, temerario ausu etiam majori se initiari fecit. A cujus proinde executione impeditur per Canones, nisi cum eo idoneo invento dispensatum fuerit. Hæc dispensatio Episcopo ita demum permilla, si reus non fuerit sub anathemate ascendere ad superiores prohibitus. Alias non est permillum ullatenus dispensare, nisi suscepto habitu monastico delinquens intreret Monasterium, ibique laudabiliter converteretur, c. 1. h. t.

Ubi quaeritur, An talis fiat irregularis? R. Ita velle Abbatem in d. c. 1. n. 2. h. t. Rationem ponit in eo, quod censura ligatus Ordinem susceperit. Idem etiam sentit Navar. c. 27. nu. 241. per textum in d. c. 1. & c. Cum illorum 32. inf. De sent. excom. Verius, tantum esse suspensum, cum, uti dictum supra Tit. 27. nu. 20. jura nulla isto casu inducta de irregularitate loquantur, sed de suspensione sive ab Ordinis

ita suscepti executione. Quod clare patet ex c. s. h. r. quod loquitur de privatione executionis suscepti Ordinis: juxta quod Cap. intelligendum est d. cap. 1. dum ponit inhabilitatem ascendendi ad Ordinem superiorem; quæ accipienda de suspensione: & ita tenet Covarr. ad c. Alma p. 1. §. 6. nu. 6. Non obstat d. c. 32. quia non fit ibi mentio irregularitatis, sed depositionis ab Ordinibus sententia ferenda; quæ alia est ab irregularitate, cum hæc omnino inhabilem faciat, illa usum tantum tollat. Vid. Suarez de Conf. Disp. 32. sect. 1. nu. 57.

3 Q. II. An suspensio ista sit accipienda de Ordinibus omnibus sic susceptis, etiam minoribus: R. Loqui quidem jura in d. c. 1. c. 9. de Ordinibus, aliaque jura in simili casu, c. 1. De temporib. ordin. in 6. c. fin. De apostatu: fieri tamen simpliciter mentionem Ordinum Ecclesiasticorum in d. c. 32. ut de minoribus id sit accipiendum, ex mente Pont. qui non vult Ordinem Ecclesiasticum suscipi ab excommunicato: spectant autem & minores ad Ordinem Ecclesiasticum. Nec faciunt loca alia adducta, in quibus ideo fit mentio ordinum sacrorum, quod facti speciem tantum continent, non etiam ut distinctionem juris inducant, Suarez d. loco nu. 58.

4 Suspensio itaque hæc non concernit nisi Ordinem ita susceptum; & superiorem, non etiam inferiorem licite susceptum, quia de illo textus non loquitur. Per primam tonsuram poena ista non incurritur, quod Ordo non fit, nec habeat proprium actum, à quo suspendatur. Accipienda autem jam dicta de excommunicato simpliciter, id est de excommunicatione majori, non etiam de minori.

Ubi quaesitum, An ignorantia excommunicationis excuset? R. Illam quidem facilitatem efficere dispensationem, non tamen censuræ impedire effectum. d. c. 32. quod etiam ignorantes factum vel jus non ponit extra censuram. Posset tamen istud Cap. accipi de ignorantia culpabili, ut si talis, quæ extra culpam ponat, dicenda sit hanc censuram impedire. Quo facit, quod dictum sup. Tit. 27. nu. 9. ignorantiam invincibilem excusare, quo minus excommunicatus celebrans incurrat irregularitatem, ut etiam excusare debeat à suspensione. Deinde cum hæc tamquam poe-

na incurrat, necesse est supponatur ut ea cessante tamquam cessata adque-
at etiam cessare effectus, c. Apostolica p. 1.
De Cler. excom. ministr. Facit eto, quod
Nayar. d. c. 27. nu. 241. nullam ignorantiam
non excusare, ut alia excuset, d. c. 32. Nu.
arez d. loco nu. 59.

Per vim vel metum cadentem in ratiorem
stantem ordinatum, licet in habiles, non
re in censuram verus est, cum ea non
tur nisi propter culpam, d. c. 2. per quem
justus metus.

Est & suspensus, qui quatuor Ordines
res cum Subdiaconatu eodem die suscipit
2. nisi consuetudo excuset. Cum quatuor
trante Religionem; si mores consueverint
penfabit Abbas quoad executionem
is. Majorum Ordinum duorum eodem die
ceptio suspensionem inducit, etiam
quenti die, continuato tamen processu
collatus, quod habeatur pro eodem die
ra sup. De temp. ordinat. Quod peccatum
gravius, si contra præceptum Episcopi
communicatione prohibentis suscipi
dines eodem die, ingesserit se quis
post unam susceptum etiam ad alterum
endum, c. 3. h. r. Dispensat tamen cum
copus super suspensione, si moraliter
gressus laudabiliter se ibi gerat, c. 3. h. r.

TITULUS XXXIIII

De Excessibus Prælatorum

SUMMARIUM.

1. Prælati prohibentur premere exactiones
alias gravari subditos.
2. Jurisdicctio Ordinarii in exemptis non
ria?
3. Prohibitum est privilegia subditorum
dire, Ecclesias alteri subtrahere spe-
4. Jurisdicctionem superioris inferiori non
bent.
5. Excessus subditorum contra Prælatos.

P Eccliare Prælatorum delictum est
servatis potestatis suæ terminis, subdi-
oneribus premere, exactiones, aliaque

minu imponendo, censuris inmoderate tenere, & sine iudicio Capituli, à quibus eos abstinere jubet Pont. prohibens, ne ullatenus præsumant exercere exactiones indebitas, nec sine iudicio Capituli attentent suspendere, aut Ecclesias eorum interdiceret, sub pœna arbitraria, c. 1. h. 2. Non subjungit autem ibi Pont. verba irritantia, ut censura lata, licet sine Capituli iudicio, sit dicenda tenere. Limitant & illum textum ad suspensionem, ut procedere nolint in excommunicatione, quam volunt Prælati concessam etiam sine iudicio Capituli. Verum ea de re inquitere anxie nihil attinet, cum de consuetudine solemnitas ista non desideretur. Abbas in d. c. 1. h. 1. quæ probari videtur c. 3. De cons. in 6. uti & videtur probari per Trid. Sess. 6. De reform. c. 4. quod & dedit Episcopis jurisdictionem in exemptos.

2. Ubi dubitatur, An ea sit ordinaria, an delegata. R. Ordinariam videri quoad non exemptos, propter majorem in eos auctoritatem; delegatam vero quoad exemptos, cum ordinatio iure non habeant in illos auctoritatem; & ita velle videntur verba d. c. 3.

3. Prohibet etiam Pont. Prælati privilegia subditorum impedire, data licentia subditis non parenti, c. Sane h. 1. censura, si qua forte ideo innodati, irrita declarata, c. Cum ad quorundam h. 1. tamquam lata à non habente auctoritatem; Ecclesiam alteri subjectam sine causa ab illius subiectione liberare & subtrahere, c. 2. h. 1. beneficii, cuius habent collationem, usum sibi retinere, aut sibi conferre c. 3. h. 1. Prohibet ea conferri in dignis sub pœna cassationis & privationis conferendi eâ vice, c. Inter 11. h. 1. Non tantum autem prohibetur Prælati inferre gravamina suis Clericis, verum & Religiosis, qui Christo pauperi in paupertate famulari elegerunt, quæ enumerantur à Pont. in c. Nimis 16. c. 17. h. 1.

4. Quod attinet ad Prælatos inferiores Episcopo, illis cavendum, ne turbent jurisdictionem superiorem, puniendo Ecclesias sine eorum consensu, c. Sicut 8. h. 1. cognoscendo de causa matrimoniali, dando indulgentias, quæ spectant ad Episcopum; nisi speciali privilegio, aut alia legitima causa id juris sibi quæsitum probent, c. Accedentibus 12. h. 1. interdicta violando, aut alios, ut violent, co-

gendo. Quod si contigerit fieri ab Episcopo Pont. omnes ab eo postea latus censuras, institutiones, destitutiones, collationes præbendarum factas; irritas esse declarat; alios vero Clericos interdicti violatores suspendi ab officio & beneficio, c. fin. h. 1.

Prohibetur & subditorum contra Prælatos excessus: cujusmodi sunt, reverentiam iis denegare, coram secularibus contra eos super rebus spiritualibus deponere, dominos negare, contra homagij fidem, eos invadere, aut in favoribus, eorumque complicibus causam vel consilium præbere: quales abscondendi perpetuo ab Ecclesia, beneficiis eorum aliis, qui digni, assignatis, c. Gravem 15. h. 1. Constituere collegium, sibi que fabricare sigillum, c. Dilecta 14. h. 1. Personatum sibi falso adumere, contra eos, quibus fide & sacramento sunt obligati, se erigendo, quales in eo Episcopo non sunt admittendi ad officii sui executionem, c. Illud 6. h. 1. Prohibentur & sacerdotes peccatum in confessione auditum revelare, ne quidem ex compulsionem, quod ea res sit perniciosa, c. Dilectus 13. h. 1. de crimine suo gloriari, ut de carnali copula cum uxore aliena, quales ab officio & beneficio sunt suspendendi, c. Quam sit 9. h. 1. se etiam libidines maxime quæ sunt contra naturam, propter quas Clerici sunt deiciendi à Clero, vel ad agendam poenitentiam in Monasterio detrudendi, c. 4. h. 1. Eorum etiam est ab eo abstinere, unde scandalum oriri possit, ut frequentare ludos profanos, & similia, de quibus sup. De vita & honest. Clericor. Prædicatoribus, Minoribus aliisque Mendicantibus est inhibendum Domo ad habitandum de novo recipere, aut susceptas mutare, alienare, absque licentia Sedis Apostolicæ, c. unic eod. in 6.

TITULUS XXXII.

De novi operis nuntiatione.

SUMMARIUM.

1. Nuntiatio novi operis quando & qualiter fiat.
2. Habet locum, non obstante cautione de opere demoliendo.

Ffff 2

3 An

SUMMARIUM.

1. Privilegium quid nominis & vi.
2. A lege in quo distinguatur.
3. Scriptura an sit de substantia privilegii.
4. Probatur privilegium etiam per usum.
5. Privilegia alia Realia alia Personalia.
6. Privilegium in dubio quale iudicandum, et an personale?
7. Item aliud perpetuum, aliud temporale.
8. Privilegia concedere potest, quo legum concedere.
9. Consuetudine an adquiri privilegium possit.
10. Subiectum privilegii, persona cui conceditur.
11. Materia.
12. Effectus.
13. Privilegium cui proficit.
14. Est stricte interpretandum.
15. Concessum marito, an profici uxori.
16. Vxor an gaudeat privilegio Clerici.
17. Privilegium uni concessum etiam alteri tribui potest.
18. Privilegio priori aucto an & posteriori dicendum.
19. Privilegium non egreditur personam suam, cui & ob quam concessum.
20. Privilegia quatenus amplianda & restringenda.
21. Attendi ea in re proprietate verborum & rerum.
22. Similitudo rationis an faciat extensionem.
23. Quid si verba sint obscura?
24. Usus privilegiorum quibus in locis sit.
25. Is non impediendus nec violanda privilegia.
26. Privilegio an sit sua vis & effectus auctoritatis?
27. Privilegiatus contra privilegium an agatur suo privilegio?
28. Privilegio suo uti an quis cogi possit?
29. Privilegium amittitur, I. Mortis & insipientiam cessum.
30. An & morte concedentis?
31. II. Temporis lapsu, ad quod restitutum.
32. III. Cessante causa finali privilegii.

3. An & si notorie sit iniusta?

4. Nuntianti quando opus novum demoliri liceat.

Pertinet & ad excessus, nova opera facere & nuntiationes contemnere. Unde Capella in praedictum baptismalis Ecclesiae non est edificanda c. i. h. t. Episcopis etsi Ecclesias edificare, easque donare sit permillum ex redivibus veteris Ecclesiae, ad certam usque summam, ut traditum sup. De Eccles. reparandis, non tamen si ex eo contingat veterem Ecclesiam laedi, cuius nomine novum opus recte nuntiatur, id est ab edificando Episcopus impeditur secundum formam receptam per leges, quam probant Canones; quos ut leges non de dignantur imitari, ita vicissim statuta Canonum adjuvantur Principum constitutionibus, c. i. h. t. Et is, cui nuntiatum novum opus, continuo debeat desistere ab opere, uti legibus statutum, & expectare per tres menses, intra quos probet nuntians suum praedictum, * non obstante cautione, quam offert de demolendo opere, si iure non edificasse apparuerit, c. fin. h. t. nisi nuntians cautionem admiserit, c. pen. h. t. aut nuntiationem remiserit, c. a. h. t. Iure an iniuria nuntietur novum opus, non inspicitur, nec salvat edificantem, quo minus demoliri cogatur, d. c. i. idque ad puniendam illius contumaciam.

2 Quid si notorie sit iniusta nuntiatio? R. Videri non teneri nuntiationem, quod frustra expectetur liquidatio juris, quod certum est. Quo facit textus in l. Prator D. eod. in verbis, & in ea causis, ut remitti debeat. Facit & in simili, quod si venditoris causa notorie sit iniusta, non debet expectari sententia ad hoc, ut emptor habeat regressum contra venditorem, l. Ex empto ff. de emptore D. de act. empti & vend. ubi Costal. Barr. ad l. Atquin. 19. §. cum me absente D. de neg. gest.

3 Licet & nuntianti propria auctoritate id, quod post nuntiationem est edificatum, demoliri in continenti, cum videatur vim vi repellere, quod est licitum, & probatur l. Sed si inter 27. De servitutib. praed. urban. l. 3. §. cum igitur D. de vi & vi armata.

4 Quod post nuntiationem est edificatum, demoliri in continenti, cum videatur vim vi repellere, quod est licitum, & probatur l. Sed si inter 27. De servitutib. praed. urban. l. 3. §. cum igitur D. de vi & vi armata.

**

- 33. IV. Adhæto modo & conditione, Ad beneplacitum meum, Quamdiu vel donec volucro &c.
- 34. V. Renuntiatione expressa.
- 35. VI. Renuntiatione tacita, per non usum.
- 36. VII. Per usum contrarium.
- 37. An unus actus contrarius sufficiat?
- 38. VIII. Per abusum.
- 39. X. Per revocationem ejus, qui concessit.
- 40. Eamque vel expressam, vel tacitam.
- 41. Privilegio generali priori an per subsequens speciale derogetur?
- 42. Effectus revocationis.
- 43. Revocatum an censetur, destructo loco vel corpore, cui competit.
- 44. Innovatio privilegii an quid novi juris tribuat?
- 45. Privilegia exemptis concessa non violanda.

1 **U**T in bonis servanda immunitas Ecclesia, qua de re libro III. actum, ita & in suis Privilegiis; quæ non sunt diminuenda, sed integra & illibata conservanda, excessusque circa ea cavendus est privilegiatis, c. Porro 7. h. t. Denotatur hoc nomine & jus ipsum, sive gratia concessa privilegiario, & mandatum vel instrumentum, quo conceditur, quod interdum vocatur Rescriptum, Indultum, Bulla. In utraque significatione invenitur usurparum hoc Tit. Est autem jus singulare, in certâ personæ aut causæ gratiam à Superiore constitutum aut privata lex aliquid speciale concedens. Item lex de uno homine lata, quasi priva lex, id est privata, can. Privilegia Dist. 3. * In quo distinguitur à lege, quæ est communis & omnibus lata: uti & in eo, quod non semper sit perpetuum privilegium, quia conceditur interdum ad tempus determinatum, absolute tamen concessum perpetuum est. Suarez De LL. lib. 8. c. 1. 2. 3. Ut quis privilegio utatur, necesse est de eo constet per scripturam, aut legitima documenta, can. Contra morem Dist. 100.

2 Ubi queri posset, An scriptura sit de substantia? R. Ita posse videri, per d. can. Contra morem, in verbis, aut ex scriptis privilegiis servari: & per d. c. Porro h. t. quod habet, inspicenda esse privilegia, ut eorum tenor servetur, Contra tamen dicendum, ex eo, quod privilegium sit quædam lex, quæ scriptura non in-

diget, & nullum sit jus positum scripturam requirens; imo dispensationes, aliæque gratiæ sine scriptis concedi possunt. Navar. Conf. 1. h. t. & Conf. 22. sup. De clandest. despons. Quo facit Clem. Dudum §. Nos etenim & ibi Gloj. V. Verbo De sepult. ubi dicitur, privilegia, gratias, indulgentias verbo vel scripto concessa. Idem habetur in extravag. Et si domini fin. De poenit. & remiss. cum verbum non sit minus efficax, quam scriptura, & ex eo non minus declaretur voluntas Pont. quam scripto. Verum cum non sit adeo permanens verbo concessum privilegium, nec credatur iis, qui concessum sibi adseruat tantquam in propria causâ, hinc est quod scriptura desideretur ad privilegii probationem; quo modo accipienda loca in contrarium allegata. * Potest tamen & per testes probari privilegium, qui etiam audientur deponentes de visis instrumentis privilegii, eorumque tenore, secundum formam in c. Cum olim 12. h. t. Vnde certo sciens, verbo sibi esse concessum privilegium, secundum illud agens tutus est in conscientia foro. Quo modo quod habetur in Reg. Cancellariae de non judicando, ut gratia nemini suffragetur, litteris non expeditis, recte dicitur procedere in foro judiciali, non etiam in foro conscientia. Gomez, ad d. Reg. q. 14. G. gas de Pensionib. q. 34. num. 10. Azor. Inst. Moral. p. 1. lib. 5. c. 2. q. 5. Suarez late d. lib. 8. c. 2.

Sunt autem Privilegia, de quibus hic, alia Realia, alia personalia, ut colligitur ex c. Mandata sup. De presumpt. in verbis, non loco tribuimus, sed persona: & ex l. Privilegia 196. D. de R. l. ubi quædam privilegia dicuntur esse causæ, quædam personæ. Quæ divisio bona est, & sufficiens: non obstante, quod omne privilegium principaliter & ultimo referatur ad aliqujus personæ usum & utilitatem; quia & ut leges, ita & privilegia non feruntur nisi propter hominum commoditatem, cum non semper personæ immediate attribuantur, sed & ipsi rei vel causæ. Ut personale sit, quod immediate fertur in personam, ratione sui, eique adhaeret; sive sit persona particularis, sive genus personarum, cujusmodi est S. C. Vellejanum, competens mulieribus intercedentibus ratione sexus; Macedonianum filisfam. mutuum accipientibus, ratione ætatis. Solis enim personis, & quidem singulis concessum,

Ffff 3 non

non ratione communitatis aut corporis mystici, quod constituunt, sed ratione sui, & prout in unoquoque est, ex causa concernente ipsas personas, cum quibus & finitur. Barboza ad l. Quia tale 14. nu. 14. D. Solutio matrim. Reale est quod immediate & directe alicui rei, loco, muneri, vel conditioni distincta à persona, est concessum. Sic privilegium concessum Cisterciensibus ne solvant decimas, reale est, quia loco debetur. Ita & Ecclesiarum immunitas spectat ad privilegium reale: quo etiam spectant privilegia competentia ratione dignitatis, ut Episcopatus, Principatus, Clericatus, aut similis qualitatibus, cujus conditio est perpetua. Quod facit argumentum c. Quoniam 14. sup. De off. deleg. ubi commissio delegati (sub nomine dignitatis, scilicet Abbati vel Episcopo, dicitur Sedi concessa, non etiam persona, ut ad successores transeat. Quod si & proprii nominis fiat mentio, & dignitatis sive rei, videndum, quid precedat; ut si prius nominetur persona, sit privilegium personale; si vero locus, res aut dignitas reale, arg. l. Si communis 27. D. de stipulat. servor. Abbas in c. Mandata 6 nu. 2. sup. De praesumpt. Nam id, quod subjungitur, est loco demonstrationis, quae abundans non nocet. Et hoc, si verba privilegii sint absoluta, & simpliciter directa ad personam, aut ad rem sive dignitatem; quia si aliquid addatur, per quod distrahat verborum significatio, ea mutari poterit: veluti si detur privilegium Petro Episcopo, & successoribus eius, erit reale privilegium, competetque Sedi; è contra si Episcopo alicujus loci detur aliqua facultas, ratione eminentis prudentiae aut scientiae, non reale, licet concedens usus sit nomine dignitatis, sed personale erit beneficium, propter adjuncta Abbas in d. c. Mandata nu. 1. Sic et si verba sonent quidem privilegium reale, materia autem non possit accommodari perpetuitate, interpretanda erunt ut de personali, & è contrario. Abbas in c. Adversus 7. nu. 17. sup. De immunit. Eccles. Azor. d. lib. 5. c. 22. qu. 2. Suarez d. lib. 8. c. 3. nu. 3. C. segg.

Quid si dubium sit juxta verba & qualitates, an reale sit, an personale, quale judicandum? R. Tiraquel. De jure primogen. qu. 40. n. 69. velle, esse reale. Allegat duas Gloss. quarum altera nihil tale dicit, altera contra ipsum

facit. Posset ejus haec ratio dari, quod pro firmitate privilegii sit praesumendum, ex eo quod beneficia sint large interpretanda. Alios vero velle, esse personale, Jason. in l. Si se 13. nu. 12. D. de V. O. ex ratione, quod privilegia sacri iuris atque ita in dubio potius interpretanda esse personalia, quam realia. ut restringatur concessio; reale enim quo durabilis, communi. Alii has opiniones concordant, ut si verba referantur ad personam, sint personalia, si ad rem realia. Barboza ad d. l. 14. nu. 4. Quae concessio non enervat dubium, cum ponatur in dubium. Dicendum videtur, si privilegium sit odiosum, quia contra jus commune, vel quae cedat in aliorum praesudicium, in dubio esse censendum personale, quia strictè intelligenda odia: si vero sit favorabile, contra ius beneficiorum. judicandum reale, cum deest beneficii Principum esse mansura, quae & largissima admittunt interpretationem, l. penult. D. de test. Princip. Batt. in l. fin. num. 4. D. de test. legata, Alexand. in d. l. Quia tale, Suarez d. 4. nu. 14. C. segg.

Est & Privilegium aliud Perpetuum, quod adhæret rei de se perpetua, vel sine temporum limitatione conceditur: dictum ita, non potest amitti non possit, sed quod de se duret, quando non revocatur illud Temporale, quod vel personae conceditur, cui tantum competit, secundum jam dicta & cum ea extinguitur, c. Privilegium 7. De R. l. in 6. Vel datur ad certum & definitum tempus, quo lapsa fuerit, l. Quoties C. De precib. Imp. offit. aut sub conditione, cujus eventus cessat, Sic privilegium concessum à Prelato, Donec decesserit, morte eius revocatum censetur, quod voluntas eius ultra se non extendat, Idem est in clausula, V. que ad beneplacitum meum, nam in hac virtute includit conditionem, ut pendat à voluntate concedentis, quo mortuo ut voluntas non est, ita & cessat dependentia atque ita & privilegium. Aliter se res habent, si concedatur ad beneplacitum Sedis, quia cum Sedes sit perpetua, dicendum & perpetuum privilegium, duraturumque donec revocetur. c. Si gratiosè De rescriptis in 6. Plaza Suarez d. lib. 8. c. 5.

Acquiruntur Privilegia ex concessione eius, qui potest legem ferre. Nam cum fiat lo-

ges private, non possunt concedi nisi per eum, qui potest legem universalem condere; sive rigore sumatur pro concessione speciali contra legem universalem, quam nemo concedit nisi auctor legis, qui potest dispensare in sua lege, & ab ea exceptionem facere per privilegii concessionem; sive latius pro gratia & beneficio ultra jus, nam & hoc est eius, qui est supra jus, & ad quem spectat limites in jure ponere, & præter illud operari. Ita Suarez ubi sup. c. 8. num. 2. Hinc certum est, summum Pont. posse privilegia concedere, quia leges ponit, & est supra omne jus; & hoc in terris Ecclesiarum. In terris laicorum est summi Principis ea concedere in honoribus, immunitatibus; rebus ac potestatibus temporalibus, cujus in illis tantum est facultas condendi leges, non etiam Pontificis, saltem directe; nam indirecte, quatenus usus juris spiritualis exigit, videtur posse, secundum ea; quæ dicta sunt supra De consuet. nu. 19. scilicet Pontificiam potestatem spirituales indirecte etiam extendi ad temporalia. Est & ea potestas Episcopis, aliisque Prælati Ecclesiarum proportionata suis legibus & statutis, super quibus dispensatio nis libera, non etiam super jure communi & Pontificio seu lato à suo superiore, nisi quatenus jure seu consuetudine illis concessum; non concessum autem, ut contra jus commune privilegia concedant. Suarez d. c. 8. nu. 9.

Quæritur, An & consuetudine possit adquiri privilegium, veluti exemptionis, aut simile? R. Rationem dubitandi sumi ex eo, quod nemo possit propria sua auctoritate se eximere à lege eiusve obligatione; hoc autem fieret per consuetudinem istam. Privilegium enim est privata lex vel exceptio contra legem, & jus aliquid supra legem, quod non ponit nisi auctor legis. Communis tamen opinio attribuit istam vim consuetudini; & probatur per c. Novit. 14. sup. De judic. in verbis, Nisi forte juxta communem per speciale privilegium vel contrariam consuetudinem aliquid sit detrahendum. Ubi Pont. æquiparat consuetudinem contrariam speciali privilegio, ut quod huic adest etiam illi sit dicendum adesse, Gl. ibi V. consuetudinem. Probatur ratione. Consuetudo potest derogare legi, imo & abrogare eam in totum, uti dictum sup. De consuet. nu. 8. ut

multo magis in parte possit e ipsa valere, & dare licentiam agendi contra jus. Ubi aliqui requirunt scientiam Principis, verum ut ista non est materia ad introducendam consuetudinem legi contrariam, ut traditum supra d. Tit. De consuet. nu. 5, ita nec ad inducendum privilegium. Quod ita in communitate procedit, quæ legis actionis saltem passivæ capax, atque ita legi derogat; non etiam in privata persona, quæ tamen si non propria consuetudine, saltem ea, quæ cum præscriptione concurrat, & hujusmodi privilegia acquirere poterit, postquam etiam alia graviora hac via adquiruntur præscriptione à privatis. Cujus ordinis est jurisdictio, quam & præscriptione adquiri sive privata consuetudine patet ex c. Duc simul sup. De off. deleg. c. Cum contingat sup. De foro compet. ubi Gl. & Abbas. De jure exigendi tributa, pedagia; patet ex c. Super quibusdam 26. §. præterea. ubi Gl. V. non extat mem. inf. De V. S. Vid. Suarez lib. 8. De LL. c. 7. num. 4. & seqq.

Subjctum, cui conceditur privilegium, est persona vel res alicui subdita, ut patet ex divisione superiore. Sic Ecclesie sunt concessa sua privilegia, uti & Monasteriis, piisque locis; veluti exemptio ab ordinaria jurisdictione, de qua in c. Cum olim 14. Cum Capella 16. & c. 17. h. t. à decimarum solutione, de qua actum sup. De decimis, & fit mentio in c. Si de terra 6. c. Accidentibus 15. & c. Quia circa 22. h. t. Concessio pallii, quæ competit quatuor Patriarchalibus Sedibus, & delatio vexilla Crucis, c. Antiqua 23. h. t. Licentia sepeliendi suos confratres tempore interdicti, c. V. privilegia 24. h. t.

Oportet autem privilegium tale sit, quod participet conditionem justitiæ & honestatis. Quo modo respectu privilegii talis sit materia, quæ ab ipso honeste & sine aliorum injuria fieri vel omitti possit, saltem suspensio privilegio: respectu autem eorum à quibus servandum, ut vel nullum vel moderatum gravamen contineat. Hinc contra publicam utilitatem privilegia etiam Principum non conceduntur, l. subimus 10. C. De sacros. Eccles. nec contra se ea concedit Pont. quatenus minuunt eius dignitatem; neque enim eam potest dividere aut immiscuere: uti nec ulla, quæ sunt Ecclesiasticæ gubernationi contraria,

traria, quia foret abusus suæ potestatis & prodigalitas quædam, quæ in Pont. non præsumitur. Hinc non creditur Pont. concessisse aliquibus Principibus, ne sine eorum approbatione rescripta sua essent. Atque habeant, quale privilegium sibi vindicant Principes Belgarum, & est apud eos in viridi observantia. Contra commodum tamen suum non raro dant privilegia Pontifices, diminuendo suos redditus, quos consequerentur, nisi privilegium testandi aliquibus permitterent, non solvendi annatas, aut simile quid. Suarez d. lib. 3. c. 8. nu. 8.

12 Effectus Privilegiorum est, ut secundum formam eorum procedatur, etiam cum derogatione juris, aliter forent inutilia, licet illius derogationis non contineant mentionem, c. In his 30. h. 1. ubi privilegium concessum Minoribus & Prædicatoribus, ut ubique cum Altari viatico celebrare possint, declaratur esse intelligendum sine licentia Prælatorum, licet hoc non sit formaliter in eo expressum. Facienda enim interpretatio, ut res potius valeat, quam pereat, & privilegium non sit illusorium, c. Inter 6. §. ceterum, ubi Gl. sup. De fide instrum. Si tamen jus sit qualificatum per specialem clausulam resistentem privilegii, illique derogantem necesse est, ut in forma privilegii fiat mentio istius juris vel in specie, vel sub clausula generali sufficiente ad ei derogandum, veluti Non obstante: alias privilegium non prævalebit isti juri, eritque inutile. Gard. in Clem. qu. 3. De censib. Ratio reddi potest, quod plus necessarium sit, uti firmiori modo ad derogandum legi firmiter stabilitæ, communi modo latæ, quia alias præsumeretur privilegium per importunitatem aut inadvertentiam esse à Principe indultum, quæ non potest præsumi per subjectam derogationem. Uti nec præsumitur contra simplex jus non habens clausulam derogatoriam per importunitatem aut inadvertentiam extortum, etiam si illi deroget, quod est ordinarium, quæ de re vide Felin. in c. Nonnulli num. 19. c. seqq. sup. De rescript. & Suarez c. 14. num. 6. c. 1299.

13 Prodest autem privilegium solis, sive personæ sive loco, expressis, vel ex vi vocis aut actionis seu materiæ vel aliqua juris dispositione comprehensis. Valent enim privilegia

tantum, quantum sonant, & non amplius, ut quoad res, sive quoad personas; cum illi non concedantur, ad quos dirigitur intentio concedentis, ex cuius voluntate prædicta concessio & extensio privilegii, quæ contra ejus mentem non debet extendi ultra verba expressa, hinc enim privilegia stricte juris. Ita fere Suarez c. 14. nu. 2. 3. 4. Hinc exemptus respectu tantum non est exemptus respectu alterius, ut respondit Pont. in c. Cum Capella 16. h. 114. Privilegium enim istud tantum loco datum, ut sit rector Canonico competens eo in loco tantum, respectu respectu, non etiam alterius: ut quoad alium subsit Ordinario, ejusque animadversioni correctioni subiaceat. Nec exemptus Monasterio concessa Capellam exemptam facit, nisi sit à Monasterio, c. Ex ore 17. h. 1. nisi privilegium tale sit datum Monasterio, Ecclesieque utique jure illi subjectis. c. Quoniam 21. h. 1. Sed exempti, ut non nisi sub certo iudice respondeant teneantur ratione delicti, contractus, etc. non gaudent eo privilegio in loco non exempto, c. 1. in princ. eod. in 6. Si datum Monasterio privilegium exemptionis à jurisdictione Ordinarii non obtinet, si ad Prioratus Ordinarii delictos mittantur, d. c. 1. in fine. It. in d. c. 1. si quis celebrare divina, januis clausis non eo celebrandum, ut alios admittere valeat, exceptis familiaribus, si Conventui sit datum, privilegium: nam si singulari personæ privilegium tale competat, aut etiam antea in tempore divina, ejus etiam familia admittatur, c. Licet 11. eod. in 6. Et Episcopis, quibus concessum cum altari viatico celebrare, in eo privilegio permittitur, ut non violenter interdictionem, c. fin. eod. in 6. Denique concessum privilegium, ut interdici tempore contrarius suos aliqui sepellant, non accipiendum de quibusvis confratribus, sed de iis tantum, quibus sua obtulerunt Monasterio, mutato habitu aut etiam de iis, qui oblatiis bonis in locum remanent, retento eorum usufructu pro parte non de quibuslibet aliis, qui parum quibus obtulerunt, d. c. 1. privilegia 24. h. 1. ne Ecclesiastica disciplina dilabatur & vilescat. Tales tamen confratres, donec in domibus suis morantur, non sunt immunes à juribus Capitularibus, c. Quidam 32. h. 1.

14 Strictè itaque accipiendum privilegium & interpretandum, ut ne quidem ex rationis identitate extendi possit ad alia loca vel personas, Sane 9. h. t. quæ de re inf. eod. nu. 22. nec proficit quidquam ad extensionem correlativorum, si aliud non pateat, vel ex materia, vel verbis, vel alia juris dispositione. Ratio est, quod tale privilegium simpliciter sit personale, & relatio vel connexio ad aliam personam non faciat identitatem, ut cessare debeat communicatio, etiam ex ratione correlativorum.

15 Unde pendet resolutio questionis, An marito concessum privilegium censeri debeat communicatum cum uxore? R. Personale privilegium mariti non competere uxori, siue marito vivo, siue eo mortuo, regulariter obtinere tradit Jason in l. Non tantum nu. 4. D. de re judic. & probatur per text. in l. Princeps. D. de regib. ubi Princeps quidem dicitur solutus legibus, non etiam ipsa Augusta: & per text. in l. 5. §. immunitati D. de jure immunit. ubi privilegium naviculariorum patri naviculario datum non competit liberis, quamvis censeantur una cum parte persona; uti & uxor cum marito; ex eo, quod persona cohereat. Quæ tamen ita accipienda, nisi dispositio juris aliter habeat, ut in materia nobilitatis, cujus privilegium ejus nomine competens marito prodest & uxori, etiam post mortem mariti, per text. clarum in l. f. n. C. de incolis lib. 10. nisi postea minoris ordinis virum sit sortita. Idem dicendum de liberis, ut sola habitudo relationis non sufficiat ad hoc, ut privilegio patri concessio fruatur: quod quia personale non creditur personam, nec transit ad hæredes, nisi aliunde ex vi alterius juris fiat communicatio vel transmissio; uti contingit in beneficio, quod habet, ne ultra id quod facere potest condemnatur uxor, de quo in l. Maritum 12. D. Solutio matris. Quod alia l. x. etiam filiis ejus attribuit, l. Etiam 18. D. eod. Vid. Barbosa ad d. l. Quia tale 14. nu. 22. & segg. D. Solutio matris. Suarez d. lib. 8. De LL. c. 11. nu. 1. & 2.

16 Est & questio, An Clerici conjugati uxor gaudeat eius privilegiis? R. De privilegio Canonis & fori dictum supra, tit. De Clericis conjug. in fine, eam privilegio isto non gaudere, cum tale privilegium sit indultum propter dignitatem & munus Clerici, quod ut per

nullum jus communicatur uxori, ita nec privilegium. Imo sunt textus potius ejusmodi privilegia restringentes in tali Clerico propter matrimonium, c. unico De Cler. conjug. in 6. ad quod se refert Trid. Sess. 23. c. 6. De reform. Detrahitur enim per matrimonium divino obsequio, cujus nomine privilegium istud datum. Quantum ad locorum immunitatem nec eam communicari uxori quoad ejus bona verius est, cum hæc immunitas sit specialiter personæ concessa ratione Clericatus, qui non est in uxore. Nisi ratione matrimonii bona sint communia & quasi indivisa; tunc enim usus privilegii ex parte mariti est connexus cum uxore, nec potest ab ea separari. Alias non posset ipse maritus uti suo privilegio; quo modo videtur accipiendus textus in l. 2. C. De Episc. & Cler. Vid. Suarez d. c. 11. nu. 3. Sanchez 7. De matrim. Disp. 47.

17 Itaque illi soli privilegium comperit, qui in concessione est expressus; si aliter per superiorum non extendatur, qui potest privilegium uni concessum & alteri attribuire, per verba, Ad instar, Ad exemplum, talium scilicet privilegiorum, quibus illi gaudent. Exemplum est in c. 2. h. t. in 6. & l. penult. C. de advoc. divers. judicior. Quo casu idem privilegium, quod primo datum est, comperit secundo; censetur eam datum ad imitationem prioris, ut omnia eidem competere dicenda sunt, quæ priori concessa, in eadem extensione & restrictione. Quo facit, quod tradit Navar. de Jubileo Notab. 26. nu. 2. ex Baldo in l. Omnia 35. C. de Episc. & Cler. privilegia concessa uni Universitati, ad instar privilegiorum alterius, perinde valere ac illius privilegia, qua de re plura Mandos, in Tract. de privilegiis ad instar qu. 4.

18 Quid si prius privilegium siue exemplar postea augeatur, an ea res concernet posterius? R. Veriorem esse sententiam negantium, ex eo, quod verba, Ad instar, Ad exemplum, & similia denotent respectum imitantis aliud, quatenus jam existit, seu jam factum est, non etiam quatenus futurum. Uti & concedens taliter privilegium non aliter concedit, quam quatenus jam concessum, aut quatenus jam se habet id, ad quod sit relatio, arg. l. In testamento 17. D. de condit. & demonst. nisi tamen exemplum etiam ad futura se referat, secundum

Gggg undum

secundum textum in d. l. Omnia C. de Episc. & Cler. Abbas in c. fin. n. 35. sup. Ne Cler. vel Monachi &c. Uti & e contra si exemplatū augetur novis privilegiis, non ideo gauderet & exemplaris iisdem, cum exemplatum non sit causa sui exemplaris, nec novum privilegium detur per respectum ad exemplar, cum hæc duo sint separata, & in privilegiis non habeat locum extensio per æquiparationem: ut novum privilegium non possit redundare in exemplar, ad quod licet exemplatum referatur, non tamen vicissim. E contra si privilegium exemplaris abrogetur, revocetur, restringatur, non causabit ea res diminutionem exemplati, quod in re ipsa est destructum à suo exemplari; à quo etsi dependeat quoad productionem sui, non tamen quoad conservationem, ut recte ait Navar. d. No. tab. 26. nu. 3. Abbas d. n. 5. Late hac de re Suarez c. 15. nu. 3. 4. 5.

19 Privilegium igitur non extendendum ultra personam & causam sive rem, cui & super qua concessum, ut exemplis & ex textibus juris est ostensum; nam ex speciali ratione indulta non sunt producenda ad consequentias, l. Quod vero D. de legib. cum sortiantur strictam interpretationem. c. Porro 7. & c. Sane 9. h. 1. ut quam minimum obviant juri communi, cujus ordinem non præsumitur voluisse invertere Pontifex.

20 Rectè tamen quis dubitaverit, An hoc universaliter procedat? R. Dubitandi rationem sumi ex variis locis, quæ volunt, privilegia esse latè interpretanda tamquam beneficia, quorum plenissima facienda interpretatio, c. Quia circa 22. h. 1. & c. Olim inf. De V. S. ubi Gl. Utendum hac in re distinctione & dicendum Primum, Privilegium derogans juri communi regulariter odiosum reputari in ordine ad interpretationem, atque ita restringendum potius quam extendendum, juxta d. c. 7. & 9. & c. Olim De R. I. in 6. Derogatio enim juris communis est odiosa per se, ideoque vitanda, aut si vitari omnino nequeat, quia privilegium fieret inutile, erit restringendum, secundum communem opinionem, c. Cum dilectus & ibi Gl. sup. De consuet. Bart. ad l. fin. n. 3. D. de constit. Princ. Navar in Summa c. 12. nu. 79. Sanchez de Matrim. lib 8 Disp. 1. nu. 1. & 4. qui alios refert. Secundò, Privilegium, quod

est purum beneficium, esse favorabile in ordine ad interpretationem, & proinde latè interpretandum, quantum permittit recta ratio. Probatur d. c. 22. & d. c. Olim, item c. Beneficium De constit. Princ. ex quibus colligitur, Beneficium Principum esse latè interpretanda, cum ad ipsum congruat eorum liberalitati, & tenet per ejusmodi interpretationem laudatam. Quæ facit communis regula, favores esse ampliandos, l. Hoc modo 64. D. de condit. & demum ubi q; respectu eorum, quibus conceduntur. Quod non tantum procedit in supremis vel augustis Principibus, verum & alius, qui largiuntur beneficia, secundum d. c. 22. Nam & in iudicio licet cum ratio, quod scilicet concedi non debent nisi sua explicare, ut in dubio contra non faciendâ interpretatio, c. Contra sumus Dal. in 6. Vid. Suarez. c. 27. nu. 3. & seqq.

Volunt & privilegium concessum contra jus commune, motu tamen proprio ampliandum esse, quod censetur simpliciter favorabile, c. Si motu 23. De præben. in 6. Ratio est, quod motus proprius faciat concessi proprio beneficium ipsius concedentis, & ex officio fieri, ut extensio favorem & honorem eius procedat. Nisi tamen tendat in prejudicium tertii quia tunc odiosum foret, nec extendendum, sed restringendum, cum non mens Principis alteri jus suum auferre. Suarez d. c. 27. nu. 8. & 9.

Cæterum in ampliatione & restrictione privilegii servanda verborum proprietates, extra illam non est trahendum privilegium. Sunt enim verba privilegii verba juris, quæ proprio sensu & secundum jus ipsum interpretanda; alias nihil certum esset, si ad improprias significationes extendere liceret. Proprietas ista sumenda ex usitata significatione, seu in communi, secundum suam materiam. Si privilegium concessum ascendendi ad majores Ordines non accipit rectam interpretationem de æqualibus, quia est contra verbi proprietatem, l. Licet sup. De translat. Episc. Nec licet transendi ad strictiorem Ordinem, contra æqualem, c. Licet 18. sup. de Regularib. Nec facultas providendi alicui ad primam vacantem per mortem trahitur ad vacantem per nuntiationem vel cessionem, quia in re ipsa illa sunt distincta, ut respondit Pont. in c. sup.

ceptum 6. de rescript. in 6. Et hoc ita nisi alia interpretatio sit necessaria, ut privilegium operetur aliquid ultra jus commune; quod sine privilegio non liceret, quia alias esset inutile: aut nisi vel ratio iustitiae vel aliunde voluntas concedentis rationabiliter faciat praesumi aliam interpretationem. Dependet enim à voluntate Principis privilegium, & secundum eam verba sunt accipienda, quatenus fert iustitia; quia non censetur concedere, quod sine injuria alterius fieri non potest. Quod procedit, etiam si ex certa scientia privilegium concesserit, quia non censetur habere scientiam nocentem; ut cesset voluntas, nisi aliud expellum sit. Deficit & voluntas in privilegio, quod derogat particulari statuto aut consuetudini, argum. c. 1. De constitution. in 6. ubi per constitutionem subsequentem generalem non censetur Pont. consuetudines aut statuta particularium locorum revocare, idque ideo, quod ea ignoret: quæ ratio etiam in privilegio concessio obtinet, nisi aliud exprimat. Plura Suarez d. lib. 8. De LL. c. 28. num. 2. & seqq.

22 Q. An similitudo rationis faciat extendi privilegium ad alia loca aut personas? R. Ira posse videri per text. in c. Cum dilecta sup. De confirmat. utili vel inuti. vel verbis eiusdem auctoritatis similitudine provocati. Ex quo textu multi colligunt, legem exorbitantem seu excipientem ealium singularem à jure communi extendi ad alios propter similitudinem Abbas & Felin. in c. Quoniam sup. Ut lite non contest. & communiter admittunt extensionem legis exorbitantis in causa pia Barbosa in l. Si constante 25. num. 73. & 74. D. Solutio matrim. ut etiam in privilegiis istud procedere sit dicendum. Contraria tamen sententia verior est, scilicet ad extensionem nihil facere similitudinem rationis; & pro ea facit text. in c. Sane 9. h. t. & Clem. unica De censib. Facit & ratio quod efficacia privilegii non sit posita omnino in ratione, sed in voluntate concedentis. Ut nihil facere possit, quod in simili causa aut persona eadem ratio versetur, si voluntas ad illam non extendatur. Quo modo passim jura mandant tenorem privilegii observari, c. Porro 7. h. t. etiam si sit pia causa: nam alias privilegium concessum uni Religioni, posset extendi ad aliam æqualem aut arctiorem ex sola ta-

tionis puritate, quod non admittendum; & est contra c. Privilegium D. R. l. in 6. Et hoc, quando extensio excedit propriam verborum significationem: aliud, si significatio suadeat, cum diversum sit, derivatè privilegium ab uno ad aliud ex similitudine rationis, quod non licet; aliud vero ita interpretari, ut plura comprehendat, quam in verborum superficie apparet. Exemplum est in c. pen. eod. in 6. neque enim talis extensio est per similitudinem sed per virtuales continentiam verborum, juxta rationabilem eorum interpretationem & ita accipiendus Barbosa in d. l. Si constante: num. 73. Nihil obstat d. c. Cum dilecta; quia extensio ibi fit per ipsum Pont. ut sic procedat ex eius voluntate, non tam declarando, quam constituendo Suarez d. c. 28. num. 11. & seqq.

Tenor itaque & forma privilegii observanda, eaque inspicienda, d. c. Porro 7. & c. 8. h. t. neque facile inducendum, nisi ex verbis pateat: quo modo in c. Recepinus 8. h. t. responsum, non probari exemptionem à jurisdictione Ordinarii per solutionem census Romano Pont. ut nec per hoc, quod Papa aliquem receperit in suam protectionem, c. Ex parte 18. h. t. Quæ res hoc tantum videtur operatura, quod in protectionem à Pont. Rom. susceptis debeat major honor, argum. c. Per tuas 7. sup. De majorit. & obed.

23 Quid si verba sint ambigua? R. Principaliter querendum esse, quæ sit intentio concedentis ex conjecturis; ea enim potissimum consideranda, eique verba serviunt, c. 6. & c. In his 15. inf. De V. S. atque inde pendet tota privilegii vis. Ubi in primis spectanda supplicatio, cui se Princeps solet conformare, c. Inter 6. §. ceterum sup. De fide instrum. in verbis, quamvis ex forma petitionis quæ in ipso privilegio declaratur, confirmatorium videretur. Indulti etiam initium sive premium attendendum, quia solet fere continere causam, cui subsequencia accommodantur, arg. l. fin. D. de heredib. infir. Solent & verba materie subjectæ accommodari, quæ ideo spectanda, an ambitiosa, an periculosa causa litium, quæ ex eo possent oriri. Attendendæ & circumstantiæ causarum, personarum. quæ & ipsæ faciunt ad verborum significationem &

proinde mentem Principis significandam. Venit & unum privilegium per aliud interpretandum, arg. l. pen. in pr. D. de alim. legat. Jason. in l. Tristicum 94. nu. 6. D. de V. O. Quod si adhuc res sit dubia, nec definiti possit, consulendus est Princeps; ejus enim est interpretari, cuius est concedere, Hostien. in Summa hic num. 9. Si tamen periculum sit in mora probabile est, uti licere prudenti arbitrio. Suarez d. c. 28. in fine.

24 Hæc de Privilegiorum effectu & interpretatione: quorum usus, si certo loco tantum sit concessum privilegium, ibi tantum erit, cum in uno loco privilegiatus uti privilegio suo alio in loco nequeat, ut dictum supra per cap. Cum Capella 16. h. t. cum causa limitata limitatum producat effectum. Ab inferiori quoque concessi non erit usus nisi in concedentis territorio, quia extra illud cessat ejus jurisdictio. Et hoc, quatenus concernit speciale jus territorii; neque enim potest privilegium unius Episcopi derogare præcepto vel jurisdictioni aiterius. Facit, quod talis privilegiatus, dum versatur in alieno territorio, non gerit se ut incolam domicili sui, sed ejus territorii, in quo existit, ejusque legibus est subiectus. Sic habens privilegium velicendi exitis pecorum in Hispania, non utetur eo in Gallia aut Belgio. Quod si privilegium tale sit, quo alieno territorio uti licet, quia actus sit indifferens, neque communi neque speciali jure loci prohibitus, licitum est eo alibi uti, quia nec per locum istum constringitur non uti, nec per locum suum, cuius existens in alieno territorio legibus non tenetur. Quod si actus sit prohibitus jure communi, non etiam statuto particulari loci, dispensatus legitime à suo Episcopo, etiam alibi eo utetur, quia nec prohibetur per jus commune, propter dispensationem, nec per speciale, quod nullum est. Sic absolutus à censura ubique ministrat. & impeditus ad petendum debitum ex causa voti, aut alia, si tollatur impedimentum per Episcopum suum, etiam alibi copula utetur. Hæc fere summa est eorum, quæ tradit Suarez 8. De LL. c. 26. num. 7. & seqq. Pontificio privilegio absolute concessi ubique licite quis utitur, propter universalem ejus auctoritatem. Quod & dicendum de eo quod ab Imo. indultum, saltem olim, quando universalis ejus erat jurisdictio, non hodie,

propter demissionem Imperium. Usus privilegiorum liber permissio in quibus concessa, nec impediendus, nec privilegia violanda, non tantum directe, sed nec indirecte. Violatæ debite puniri vel Pont. in c. Quanto 26. h. t. dummodo tantum se taliter componant in habitu, tonsura, & ceteris ut ea mereantur, in iisque sint defendendi. Unde Clericos citra habitum & tonsuram inter laicos vagantes ac delinquentes non defendendi privilegio foti responsum est in cap. in parte 27. h. t.

Quæritur autem, An privilegio in sua via & usus commodus privilegiato, sine eo oportuitiam? R. Privilegia regulariter non conceduntur, ut effectum suum conferant privilegio, nec notitiam aut acceptationem, saltem per procuratorem aut epistolam; cum nec mens concedentis regulariter talis sit, nec verba hæc indicent, nec mortaliter expediat, ut non sit admittendum. Ut recte Bart. in l. Beneficium num. 4. D. de constitut. Prins. velit effectum eorum obtinere ab eo tempore, non etiam tempore concessionis, citans in eam sententiam C. De Consulib. lib. 12. Facit pro ea parte etiam §. Ex parte, ubi Gl. De concess. præb. in 6. l. in eodem argum. c. Si tibi absenti De præb. in 6. ubi absenti collato beneficio, jus in illud acquiritur, donec collationem notam habuerit, tem absentis facta manumissio non ante libertatem, quam servus sciens accepit. l. Qui absenti 38. D. de acquir. possess. & de re vendita, etiam si eam penes se habeat, necesse est donatam esse, non sit ejus dominus, l. Absenti D. donat. Ut idem dicendum sit de privilegio, quod est quoddam donatio. Sic & legitimum prolium, quæ est quoddam beneficium, non alias effectum habet, nisi liberi eam ratam habuerint. Novel. Quib. modis nascitur affric. par. 1. Illud tamen Ratio adæquata esse videtur, quia ad effectum privilegii non est sufficiens actus concessio, sed debet accedere passiva adæquatio per eum, cui conceditur, cum beneficium non fiat invito, nec in eio, d. lib. Absenti. c. l. Invito 69. D. de R. I. & voluntas non tenetur in cognitum.

Dixi, regulariter; quia non deest Principi potestas, quin continuo possit velle, ut privilegium operetur suum effectum, etiam ante

habitam noticiam, quia res ea pendet à Principis voluntate, quæ non tantum operatur in privilegio per modum constitutionis indulto, ad quod per sufficientem promulgationem jus quæritur, verum etiam per scriptum. Ratio est, quod in hoc non sit magis necessaria notitia ad acquisitionem, quam in ista; ut si in illa id velle possit statuere Princeps, etiam in hoc possit, cum non desit illi potestas ad conferendum continuo motu proprio. Sufficit enim ex natura rei voluntas formalis & virtualis acceptandi quod sibi commo dum. Nec facit, quod ad effectum promissionum humanarum, ut inducatur obligatio, regulariter requiratur acceptatio, nam potest & ante eam obligatio poni virtute legis humanæ Covarr. 1. Var. Resol. c. 14. nu. 16. Tit. De privi. pia causa c. 116. Voluntatem autem aliqui, etiam si Princeps non contulerit privilegium cum tali voluntate, operari tamen in absente eum effectum, ut revocari non possit ante noticiam. Movetur d. c. Si tibi absenti de prob. in 6. Verum istud Cap. loquitur de eo, qui confert beneficium absenti, non tam libere & suum, quam de necessitate officii, qui proinde non revocat, quia officio suo functus: ut secus sit in privilegiis, quæ per merum beneficium conferuntur, ut recte traditur à Covar. 3. Var. c. 16. num. 1. Menoch. 2. Arch. casu 185. nu. 46. & 47. & latissime Suarez d. l. 8. c. 25. per tot.

27 Quæstio item est, An privilegiatus utatur suo privilegio contra privilegiatum? R. Aequiparationem privilegiorum propter similitudinem aut æqualitatem non obstat, quo minus privilegiatus eo utatur contra pariter privilegiatum; qui & id servate teneatur, si ve, ut ait Covar. ad 6. Possessor p. 2. §. 2. num. 4: qui practice privilegio uti vult contra alium non impeditur, l. fin. D. Ex quibus causis majores &c. ubi absens Reip. causa; contra pariter absentem Reip. causa, si læsus sit restituitur: agit enim unus de damno vitando, alter de lucro captando, ut merito ille potior sit, & utatur suo privilegio contra alterum. Sic & duorum nobilium quibus est privilegium, ne propter debita in carcerem tradantur, aliter contra alterum privilegio suo utatur. Sic & Ecclesia, quæ gaudet privilegio non solvendi decimas, eodem utatur contra aliam Eccle-

siam, cui est idem privilegium. Similiter Ecclesia non præscribit contra Ecclesiam nisi spatio 40 annorum; & privilegium Canonis est Clerico respectu alterius Clerici æque privilegiati. Ratio est, quod illa similitudo in privilegiis sic valde per accidens ad usum privilegii, & ideo unum alterum non impedit: aut consideratur hac in parte lætio unius, & adquisitio alterius Ita Suarez d. lib. 2. c. 23. n. 3. Quod si privilegiati concurrant eum privilegiatis, tunc privilegiatus non gaudet suo privilegio, quorum alterum alteri resistit, ut usus contra alterum Exemplum est in lib. Verum 11. §. fin. D. de minorib. ubi filiusfam. si mutuū à minore acceperit, non utetur S. C. Macedoniani beneficio quod magis tatis ætatis habeatur ratio, quæ S. C. Sic mulier apud minorē interveniens nō utetur suo privilegio S. C. Velleiani; si debitor pro quo intervenit, non sit solvendo, l. Si apud minorem 12. D. de minorib. Est & Exemplum in Nov. De sanctiss. Episc. 123. §. si quis sub conditione 37. ubi Monasterium, quod ingreditur gravatus, non relicti liberis, excludit quidem sustitutum, non tamen substitutam aliam piam causam, contra quam non utitur suo privilegio. Cov. ad c. Peccatum p. 2. §. 2. num. 4. Suarez d. c. 23. num. 5.

28 Quæritur etiam possit. An cogatur aliquis uti suo privilegio? Respondendum. Videri non cogi per c. 6. h. 1. ubi potest quis negligere privilegium, eoque per non usum privati, ut dicetur inferius eod. nu. 37. ex ratione, quod sit inductum in favorem, cui potest quilibet renuntiare, l. pen. Cod. De pactis. Quæ opinio vera est, quatenus secundum regulam juris privilegium ipsum tantum concernit, uti id de quo in d. c. 6. & simile. Nam si specialiter ejus nomine non sit inductum, sed ordinis, servare cogitur; quale est privilegium fori & Canonis Clericis concessum, cui ideo non renuntiant. De priori actum sup. De foro comper. n. 20. & seqq. de altero agatur inf. De sen. ex com. num. 41.

29 Dicta de privilegiis observandis, eatenus vera sunt; quatenus integra & salva, non etiam si amissa sint. Amitti ea contingit variis modis, vel totaliter vel partialiter. Totaliter amittitur Primo, extincta persona, cui concessum, quam sequitur, ut ea extincta, cesserit.

Gggg 3

perlo-

persona cui inhæret, *c. Privilegium 7. De R. I. in 6. l. privilegia D. eod.* ut ad heredem non pertineat, nam secundum regulam juris, in omnibus causis id servatur, ut ibi personæ conditio locū facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat, *l. In omnibus D. d. eis.* Tale est privilegium competentæ, quod habet pater, patronus, socius, donator, maritus *l. Sunt qui 16. Patronus l. Item miles D. de re. judic. l. Maritum 12. cum l. seq. D. Solutio matrim. Dignitati item aut muneris si adnexum sit privilegium & defungatur dignitate Prælati, illo exiit, quia dignitati adhæret, & cū ea ambulat.*

30 Quid autem & per mortem concedentis? R. Semel rite acquisitum non cessare aut admitti morte concedentis, per se, ex regula Juris, quod gratia semel obtenta non cesset per mortem concedentis, *c. Si super gratia De off. deleg. in 6. c. Si cui nulla 36. De prob. in 6.* est autem privilegium speciei gratiæ, & ad donationem spectat, quæ non finitur morte donantis. Quam sententiam aliqui limitant, ut tantum procedat in privilegio favorabili, non etiam in odioso, propter alterius præjudicium male, cum jura absolute loquantur de gratia, nec distinguant, an alteri præjudicet privilegium nec ne. Et deinde etiam privilegium derogans juri communi, aut alterius, est vera absoluta gratia respectu eius, cui concessum, Limitant & aliter istam sententiam, ut scilicet procedat tantū, si res non sit integra, id est, si privilegio uti ceperit, quasi res integra expiraret morte concedentis. Pro quibus facit text. in *c. Licet, cap. Relatum c. cap. Gratium sup. D. off. deleg.* Verum nihil ad rem ista limitatio cum gratia non expiret integra secundum ea, quæ dicta sup. de rescript. in fine; quia gratia ut facta est, habet perfectum esse, nec distinctio, res integra sit, nec ne, in ea locum habet. Non obstant jura allegata, quia loquuntur in rescriptis justitiæ, in quibus habet locum ista distinctio, uti dictum sup. de off. deleg. in iis enim hoc specialiter jus requisivit, ad fundandam jurisdictionem: ut non debeat istorum locorum decisio transferri ad gratias, atque ita nec privilegia, quæ gratiam continent. Non etiam obstat *cap. Si cui nulla de prob. in 6.* quia non loquitur de gratia facta, sed facienda, circa personam determinatam, quam concernit, qualis quia non perfecta ante

mortem concedentis, per eam finitur. Quam concernit; nam si concerneret ipse legatum, cesset facta gratia: reus tamen cui detur licentia agendi pro lubito Consistorium, gratia ista, etiam mortuo delegante, te electionem, nihilominus ut perfectio permanet, quia continet tantum farorum potentiam, Vid. late de hac quæst. Suarez d. 8, c. 31.

Secundò, Per temporis lapsum, ad quod privilegium est restrictum, *cap. 4. §. 1. de off. deleg.* Nam ad tempus definitur concessa eo lapsio censetur revocata. Idem tamen est in subiecta conditione, ut si collata de privilegio cesset, quia conditio cesset ante se tempus. Covarr. 1. Par. 4. n. Suarez c. 29, num. 5. Et hoc, si conditio opponatur ad conservationem privilegii; nam si opponatur ad fieri, non pendebit conservatio & conditio, sed tantum productio; productum autem privilegium erit absolutum. Nam Pont. alicui loco pio concedat exemptionem à solvendis decimis, si Episcopus consentiat, hujus consensus ponet privilegium: nec erit, si dissentiat postea. Alter dicitur concessio sit facta, quamdiu consensus Episcopi. Sic Novitius Religionis privilegium det, donec habitum gerit; quo dimisso mittit. Sic & ad usum actum data privilegia illo peracto cessant, propter arbitrium concedentis. Vid. Suarez d. c. 29, num. 8.

Tertiò, Cessante causa finali, quæ est principalis causa privilegii, à qua dependet la fieri & in conservari, ut, ea cessante, privilegio cessare debeat, *cap. Cessante sup. de off. deleg. uti carens fundamento.* Et hoc in privilegio derogante juri communi; siue alterius ad cuius etiam conservationem requiritur causa. Nam continens merum beneficium vel non requirit causam, vel si requiritur, honesta & prudens sit concessio, postea tamen ea facta non requiritur, quod beneficium simpliciter collatum habeatur à personâ, cujus beneficia decet esse mansura. Nam & odium in unica tantum actione continetur, ut in dispensatione super matrimonio, quod sit saluum, etiam si causa postea cesset, ad casum devenerit, à quo inchoata non

quia factum semel legitime non retractatur, c. Factum 74. de R. l. in 6. Tiraq. Tract. Cessante caus. in princ. limi. 12. Sanchez de matrim. l. 8. Disp. 30. n. 14. Secus erit, si tractum habeat successivum, cum detur privilegium per modum potestatis successivae operandi, quam facit cessare causa finalis, qua fundatur. Dico, finalis; quia aliud dicendum in causa impulsiva, cujus cessatio idem non operatur, quia non est principalis causa, qua privilegium nitatur. Tiraq. d. Tract. in princ.

33 Oportet autem causam non cessare negativè, hoc est causa quidem privilegii subsistat, usus tamen ejusdem non sit injustus: ut si Monasterio sit concessum privilegium non solvendi decimas, propter inopiam ejus temporis, quod postea factum est dives, & abunde habere cœperit, non ideo cessabit privilegium. Nam licet causa cessaverit, ut hoc statu, idem non concederetur, concessum tamen rectè conservatur citra injustitiam, quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. Quo spectat, quod tradunt auctores, post jus perfectè adquiretum non cessare gratiam aut favorem Principis, etiamsi causa cesset, cum Princeps non permiserit gratiam sub ea conditione, ut tantum duret, durante ista causa, sed simpliciter. Oportet, inquam, non cesset causa negativè, sed contrariè, id est ut usus privilegii ratione mutatae materiae aut circumstantiarum fiat illicitus & injustus, cum privilegium de re illicita sit nullum; ut etiam, si usus ejus sit factus illicitus, debeat dici nullum, cum eadem sit ratio in conservatione; quæ est in concessione: ut locum habeat regula, Quod pervenit ad statum, in quo incipere non potest, in eo remanere non potest, l. Vranus 71. §. sed cum duo D. de fideiuss. Velut si remittantur decimæ alicujus Ecclesiæ, quæ dives pro eo tempore erat, postea autem mutatis rebus se alere non possit, si tota illa decimarum parte fraudetur cessabit contrariè, ut & cessare debeat privilegium remissionis tamquam illicitum & alteri grave. Suarez c. 30. num. 6. & 7.

IV. Ex forma concessionis, veluti si dixerit, Ad beneplacitum meum, Quamdiu voluero, Donec voluero; quæ expirare facit concessionem solè morte concedentis, ad quam limitata est, ut nullo actu novo sit opus, c. Sigrati-
ose De rescript. in 6. Nam requirit ejusmodi conditio dependentiam à vita, qua sublata tollitur & dependentia & voluntas. Aliter se res habet in conditione, Ad beneplacitum sedis, quæ indiget novo actu contrario, ut cesset, quia non est ad vitam concedentis immitata, sed sedis beneplacitum, quæ per successionem eadem perseverat, & durat conditio, donec revocetur. Suarez c. 32. num. 2. Covarr. 3. Var. c. 15.

V. Per Renuntiationem expressam, id est, voluntariam abdicationem juris sibi concessi. Dico, expressam, per signum scilicet externum; quia ut expressa requiritur concessio in constituendo, & acceptatio, ita & renuntiatione atque acceptatio ejus, cujus interest, quam non ponit interitum propositum, quod non exivit in actum externum, ut nihil operetur. Ubi mandatum absolute datum non potest censeri revocatum, ex eo, quod is, ad quem dirigebatur, noluerit acceptare mandatum, ignaro mandante, c. Licet de procurat. in 6. cum hoc non obstante rectè is acceptet mandatum, & gesta ejus teneant. Ratio hujus est, quod non fiat beneficium invito; invito autem est renuntias: & quia juri pro se introducto quis renuntiet. Suarez c. 33. nu. 21.

VI. Per renuntiationem tacitam, quæ colligitur ex non usu. Quod accipere non de usu negativo, quia scilicet occasio non sit data utendi privilegio; quia talis non usus non opponitur privilegio, ut illud tollere nequeat: sed de privativo, qui est carentia sive omisso actus eo tempore quo fieri poterat; hic enim opponitur privilegio, quia nolle uti, quando potest, est renuntiare. Dico, quando potest; neque enim impotentia, absentia, violentia causant talem non usum, qui nocent, quia remouent voluntatem. Ita Suarez cap. 34. nu. 3. 4. & 5. Ubi communiter volunt decennii tempus sufficere, per l. 1. D. de nudinis; id, ut in iis, quæ aliis sunt onerosa, quorum interest non concedi, quibus ideo quaeritur libertas, ut in d. l. 1. Si aliis non sint onerosa, & consistant in mera facultate aliquid agendi, non videntur amitti per non usum, eo quod aliis per non usum nihil adquiratur, ut non videatur acceptationis ejus effectus.

Dein-

Deind. talis non usus per istud tempus non videtur sufficienter indicare consensum renuntiandi, nec invenitur jus aliquod disponens in talibus non usum per decennium inducere amissionem, Vid. Suarez *d. loco num. 15. & seqq.*

36 VII Per contrarium usum seu actionem contrariam ipsi privilegio: ut habens immunitatem à tributorum onere, illa solvat; à decimarum solutione, easdem exactas non renuat, *c. 6. & c. Accedensibus 15. h. t.* Ubi communiter vim ponunt in tacita renuntiatione, quæ ex contrario usu colligitur. Quod verum est quoad illum actum, & fructum pro ea vice privilegii; nam ut privilegium in totum tollatur, non sufficit tacita ista renuntiatione, necessaria est legitima præscriptio contra privilegium, qui debito tempore non utitur privilegio, quod in Ecclesiasticis iuribus est 40. annorum, *d. c. 15.* Ante istud tempus legitime completum ipso privilegio quoad substantiam suam non possunt dici privati, quibus illud competit, quia per solam contraventionem non potest quis dici renuntiare toti privilegio, nisi in eo, quo contravenit, in actu scilicet illo, non etiam futuris. Requiritur autem Primò, ut actus illi sint ipsius privilegii; nam si alio fierent, non possent dici contrarii privilegio, nec illud tollerent. Secundo, ne opponatur actus exemptio- ni concessæ per privilegium, ita ut intelligatur fieri ex obligatione, quam privilegium auferebat, quia alias non esset contrarius privilegio. Hinc qui gerit actum privilegio contrarium, cum protestatione, quod nolit præjudicari juri suo, non efficit usum privilegio contrarium, nec illud amittit, Abbas & alii in *c. Cum accessissent 8. sup. De constitut.* Similiter habens privilegium non jejunandi in Quadragesima, si ex devotione jejuner aliquo die, non officiet suo privilegio. Latè Suarez *c. 35. num. 3. & seqq.*

37 Disputatur, An unus actus contrarius sufficiat? R. Dubitandi ansam dant *d. c. 8.* in cuius fine dicitur, Nisi postea Canonici contraveniant, aliquem in primicerium eligendo; per quæ verba videtur una contraventio sufficere ad destruendum privilegium. Distinguit Abbas in *d. c. 8.* inter privilegium datum personæ singulari & communitati; ut illi competens amittatur per unum actum contrarium, adducit onem, quod in privato quælibet contraventio recta inducat renuntiationem, quia competitur contrarium, huic vero competens non amitti, quam concurrente præscriptio *d. c. 15. h. t.* Dicendum tamen indistinctè non amitti per unum actum contrarium. In qua parte facit *l. Voluntaria. C. De exceptis*, quæ habet voluntarie tuncque manere privilegii nihil derogare; quod & expressè sententia *lin ad d. c. 8. num. 30.* Ratio est, quod contrarius actus non debeat operari ultra illum casum quem cum possit cadere alia præscriptio renuntiationis, illa adsumenda: si autem alia cadit, scilicet quod tantum in hoc negotio, de in gratiam talis personæ actum contrarium commiserit. Nihil obstat *d. c. 8. 20.* quod dicitur, de quo ibi, constituit in unico effectu, quæ contenti sit vel collitur, ut per unum contraventionem potuerit amitti, cum in talibus renuntiatione quoad unum actum sit renuntiatione simpliciter. Agi autem de tali actu patet, quia agitur de extingendo privilegio vel potius quia dicitur Pont. debere manere intactam, nisi Canonici, qui extinguerent, consentent; quæ revocatio etiam fit per unum actum. Plura de hac questione Suarez *d. c. 35. num. 11. & seqq.*

VIII. Per Abusum; privilegium contrarium amittere, qui concessa sibi ab utroque testate *can. Vbi 7. Dist. 74. can. Privilegium 9. 3. c. Vt privilegia 24. in pr. h. t.* Abusus significat defectum in ipso usu privilegii, in his, quæ illud concernunt, idque percellum, utendo privilegio ultra quæ concessis, *d. can. Vbi 7. & d. can. Privilegium* etiam ex causa privilegii quis accipit occasionem peccandi, *c. Contingit 45. inf. De excom.* vel ejus fini repugnat per peccata res. Sic beneficiatus privilegiatus, aliena bonorum causa, studium negligens, vel ultra finem privilegii peccans, dicitur ab ipso privilegio, quæ de re in *c. 3. sup. de statu Monachorum in c. Ex parte sup. de Cler. conjug. c. 1. num. 6.* ubi Clerici conjugati laice viventes per privilegium clericali quod & habetur in *c. Episcopus 27. h. t. Trid. Sess. 23. c. 6. de reform. c. 36. nu. 4.* Sunt autem hujusmodi

usus culpabiles, ut merito puniantur abuten-
tes non semper tamen in universum & quoad
totalem amissionem, ut patet ex *c. Cum in cum-
diu 7. sup. de elect.* ubi tantum in illo actu quis
amittit privilegium. Non semper etiam ipso
jure amittitur, sed per sententiam susce-
ptam, *d. can. Vbi. Suarez d. loco nu. 8.*

IX. Per revocationem ejus, qui concessit;
quæ citra dubium procedit in eo, qui habet
supremam potestatem, ut Papa, Rex.

Dubitatam, An & inferiori sit ista licentia;
R. Ant. Gabrielum *l. 3. Com. Opin. de jure qua-
suo Concl. 7. nu. 9.* id ipsum negare, cum aliis,
quos citat, Cujus opinio omnino quidem pro-
cederet quoad revocandum privilegium à su-
periore concessum, circa quod inferiori nihil
est potestatis; ne utiquam autem circa privi-
legium à se concessum, cum eadem sit potestas
inferiori circa privilegia à se concessa, quæ est
superiori, servata proportione. Nam uti datû
ab hoc pendet ab eius potestate & voluntate,
ita & ab illo datum, ut sicut ille revocat, ita &
hic revocet: posita enim proportionata causæ
paritate, ponendus & similis effectus. Nisi ta-
men privilegium inferiori sit confirmatum à supe-
riori quia tunc quasi factus est confirmantis,
ab eoque pendet voluntate, ut quoad inferiori
sit irrevocabile. Vid. Suarez *c. 37. nu. 11. & seqq.*

Privilegium ab inferiore concessum valide
& licite sine causa revocat Papa, cum ab illo
dependeat omnis jurisdictio inferiorum, non
etiam alius superior, qui Pontifice est inferior;
nisi causa adsit justa, cum talis superior non
possit inferiorem privare sua ordinaria jurisdic-
tione, si justa causa non suadeat Suarez *d. c. 37. in fine. Sanchez de matrim. lib. 8. Disp. 33. nu. 7.*

Procedat autem hæc revocatio Primo, in
privilegio, quod est concessum subdito, non
etiam quod concessum & acceptatum à non
subdito, ut tradunt plures, quos citat Gabriel,
d. loco concl. 5. nu. 10. Abbas in *c. Novit. num. 23. & seqq. sup. Do judic. Felin. ibid. nu. 8. & 10.*
Suarez *d. c. 37. nu. 2. & seqq.* Ratio est, quod
transi. rit in contractum & jus illi firmiter
quæsitum, quo non potest privari per alieum
Principem, cui non est jus privandi rebus suis
legitime acquisitis sibi non subiectum. Quæ
ratio procedit non raptum in concedente, ve-

rum & in ejus successore, qui eadem persona
est cum prædecessore, nec plus juris habet
quoad jus concessum non subdito. Secundo, in
privilegio gratis concessio, quod manet in
pura ratione privilegii, id est facultatis & licentiz,
præter vel contra jus commune, etiam si causa
nulla subsit revocationi, nihilominus erit vali-
da; ea ratione, quod hoc privilegium non
transfert in Dominium subditi, atque ita semper
pendeat ex voluntate Principis, qui mutare
potest præceptum & semel oblatum revocare,
quia non est firmatum in Dominio subditi, Se-
cus dicendum, si transierit in contractum,
quia pacta & contractus cum subditis Princeps
servare tenetur; ut traditum *D. de legib. Nat.*
citur enim hæc obligatio ex naturali justitia,
cui Princeps subiectus. Potest tamen causa
publica ei concedere licentiam revocandi, quia
publicæ causæ cedit privata. Quo facit, quod
communiter traditur, posse Principem ex publi-
ca causa quem rebus suis privare: quo casu
videtur teneri Princeps recompenfare, cum
non postulet publicum bonum, ut quis gratis
cedat juri suo. In privilegio concessio per mo-
dum donationis idem dicendum, quod dictum
de quasiro per viam contractus, cum do-
natio sit contractus & faciat transire Domini-
um in donatarium, quod ei sine causa non au-
ferendum per Principem

Revocatio ista vel est expressa, quando fit
in particulari expressis verbis, vel in generali,
scilicet, *Non obstantibus quibuscumque privi-
legiis.* Quæ regulariter sufficit, nisi Privilegia
sint in jure contenta, quæ aliquid specialius
requirunt, aut eo tenore concessa, ut revocari
nequeant; nisi expressa ejus facta mentione,
aut denique sint concessa per modum contra-
ctus; in his enim generalis clausula non suffi-
cit, sed specialis derogatio desideratur, *Gl. in
Auth. Quam provincia C. Vbi de crimin. agio-
port. Felin. in c. Nonnulli De rescript. in 6. Gl. in
Clem. Dudum De sepulc. vel est tacita, quæ ex
circumstantiis colligitur. Idque Primo si
Princeps legem universalem universaliter, ut
sonat, intellectam ferat, per quam abrogabi-
tur privilegium in corpore juris contentum,
non etiam non contentum, cum legislator
non præsumatur scire jus privatum, *c. 1. De
constitut. in 6.* Secundo, Per mandatum parti-
culare.*

Hhh

culare.

culat, cum derogatoria clausula, quia non præsumitur Princeps habere scientiam privilegii, ut ista clausula opus sit. Quo facit text. in *l. pen. De precib. Imp. offeren.* ubi rescriptum contra jus commune elicium non valet, nisi illius mentionem faciat; ut nec rescriptum valeat contra privilegium, non facta eius mentione.

III. Per sententiam latam contra privilegium, quod est in iudicio exhibitum; per quem tamen modum ab eo, qui potest privilegium revocare, non tam censetur revocatum, quam reprobatum, ut quia vel male obtentum vel ex causa amissum: supponit enim sententia defectum in actu vel in iure, de quo agitur, ut si tale factum vel jus pendeat ex privilegio, sententia etiam indirecte cadat in privilegii qualitatem, *c. Suborta sup. de sens. & re iudic.* quam non intumet, sed insufficientem declarat ad jus illud obtinendum.

IV. Per novum privilegium; per quod tamen non videtur prius tolli, nisi eius mentione habita, ut patet *c. Veniens 19. ubi Gl. in V. nullam sup. de præscript.* ex ratione, quod posterius videatur subreptione impetratum à Principe ignorante prius, *arg. c. 1. De consuet. in 6.* Et hoc, sive utrumque sit generale, sive utrumque speciale, sive prius sit speciale, posterius generale, quia nihilo magis speciale auferri potest, *c. Generi 34. De R. I. in 6.* Ita fere *Suar. c. 39. nu. 1. & seqq.*

41 Dubitatur, si generale sit prius, an per speciale subsequens ei derogetur? R. Videri idem dicendum, scilicet nec eo casu valere posterius contra prius, ex eadem ratione subreptionis ex causa ignorantia ipsius concedentis, facit tamen *d. c. Generi* aliter sentiendum esse propterea quod in toto iure generi per speciem derogetur, etiam si in specie subiecta nulla fiat mentio prioris: censetur enim Princeps concedendo generalem favorem, non auferre sibi facultatem alicui specialem gratiam largiendi; & ita responsum est in *c. Dudum 14. §. Nos igitur & cap. Quamvis 38. De præb. in 6. Suarez d. c. 49. nu. 6. & seqq.*

42 Quoad effectum revocationis, si facta per legem publicam, ille non obtinebit, nisi lex sufficienter fuerit promulgata, non à die ipsius promulgationis, sed post tempus necessarium ad obligationem legis, qua de re supra

De consuet. Si vero facta privarim, effectum demum sortietur revocatio, ubi promulgata fuerit intimata, aut ad notitiam eius pervenerit; ut eo usque recte eo utatur excusatione per istam ignorantiam, ubi non est opus privilegii atus acceptet revocationem, cum etiam non vito fiat.

Q. An possit dici revocatum, destructio vel corpore, cui competit? R. Si locus destructus sit per habentem potestatem ex causa sublata spe restitutionis, extrinsecus non potest esse coherens, tamquam destructio sit data in perpetuum, cui coheret. Si vero per non hostium aut casu diruatur, cum sit destructio saluum esse loco suum jus. Unde dicitur, quod pavimento, eique nude sumpto aditus, vel consecratio, quæ etiam salva est, loco destructo, qui in profanos usus convertitur, *de sacra D. de contrah. empt.* aliud vero, quod templum respiciat, quale vel tale est, ubi precise requiritur illum locum, vel non, non alibi fieri queat. Hoc casu ut quidem suspicatur privilegium, quia pro illo etiam temporaria habitudinem ad locum manet: in partibus quæ uti possunt hoc privilegio etiam alibi: illo vero casu pro tempore suspicatur quidem privilegium, extructio tamen non reviviscet, *l. Cum loca 36. De rebus sumptib. funer. c. Quia monasterium sui privileg. domib.* Ita Suarez *De LL. lib. 5. c. 1.*

Quæri denique possit, An innovatio privilegii quid novi iuris tribuat? R. Si innovatio fiat in forma communi, nihil novi continere, nec facere privilegia revocata aut missa restitui, sed tantum ea, quæ facta conservare; ut respondit Pont. in cap. Ex 2. & clarius in *c. Quia mentionis 29. h. d.* Ut nihil faciat subiectum verbum, *confirmatio novo;* nam & talia verba respiciunt per se ipsos, ut respondit Julius II in *Bulla contra militantis 1504.* Ratio est, quia propositio ubi *Innovandi* non induci visus interpretacionem novæ concessionis privilegii vel revocati vel revocati, cum, ut recte sit Abbas *cap. 67. nu. 3.* petens renovationem non supponat caducitatem, sed potius valorem privilegii & ideo petere, ut vetustate sua non derogatio non desiderat causam cogitationem.

qua non conceduntur nova privilegia. Quod si innovatio fiat ex certa scientia, conferet ea jus novum, & faciet revocata vel amissa privilegia restitui, Talis enim, cum continetur favore Principis ex certa scientia, & consequenter ex plenitudine potestatis, est amplè interpretanda, tam ex parte personarum, quam modi, ut habeat vim novæ concessionis. Abbas ad c. 4. nu. 4. sup. De caus. possess. & propriet. c. Inter 6. num. 9. & ibi Felin. sup. De fide instrum. Inspicienda tamen hæc in re verba. Vid. latè Suarez d. lib. 8. c. 20.

45 Cæterum cuius concessa sua privilegia sunt servanda, nec ea violanda, c. Quanto 26. h. t. etiam quoad exemptiones Monasteriorum & Ecclesiarum ab obedientia Episcopali, quibus ab Episcoporum subjectione se subtrahunt. Minus tamen eas aliqui probant, quod ejusmodi immunitates experimento contemptum sit obfuisse potius quam profuisse monasticæ observantiæ, cum exemptis præbeant occasionem laxioris vitæ, & per impunitatem nutriant pestilentiam, perturbatioremque in jurisdictione Episcoporum excitare soleant. Undè rectè Conc. Trid. Sess. 6. c. 3. c. Sess. 24. c. 11. De reform. delegavit Episcopis auctoritatem corrigendi Monachos extra Monasterium delinquentes. Et hoc etiam si intra claustra Monasterii degant, si peccatum extra illud sit commissum, Sess. 25. c. 14. De Regularib.

TITULUS XXXIV.

De Purgatione Canonica.

SUMMARIUM.

1. Poena non inferenda nisi plene probatis criminibus.
2. Purgatio Canonica unde dicta, à quo & cui indicenda.
3. Forma hujus purgationis.
4. Compurgatores quot & quales adsumendi.
5. Modus purgandi per sumpcionem Ven. Sacramenti.
6. Per juramentum ad Martyrum reliquias.
7. Effectus purgationis Canonica.

8. Purgatione legitime peracta an reus iterum accusari possit?

9. Poena rei deficientis in purgatione.

Hactenus de criminibus: superest agatur de poenis, quæ criminibus sunt propositæ, non inferendæ, nisi de iis liquido constet, vel per confessionem rei, aut alias probationes luce meridiana clariores, l. fin. C. de probat. vel quia alias notoria sunt de facto, in quibus frustra probatio exigitur, c. Cum dilectus 15. h. t. cum habito sine non curetur de mediis. Quia tamen interdum crimina plene probata nequeunt; quilibet enim quantum potest crimen suum occultare studeat: neque impunita relinquantur, & ut tollatur liberior peccandi auctoritas, receptum teo infamato indicere purgationem, id est ostensionem innocentia super crimine objecto.

Est ea duplex, alia Vulgaris, de qua Tit. seq. alia Canonica, ita dicta, quod idonea visa sit & probata Canonibus. Quæ indicenda à iudice competente, quia ab alio indicta non relevaret, d. c. 15. in fine. Non indicenda nisi infamato apud graves viros, d. c. 15. c. Inquisivisti in fine sup. de accusat. Ubi multum potest iudicis boni arbitrium, qui habeat personam & circumstantiarum rationem, inspiciatque si suspiciones sint verosimiles, c. 4. h. t. si ortum habeant ex probabilibus conjecturis, c. Cum in juvenute 12. h. t. si aliter probari non possit crimen, quia accusator deest, c. 2. c. Ex turarum 8. h. t. Est enim hæc purgatio tantum subsidia. Ubi & iudicis erit præmittere causæ cognitionem super infamia, ne quid temerè attentetur, viri boni vita in dubium vocetur, d. c. 12. Contingit enim à malevolis infamia virum bonum aspergi.

Forma hujus purgationis est, quod reus, si non sit vilis persona, c. 1. h. t. tactis Evangelii jurato adserat, se crimen objectum non commisisse, per se, aut interpositam personam, c. Quoties 5. in fine h. t. Ubi minime sufficit jurare, à crimine se esse immunem, quia cum per confessionem quis fiat immunis à peccato, contingeret iudicem decipi, c. fin. h. t. Accedant & compurgatores, qui reum noverint, d. c. 8. c. 10. h. t. famæ honestæ & vitæ probæ, c. 7. c. Cum dilectus 15. h. t. quos sufficit toleratos esse ab Ecclesia, ut bonæ famæ

H h h h 2 famæ

fama in suis Ordinibus ministrantes, non condemnatos in iudicio pro crimine, c. *Confessus* 9, h. 1. Et quia fieri potest, ut etiam innocenti, peregrino forte aut pauperi, impossibile sit habere compurgatores, eo casu reo subveniendum esse tradit Abbas in d. c. 10. in fine, atque in casu, quo non possint haberi Clerici compurgatores, etiam laicos admitti posse, & si viri haberi nequeant, etiam feminas; alias solum juramento rei standum esse, per *Gloss. in c. Cum P. 10. sup. De accus.* Ceterum compurgatores non jurabunt de veritate, sed de credulitate, quod scilicet putent reum verum iurasse, & super crimine objecto temere infamatum, d. c. 5. in fine & c. *De testib.* 13. h. 1. Numerus testium non est determinatus, sed arbitrius, ut patet ex d. c. 8. & 10. pro criminis enormitate, infamiae modo & personae qualitate. Non tantum viros gravat haec purgatio, verum & feminas, ut patet ex c. 3. h. 1. Et de Sophia Regina testatur Crometus, lib. 3. *Hist. Poloniae*, accusatam de adulterio se purgasse suo & septem honestarum ac nobilium foeminarum jure jurando.

Fuit & olim frequens modus purgandi per assumptionem Venerabilis Sacramenti, ejusque usus etiam in summis Pontificibus, qui super gravioribus criminibus diffamati se hac via purgarunt. Exempla refert Del-Rio *Disquis. Magic.* lib. 4. c. 4. qu. 3. Et Gregorius VII. Impetratus variis criminibus ab Henrico IV. impurgavit se susceptione Ven. Sacramenti, cum interpretatione, ut si crimina objecta commisisset, susceptio Sacramenti tenderet in perniciem animae ejus. Hostien. in *Summa* h. 1. §. ult. Lamb. Schafnaburg in *Chronico* ad a. 1077. Quo spectat *can. fin.* II. q. 5. ubi per Missae celebrationem jubetur Episcopus aut Presbyter ostendere suam innocentiam.

Fuit & usitata purgatio per juramentum ad Martyrum reliquias, ut tradit Baron. *Tomo 5. Annal.* an. 412. & patet ex variis locis II. q. 4. Ejusque usus receptus in foro saeculari, non tamen passim, ut tradit Jul. Clar. *Pract. Crim.* §. *fin.* qu. 63. n. 3. nec facile hoc modo utendum iudicibus, cum sit fragilis, fallax; & incertus; ut aliqui non male vocent periculosissimum remedium.

7 Effectus purgationis. Canonica est, quod

legitime peracta purgatione absolvatur reus *can. Habet* II. q. 4. Nisi forte aliqua qualitas sinistra causas suspicionem mereatur poenam; ut si reus fuerit familiaris haereticus, licet ab haeresi se purgaverit, manet tamen suspensus ab officio, donec sopiatur scandalum, d. c. *in fine*. Dico, legitime peracta, nam si modo illicite, veluti per aquam frigidam, non reprobabit ista purgatio, sed iteranda debito modo, d. c. *Extuarum* 3. h. 1.

Quid si legitime peracta fuerit, an postea de novo accusari poterit reus? Hoc postea considerari, ex eo, quod per purgationem occiditur, crimina, ut ait *Gloss.* in d. *can. Habet*. Pro qua parte facit *can. Mennam* II. q. 4. ubi purgato iterum indicitur purgatio, etiam accusatione. Facit & quod non tam vitiosa absolutio facta absolute, quam ab instantia reus libere conditione, si accusator non comparuit. Ratio est, quia absolutio fuit facta per probationes non integras, cum testes jurent tantum de credulitate, ut non impediat per novas probationes accusatoris integritas, per *Abmonendi* D. de *iur. iur.* vult tamen *Gloss.* ad d. c. *Mennam* non posse de novo accusari, hoc argumento, quod post rem judicatum non admittatur accusatio; juramentum autem majorem auctoritatem habeat quam non iudicata, l. 2. D. de *iur. iur.* Idem habet *Gloss. fin.* in d. c. 8. Vid. Abbas in d. c. 8. in *fin.* Hostien. *hic in Summa* num. 6. *Gloss.* in *can. Habet* 4.

Quod si reus in purgatione detectus convicto habeatur, punieturque secundum Canonicam poenam, quae est depositio a beneficio & officio, & detrusio in Monasterium ad agendam poenitentiam, si metatur criminis gravitas, d. c. *in fine*. Ratio hujus est, quia praesumptio probabilis orta ex infamia non facit in violentiam per defectum in purgatione ex ea autem quis condemnari potest, ut *Abmonendi* sup. *De praesump.* nu. 11. Adeo ut etiam brachio saeculari tradi possit reus ob criminis qualitatem & poenam, Ubi tamen non det Menochi. 2. *Arbit. casu* 274. ex Bern. *Dist.* in *Pract. Crim. Can.* c. 149. nu. 2. non esse reus puniendum poena ordinaria, sed arbitraria. Vid. de dicta sup. d. *ist.* *De praesump.* num. 12. *Poenae* & pendente purgatione suspensus reus ab officio

officio & beneficio, si ea sit criminis gravitas, d. c. 10. quæ restituuntur, peracta purgatione, nisi quid aliud sit, quod reum gravet, ut in d. c. 10.

TITULUS XXXV.

De Purgatione Vulgari.

SUMMARIUM.

1. Purgationis hujus modi varii.
2. Probatio sagarum per aquam.
3. Sanguis erumpens de cadavere occisi an arguat presentiam occisoris?
4. Provocatio ad divinum iudicium an licita?

IN usu olim fuit multiplex purgandi genus, secundum diversos gentium mores, nullo legitimo usu inductum, sed vulgi quadam usurpatione, observationeque superstitiosa potius quam religiosa, ut rectissime nominentur vulgares purgationes. Eo spectant duella, c. 1. & 2. h. t. ne quidem lege veteri probata, can. Monomachiam II q. 4. de quibus sup. De Clericis pugnant, in duello. Del-Rio Disquis. Mag. lib. 4. c. 4. qu. 4. sect. 2. Probatio item per ignem, prunas ardentem, ferrum candens, a quam calidam sive ferventem, frigidam; quæ si manit quis tangat, pedibus calcet, aut membrum totum immergat, illatus probabat suam innocentiam; de quibus passim II, q. 4. Cujusmodi metito peregrina iudicia vocantur in e. Ex tuarum s. sup. tit. prox. & damnantur tamquam superstitiosa & fallacia, per quæ sæpe innocens damnetur, c. 1. & 2. h. t. (contra regulam, quæ habet, præstare nocentem dimitti, quam innocentem damnari, l. Absentem in princ. D. de penis.) noxius vero demonum præstigijs liberetur, ut rectè ejusmodi proba vocetur popularis in can. Meniam II, q. 4. & superstitiosa ad inventio in can. Consulisti ead. q. ubi Stephanus Pont. examen per ferrum candens & aquam ferventem prohibet, non tantum duo illa genera superstitiosa iudicans, sed omnia alia, urrectè ibi supplet Gratianus, Credo equidem aliquando rem evenisse,

& alicujus innocentiam ita esse declaratam, fuitque ille mos diu observatus cum felici successu, ut videre est apud Del-Rio d. loco sect. 3. & 4. Covar. 4. Var. c. 23. & ibi Vffel, sed ad miraculum spectat, quod poscere non necessarium, est tentare Deum, ut jure sit sublatum & prohibitus, c. 3. h. t.

Huc pertinet proba olim passim usitata in Germania præcipue, qua veneficæ undique raris aquis injiciuntur, & si submergantur, innocentes habeantur; si verò supernarent, toxice. Superstitiosa enim est, & proinde à iudicibus non frequentanda, ut multis probat Del-Rio d. c. 4. q. 5. sect. 1.

Sanguinem erumpentem de cadavere intercepti volunt quidem indicare presentiam occisoris. Quæ res omnino dubia est. & videtur spectare ad probationem vulgarem, & ne quidem sufficere sola ad indicendam questionem, ut probatum D. de questionibus.

Provocatio ad divinum iudicium nihil quidem superstitiosis habet, res tamen est plena periculi, nisi vitæ sanctitas adsit, nec facile attendenda; quamvis sit sine peccato, si fiat extra vindictæ cupiditatem, desperationem, vanitatem, aut aliam vitiosam affectionem. Nisi per notoriam injulitiam oppressus provocet bono fine, ut appareat provocantis innocentia, aut iniquus iudex terrore percussus desinat ab oppressione & concussione. Certum est, esse letale in eo, qui injustè citat, quod graviter sigillet famam eorum, quos citat. Qui si constat de iustitia iudicis, rectè citationem talem contemnunt, cum iusto iudici non supplicium, sed præmium sit expectandum à Deo. Quod si anxietas premit iudicem citatum super sententiæ iustitia, malè facit contemnendo citationem; rectius si diligentius examinet ac perpendat, si quod gravamen portuerit intulisse, idque emendet, cum sit facilè ut peccetur. Exempla hac super te plura enumerat Del-Rio d. c. 4.

q. 4. sect. 6. & alii, quamvis non mereatur fidem.

**

Hhhh

Fl

TITULUS XXXVI.

De Injuriis & damno.

SUMMARIUM.

1. Delinquens tenetur ad iniuriarum & damnorum satisfactionem.
2. Sive per se, sive per alium damnum dederit.
3. Tenetur & ad detrimentum omne inde secutum.
4. Modo damnum dolo aut culpa datum sit.
5. Ex delicto alteri imputato an is teneatur.
6. Damnum levi aut levissima culpa datum quatenus obliget ad restitutionem.
7. Litigans temere tenetur ad litis expensas.
8. Qui qualiter a restitutione facienda excusetur.
9. Mulier adultera an & quatenus teneatur de damno vera & legitima proli dato.
10. An reus excusetur, si restitutio fieri non possit sine iactura rei familiaris?
11. Quid si talionis poenam sustinuerit?
12. An & destruens ades intermedias, ut suas salvet ab incendio?
13. Restitutio cui facienda.
14. Res à fure accepta an ei reddenda?
15. Creditori creditoris, prodigo &c. an recte fiat restitutio?
16. Restitutio facienda & ratione lucri cessantis.
17. Cuius sumptibus sit facienda.
18. An restitutionem tenetur etiam heres.
19. Repressalia prohibita quoad Clericos.
20. An licita in laicis?

P Robato crimine dilucide, ex quo injuriæ & damna aliis data sunt, ad eorum satisfactionem teneri reum consequenter traditur; ita distante & æquitate, qua: nulli invito patitur inferri iniquam conditionem, *l. Non debet 74. D. de R. I. & necessitate*, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, *c. Peccatum de R. I. in 6.* Non tenetur autem reus in omne id, quod læso abest, sive in bonis, per ablationem aut per impeditam acquisitionem, sive in fama, per criminis non tantum falsi objectionem, sed & veri detectionem; occulti tamen, cum publicè probus habitus jus habeat, ut non judicetur impro-

bus. Quo modo Covarr. *1. Var. c. 11. nu. 5. ubi* injuriarum teneri adferre, qui crimine verum objicit, nisi vel Reip. interfit illud manifestum, vel agatur de damno futuro avertendo. Idem tradit Navar. in *Summa c. 18. nu. 31. & traditur 2. de injur.*

Ubi non distinguendum, per se quis damna dederit lapide, an per alium, ei mandando, consulendo, cooperando, participando, non impediendo, cum teneretur & posset, qua: de re Navar. in *Summa c. 17. & seqq. Covarr. ad l. Peccatum p. 2. §. 12.* Per servos etiam non alia damnum datum à domino est restitutum, *c. 3. b. 2.* nisi dando noxæ servum vel animal liberare se velit, *c. fin. h. t.* Quoniam de hoc non habebit locum in animali servo, quod habet, & damnum dedit, eo quod in culpa fuit dominus tale animal non custoditudo, cum liberet damnum dare solere, *d. c. fin. Culpa autem domini interveniens facit eum teneri ad restitutum, non etiam liberi noxæ dandendo, l. Si servus D. Si de noxal. adim. Noxæ res tantum locum habet in casu innocentiæ, ubi mini, cui non debet servi aut animalis reus esse nociva ultra ipsorum corpora Insuper animal. ad. in princ. Sic & pro jumcato, quod depositum est alienam segetem aut vineam campo damni æstimationem restituit, *c. 4. h. t.**

Non tantum autem ipsa damnum datum restituendum, *c. 5. h. t.* sed & omne detrimentum, quod inde secutum. Sic qui innocenter damnum alterius, non tantum do in eandem rur, verum & de sublati aut amissi ea & causa, qui ultra tres annos penitere jubetur, *c. 1. h. t.* Sic & omne damnum, quod contingit per justam missionem in exilium, restitui debet, *in c. olim 7. h. t.*

Hæc ita obtinent, quatenus dolo aut culpa datum damnum, etiam levi aut levissima secundum contractus naturam; quo non datum etiam levissima culpa datum patitur, *l. Aquilia, l. In L. Aquilia 44. D. de Aquil.* Casu contingens damnum dicitur communiter imputari; uti & quod datur a furioso, infante, quia sine sensu datum, et culpa aut mora casum præcellerit. Et hoc estum supra *De fure, nu. 12.* rem forte factam forte interemptam ante restitutionem cedere damno furis, propter ejus moram. *C. de fure*

ternam quoque fodiens, & apertam relin-
quens, si in eam incidit alterius anima, tene-
tur reddere pretium, c. 2. h. t. si eo loci fecerit,
ubi facere non licuit, l. Qui fovetas 23. cum lib.
seq. in pr. D. Ad L. Aquil. l. 7. §. praeerea D. Quod
vi &c. nec praecavit sufficienter, ne damnum
contingeret, quia tunc per accidens contingit,
nec imputatur, d. c. fin. in fine h. t.

Quid in casu, quo delictum Mavii impu-
tatur Titio, cui inde gravis damna acciderunt,
an ea Mavio imputanda? R. Videri non impu-
tanda, neque eum teneri ad restitutionem, quod
per accidens acciderit, respectu Mavii, per im-
probritatem Judicis aut deferentium. Quo facit,
quod supra dictum. De homic. nn. 71. ideo non
incurri irregularitatem propter eadem illatam
tertio, etiamsi eam intentionem habuerit, aut
praeviderit posse imputari Titio. Dicendum ta-
men, hoc in casu, si probabiliter praeviderit
alteri imputandum delictum, teneri eum ad
damnum inde secutum, sive intendit id ipsum,
sive non; cum fuerit in culpa, & sufficientem
causam damni voluntarie dederit, qui videns,
unde damnum causari alteri possit, nihilomi-
nus operatur. Quo facit l. 1. §. Denique Marcellus
D. de aqua pl. arc. ubi in suo fodiens, & aver-
tens vicini fontem non tenetur, nisi animo
noceati id faciat. Nec obstat, non causari ex
eo irregularitatem, quia ad eam non sufficit
sola intentio, sed requiritur cooperatio, quam
non ponit intentio aut praevisionis imputationis.
Quod si non cogitavit, delictum alteri impu-
tatum iri, non tenetur se prode, quod mere
per accidens illi infligitur. Videt Pet à Navar.
de Restitut. lib. 2. c. 1. nn. 79. Royz Decis. Litua-
nia 3. nu. 360. in fine.

Quod dictum de levi & levissima culpa, ab
aliquibus in dubium vocatur, qui negant tali
culpa causatum alteri damnum ad restitutio-
nem obligare; ea ratione, quod non alias re-
stitutionis obligatio causetur, quam quate-
nus damnum illatum, peccato mortali inter-
medio, quod non ponit istud genus culpa.
Unde Gomez, Var. c. 2. num. 5. tenet, reum in
conscientia non teneri ad restitutionem ante
sententiam. Navar. d. c. 1. num. 57. Dicit tamen
Pont. in d. c. fin. h. t. etiam ex imperitia teneri
damnum causantem, quam & levissimam cul-
pa adscribi patet ex d. l. 44. Facit & conventio

teneri aliquem ad damnum, quia contractui
dat legem.

Damnus adnumeratur expensae litis, quas
temere litigare convictus merito refundere
cogitur, l. Proferendum §. Sin autem C. De ju-
diciis, & c. 4. inf. tit. seq. Differre has ab aliis
damnis acceptis ex eo patet, quod juramen-
tum super damnis acceptis non repetendis e-
missum non extendatur ad expensas litis, quas
jurans, non obstante tali juramento, nihilomi-
nus repetet, c. pen. h. t. Accipiendum enim il-
lud stricte, ut minimum noceat juranti. Unde
vulgaris Practicorum forma sigillatim damna,
expensas, & interesse petendi,

Facienda autem haec restitutio ipsi laeso, e-
jusve haeredi, si notus sit pro modo laesionis,
& ordine juris, nisi vel compensatio liberet,
l. Si ambo 10. D. de compensat. vel condonata
sit restitutio à laeso, quia quilibet jure suo re-
nuntiat; vel ea sit impossibilis simpliciter, cum
ad impossibile nemo tenetur; vel per acci-
dens, quia reus pauper, qui excusabitur pro
tempore durantis paupertatis, quamvis non
habens in aere luat impelle quoad poenam Resp.
debitam ratione delicti, non etiam debiti ex
contractu; ut dictum D. de poenis Facit & respec-
tus ad bonum ordinis superioris, sine cujus
detrimto non potest fieri restitutio, ab ea
excusari reum, cum eius jacturam nemo te-
neatur subire propter restitutionem bonorum
ordinis inferioris. Hinc res furto sublata et-
iam ab habente amplum patrimonium non
sunt restituendae, si restitutio non possit fieri,
salvo honore & fama, ut dictum sup. De furtis.
n. 15. Si tamen possit secreto fieri restitutio, ad
hoc laborandum teo qui alias non excusaretur
à gravi peccato. Quod multo magis dicen-
dum, si restitutio non possit fieri salva vita, quae
in periculo per eam constitueretur, propter
proditum crimen ex restitutione Vid. Navar.
in Summa c. 17. num. 98. Azor p. 3. lib. 4. c. 39.
§. Quarta difficultas.

Hinc patet, quid dicendum de muliere,
quae ex adultero concepit, cum defraudatio-
ne veri haeredis, Nam Resp. teneri omnino ad
restitutionem propter damnum verae & legiti-
mae proli datum, cujus patrimonium divi-
ditur cum filio illegitimo. Si tamen non possit
fieri restitutio sine gravi infamia sui; aut peri-
eulo

culo vitæ, quia crimen prodere deberet, excusari eam, cum ratio non ferat, ut pro commo alterius aut vitæ periculum aut famæ jacturam subeat. Est enim inter hæc magna inæqualitas, dona quippe æstimabilia, non vitæ aut fama. Et ita habet communis sententia, non teneri talem mulierem revelare etiam filio isti ex adulterio concepto, qui non tenetur stare dicto matris, nec tenetur mater se infamare coram filio, apud quem bona fama non est parvi æstimanda. Facit pro ista parte, quod rescripsit Innoc. in c. Officii 9. inf. De pœnit. & remiss. non esse denegandam pœnitentiam mulieri, quæ partum sibi supposuit, & eam rem meruerit indicare marito, eo, quod forte sibi periculofum. Non minus periculofum, imo majus est in casu præfenti, quod mariti ægerime ferant adulterii conjugum Vid. Navarr. in Summa c. 16, nu. 43. d. c. 17. nu. 8. & 9. n. & c. 18. nu. 47. Covarr. ad c. Peccatum p. 1. in pr. nu. 4. & 8. Navarra de Restitut. lib. 2. c. 4. nu. 848. & lib. 2. c. 1. nu. 151.

I Illud quaesitum, An si restitutio non possit fieri siæe jactura rei familiaris, excusetur reus? R. Aliquos id negare, ex ratione, quod, cum veretur & veri creditoris detrimentum, & debitoris, jus veri domini sit potius, quam alieni. Diceadum tamen, si ratione status & dignitatis pateretur grave damnum ex restitutione debitor, ex dilatione autem leviantur creditor, posse differre debitorem. Quis enim non admittat potius dilationem, quam urgeat restitutionem, quæ fieri nequit, nisi venditis rebus vilis pretio? Covarr. d. loco nu. 2.

II Non tantum damnum datum restitendum, verum & lucrum cessans; neque enim & hoc alicui auferendum, cum quando de interesse agitur, & lucri ratio habeatur, non etiam damni tantum. Quo modo percutiens aliquem lapide vel pugno, tenebitur illi ad operas intermissas & impensas in Medicum ac Chirurgum factas, c. 1. h. 4. Deformatis ratio non habetur, cum liberum corpus æstimationem non recipiat, Gl. in d. c. 1. l. 3. D. Si quadr. paup. fecisse dicit. Quo modo si per cicatricem contingens deformitas virgineam à nuptiis cum divite averteret, damnum hoc rearsicij utiliter peti potest, Gomez. 3. Var. c.

6. num. 11. Covarr. 2. Var. c. 10. nu. 7. & 8. Quarto.

Quid si rationis pœnam sustinuerit, ut liberabitur? R. Per eam satisfieri quod Reip. non etiam partiæ, cui proinde perest actio ad damnum refaciendum. Quæ facit, quod ex crimine possit agi & criminari & civiliter, cum diversæ sint actiones. Navarr. c. 15. nu. 25. Covarr. d. loc. Gomez. 3. Var. c. 3. nu. 37.

Quid si quis ut suas servaret ab incendio, intermedias ædes destruxerit, an excusetur? R. Non alias videri excusandum, quam si ignis jam pervenerit ad ædes, cum non possit videri damnum dedisse ædibus peritis, l. 1. §. est & alia D. Quod vi & c. Facit, quod l. 1. §. 2. D. Ad L. Rhod. de jactu succurrem ei, si res sua amissa, levande navis causa, quod carum missio salvas fecerit alias res, quæ ratio & hic obtinet. Responsum tamen temperate non teneri, in l. Si quis famam 29. §. 1. D. Ad L. Aquil. eo quod injuriam dedidit, non nequeat, qui justo metu incendii alienas ædes intercidit: quo modo & simpliciter agitur de damno, quod injuria abist, negat Justinianus in l. 3. §. quod ait D. de incendio. Ut non stet d. l. 7. quia versatur in casu, quo non sibi injustus metus. Non obstat etiam d. l. 1. quia loquuntur in casu, quo minus res propria erat mittenda quam alterius, ut eius permissa, reparatio merito petatur.

Facienda itaque restitutio, & quidem in toto domino. Nam cum restitutio sit damni compensatio, justitiæ ratio postulat, ut fiat, cui damnum datum, ut sit adequeum ablatæ. Ubi justus possessor interdam dominum præfrendus, uti creditor in pigore sitis qui potior est domino, donec durat pigoris Commodatario quoque res subrepta reddenda, ut & fulloni, propter jus, quod habent; Navarr. d. c. 17. nu. 28.

Q. An res accepta à fure ei reddi possit? Id velle Navarr. d. loco nu. 27. alios vero negare propterea quod illi sit facienda restitutio, ut damnum illatum, qualis est dominus: verum tamen distinguendum videri, ut si bona sit titulo emptionis res sit accepta à fure, non teatur eam restituere domino, sed possit reddere furi, ut pretium recipiat, quia cum in

innocens potest se servare indemnem. Quod si mala si de acceperit, non alias restituere potest nisi, quam si probabiliter credat, quod ex furis manibus sit perventura ad Dominum; tunc enim nulla sit iniuria, cui alias damnum dicit. Vid. Navarra de Restitut. lib. 4. c. 2. nu. 17.

16 Creditori creditoris quis restituendo non alias libertatur, quam si ea restitutio creditori primo proficiat, siue directe siue indirecte, juxta dicta ad D. de solutionib. Prodigio quoque & furioso non recte restituitur res, quippe sua ab usuris, l. Bona fides D. Depositi, cum sui non sint compotes. Unde compositionis recte restituitur, etiam si re sit abusus, quia liberum illi rerum suarum est arbitrium, cui proinde invito male denegatur restitutio, ut non possit ea restitutio dici cooperatio peccati. Dilatio tamen non potest videri iniusta, cum ideo sit facienda restitutio, quia detentio alieni in detrimentum Domini vergat; quod non subest in casu, quo detrimentum causaret ipsa restitutio Navarra d. c. 17. n. 63.

17 Solet etiam dubitari, Cujus sumptibus facienda sit restitutio? R. Non esse quaestionem in restituendo eo, quod ex Domini voluntate habetur; hoc enim restituendum secundum tacitam aut expressam conventionem, aut ubi legitime petetur: tantum dubitari de eo, quod iniuste acceptum restitutioni est obnoxium. Et dicendum, onerari ipsum debitorem; ex ratione, quod Dominus sine culpa sua gravari expensis aut damnificari non debeat, sed potius ipse iniquus debitor. Neque hoc est eum ad plus, quam ad restitutionem rei obligare, quia est expensae sunt medium restitutionis, ad quas per accidens teneri debitorem facit absentia creditoris. Ubi tamen videtur posse repetere id, quod impedit; neque enim id donare cogitur creditori, qui non debet fieri locupletior alieno damno: uti & impensas imputare, quas migrando & rem defendendo secum fecisset, quia & hoc casu lucrum caperet creditor, & debitorum damno adficeret propter mutationem domicilii; ut, si nullas fuisset facturus; omnes ferre debeat debitor iniquus, ut recte tradit Covarr. ad cap. Peccatum p. 1. in pr. nu. 9.

18 Porro ad restitutionem non alius tenetur, nec actione impetiri potest, siue ex contractu

siue ex delicto, nisi qui debet, ejusve haeres, qui tenetur exonerare conscientiam defunctis; non tantum in casu, quo potuitens defunctus est ejus auctor, sed etiam improbitens, ut dictum sup. De sepult. non ultra tamen, quam vires fuerunt hereditatis. Alius ergo pro alio non tenetur, argumento eorum, quae traduntur C. Ne uxor pro marito, & Nefilius pro patre.

19 Unde est, quod S. Pont. in c. 1. eod. in 6. pignorationes, quibus alius pro alio praegravatur, & alter pro altero capitur, ejusve bona arrestantur debiti alieni nomine, quod luere cogitur, contra Clericos aut eorum bona fieri prohibet. Has barbaro vocabulo *Repressaliae* vocant Graeco *ἀρροτοία*. Prohibet autem sub poena excommunicationis, si singularis persona eas conceat; si vero universitas, sub poena interdicti. Loquitur vero Pont. de prohibitione quoad personas Clericorum, eorumque bona.

Unde dubitatum, An liceat sint quoad laicos? R. Posse videri; ejusmodi pignorationes esse improbas, & improbandas, nihil obstante consuetudine, quam Pont. potius abulum judicat; licet de Clericis tantum loquatur, ex ratione tamen, quae & in laicis obtinet, quod iniquum sit, unum luere delictum aut debitum alterius. Unde & pignorationes istas vocat ibi legibus graves, & equitati naturali contrarias, quae non ferit ex culpa aliena innocenti poenam infligi, quae tantum suum sequitur auctorem. l. Sancimus C. De poenis. Facit quod in Nov. VI non sicut pignorat. §. 1. dicat Imp. non habere rationem, alium esse debitorem, alium vero exigere; & quod a justitia sit alienum, ob culpam alterius & crimen innocenti infligi poenam, l. Crimen 26. D. de panis. Est tamen hoc jus antiquissimum, ut videre est apud Covarr. ad d. c. Peccatum p. 2. §. 9. nu. 4. & sustineri posse videtur, quod saepe non sit alius modus consequendi reparationem injuriae vel damni, aut aliquod debitum ab aliquo populo vel eius subdito. Facit textus in can. Dominus xxiii. q. 2. ubi recte bello impetitur populus, qui vindicare negligit, quod a suis improbe factum; cum non videatur omnino extra culpam negligens vindicare suorum improbitatem, vel justitiam super debitorum facere recusans, aut differens, scelerisve auctorem

ctorem ibi latitantem non debens. Qua ratione videtur se obligare, & singulos, qui sunt membra Reip. quos ideo non injustum detentos ad satisfactionem cogi, saltem civiliter quoad bona, non etiam corporaliter. Nam ut nemo specialiter ad corporalem poenam pro alio e obligat, quia membrorum suorum non sic dominus, ita nec per istam generalem obligationem obligari potest. Ad personarum itaque innocentium offensionem non permittitur ista consuetudo pignorationum, sed bonorum tantum, quorum damno potest quilibet se subijcere, & legi ac statuto, nomine alterius alterum subijcenti consentire, debitumque alienum licet sine culpa, ex causa tamen luere civiliter: cui tamen est regressus saluus contra eum, qui criminis aut debiti est auctor: ut essent loca superius allegata, quae eam rationi contrariam volunt. Vid. Bart. ad Auth. Sed omnino C. Ne uxor pro marito. Covar. d. loco, Bald. Ayala de iure belli lib. 1. c. 4.

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

SUMMARIUM.

1. Pœna alia civiles, alia criminales.
2. Pœna conventionalis quando recte apponatur.
3. Pœna criminalis qua & quatuorplex.
4. Pœna in Ecclesia usitata.
5. Carceris pœna recepta iure Canonico.
6. Depositiio verbalis, qua, ejusque effectus.
7. Depositiio realis sive Degradatio qua & qualiter fiat.
8. Fieri debet ab Episcopo consecrato.
9. Qui cognoscant ac judicent deponendum.
10. Episcopo deponenti qui & quot adistere debeant.
11. Forma degradationis.
12. Degradatus brachio seculari relinquitur.
13. Ob qua crimina sit locus degradationi, & an necesse incorrigibilis sit reus.
14. Pœna est & alia ordinaria, alia arbitraria.
15. Pœna arbitraria an ad mortem extendi possit?
16. Index an teneatur imponere pœnam ordinariam.

17. Pœnam hanc an & quatenus extendi liceat nuere aut mitigare iudex possit.
18. Princeps circa pœnas recte dispensat.
19. Ad pœnam sententia ferri non potest quoad ligetur.
20. Quando ad pœnam sententia lata.
21. Ante sententiam declaratoriam an teneatur mitti ad bonorum iurorum determinationem?
22. Quid si lex pœnam imponens utatur in rebus absque alia declaratione, nec pœnam?
23. An reus bona sua ipso iure publicata sententiam teneatur deseri in finibus?
24. An post sententiam teneatur restituere quod fecerit fisco?
25. Et quid si sententia sit reversiva?

Frustra prohibetur criminali poenam non sequatur animadvertendo poenam in transgressores, ut, quos vitium finibus malis non cohibet, metus poenarum non moveat, & emendat, ceteros meliores non sublati malis securiores vivant, ut in Clem. 1. c. 22. & de tra. c. 16. Est enim poenarum præcipuus finis, ut ait Plato De LL. lib. 1. ipse, qui deliquit & qui poenas daturus fuerunt, in totum injustitiam odiant.

Sunt autem poenae alie Civiles, alie criminales. Illae parti læsæ applicantur poenae ejus ordinis sunt poenae delicti propositae. Quo spectare possent poenae conventionalis, cujus mentio fit, Compensatio. h. tit. quam contractui in certum calculum sitam hinc inde à contractibus capere textus iste tradit, nisi utique eam non compensari faciat poenam. Eamque non poni speciei debite, si non satisfiat, dicitur lup. De usur. nu. 12. non tantum in deponendum l. unic. C. De sent. qua pro eo quod est prof. verum & in quadruplum, cum tam inspicitur quanti & quatenus sit sed quæ quantitas sit apposita. Cuius consistit in evitanda difficultate probationis quod interest, l. stipulatio ista, ubi V. O. & ut pars facilius excutitur ad contractum, in quo moram facit, nitur ex proprio arbitrio. Ubi non recte jicitur d. l. unic. quia lex ista non loquitur de interesse per judicem taxando. nec de poena expressa per partes. Quatenus videtur apponi recte non videtur, eo quod

fraudem usurarum videatur adjecta, *arg. lib. Cum allegas C. De usur.* quo modo & talis poena dicitur inhonestus quæstus à Pont. in *cap. Suam q. b. t.* Vid. Menoch. 2. *Arbitr. casu 260. nu. 37. Et seq.*

3 Criminalis ad vindictam publicam spectat; quæ vel est pecuniaria, *e. 4. sup. De raptoribus* vel corporis ad afflictum, quæque vel capitalis, vel non capitalis, exquisitis eam in rem tormentis infligi solita, quo spectat Crux, Furca, de qua D. Lipsius in *libello de Cruce*, damnatio ad bestias in metallum, de qua passim in libris Juris; hodieque indices nova excogitantur tormenta, & nuper excogitata fuisse ab hæreticis in Gallia, Anglia, Baravia nostra, & circumjacentibus locis, quæ Neroniana non noverunt tempora, quibus favere in clericum & Catholicos, ad plantandum quintum suum Evangelium, lusus fuit sub specioso titulo libertatis conscientie: quam ita liberam relinquunt, ut, qui Deum non fateatur auctorem peccati, prout anno 1619. in eorum concilio est per satyrâ conlatum, tyrannica lege graviolem patitur persecucionem. Dabit aliquando Deus his quoque finem; nulla enim hæresis perpetua. Docent hoc ista & priora tempora.

4 Pecuniaria poena in Ecclesia usitata; quam tamen non nisi jure permittente iudex infligit Ecclesiasticus, *Gl. pen. c. 3. h. t. & exactam* non tam usibus suis reservabit, quia hoc videtur prodire à radice avaritiæ, quam in pios usus distribuet, *cap. 2. Et 3. hoc tit.* est & corporis afflictiva; citra sanguinem tamen, qui non effunditur à iudice Ecclesiastico citra irregularitatem. Neque enim habet Ecclesia gladium nisi spirituale; non occidit, sed vivicat, *can. Inetr xxxiii. q. 2.* Usitata est detentio in Monasterium, cuius frequens in Jure hoc mentio, ad agendam poenitentiam. Carcer perpetuus, *e. Novimus 27. inf. De V. S.* Cuius poena etsi jure civili non sit probata, quo carcer non ad puniendos homines, sed continendos habetur, *l. Aut damnatum 8. §. Salent 9. D. hoc tit.* jure tamen Canonico est recepta, ad petendam poenitentiam in pane doloris & aquæ angustia, *d. c. Novimus*, pro delicti qualitate, vel in perpetuum, vel etiam ad tempus, *e. Quamvis 3. eod. in 6.* Fustigatio moderata, nec transeat in poenam sanguinis ab Ecclesia pro-

hibitam, *c. 4. sup. De raptoribus. Exilium e. 1. sup. De calumniatoribus. Infamia c. Super his 8. h. t.* Privatio bonorum, jurium, *cap. fin. h. t.* Inhabilitas ad munia Ecclesiæ, etiam quoad posteros usque ad primum vel secundum gradum, *sup. De hæret. nu. 8.* vel etiam ad quartum, in casu *e. pen. h. t.* Excommunicatio, quæ vocatur gladius spiritualis, Suspectio, Interdictum, de quibus *inf. Tit. 39.* Depositio, quæ alia Verbalis, alia Realis.

Depositio verbalis est perpetua muneris Clericalis privatio per Canonice sententiam, cum debita solemnitate prolata. Unde patet differentia inter suspensionem & hanc depositionem, quia hæc privat ipso beneficio, illa tantum fructibus, Volunt & hanc differentiam esse, quod depositio sit perpetua, suspensio temporalis: potest tamen & hæc esse perpetua, quo casu faceret quidem privari beneficio illum, quem adicit, quia dissonum rationi est, ut beneficium habeat, quia percipiendis eius fructibus perpetuo suspensus, nihilominus ex vi suspensionis etiam perpetuæ non perditur beneficium ipso jure, ut dispensatio faciat illud retineri posse, cum depositio ipso facto privet, ut, retinere nequeat, nisi per novam concessionem. Eadem differentia est in jurisdictione, quam depositio omnino aufert, non etiam suspensio. Quoad Ordinem non est differentia, cum character sit indelebilis; ut depositus Sacerdos vere consecret, Episcopus vere ordinet, confirmet, si ad sit debita forma, materia, intentio legitima. Uti nec est differentia quoad privilegium clericale, quia neutra per se aut vi sua eo privat, nisi hoc in specialem poenam expresse adjunctum sit. Abbas in *c. An si Clerici §. de adulterio nu. 2. sup. De juvic.* Et patet ex illo textu, qui dicit depositum non esse tradendum brachio seculari, quod signum est, non esse privatum privilegio fori: imo ut eo privetur, nova sententia opus est, ut patet ex *c. Cum non ab homine sup. De judic.* Ut autem non privatur privilegio, ita nec onere clericali: quo modo suspensus & depositus, si in sacris sit, tenetur ad pensum diuorum Horarum, quia hujusmodi obligatio comitatur Ordinem, etiamsi nullum beneficium habeat. Covarr. 3. *Var. c. 13. nu. 8.* Ordo enim ut jam dictum, manet. Ut nec liberatur ab obligatione servandi castita-

rem, cum inhabilitate ad matrimonium. Abbas in c. 1. nu. 6. *sup. Qui Clerici vel vorventes* &c. & expressum videtur in *can. Dicitur Dist. 81.* In eo quoque conveniunt, quod utraque sit poena Ecclesiastica, nisi quod depositio non sit censura privans Ecclesiasticis functionibus, ut non nisi circa Clericos versetur. Unde fit, quod suspensio saepe vocetur depositio, & contra, *Glof. in can. Si quis Episcopus Dist. 83.* Navar. in *Summa c. 27. nu. 151.* Et hoc ita de depositione absoluta. Est & alia respectiva, multum differens ab ista, quae ordinarur ad depositionem actualem sive degradationem, factique sine nova sententia ad effectum degradationis pertransiri posse, cum depositio absolute id non admittat sine nova sententia. Jul. Clar. in *Pract. crim. qu. 74. num. 4.* Suarez de *Censuris Dist. 30. sect. 1. nu. 12.*

7 Depositio realis (& quae Degradatio communis quidem vocabulo, non tamen Latino, dicitur) est perpetua clericalis muneris & privilegii privatio per sententiam, adjuncta reali actione & caeremonia, per Canones instituta. Unde patet, quatenus distat à depositione verbali, quae non privat privilegio fori & Canonis, ut iudex secularis contra talem depositum non possit procedere, etiamsi facta sit in ordine ad realem, donec ipsa executioni mandetur. Indeque fit, quod depositum Clericum percussens incurrat censuram, *can. Si quis suadente*, non etiam degradatum, quia hic omnibus privilegiis Clericorum spoliatus instat laici habetur. Ad formam huius spectat, fiat ab Episcopo, non etiam à Praelato Regulari quoad suum subditum, quia sicut collatio Ordinis est actus spiritualis potestatis, pendens ab Episcopali dignitate, ita & Ordinis ablatio Navar. *Cons. 88. sup. De Simonia* Cujus enim ordinis est actus, ejus & distractus. Nisi consuetudine aut privilegio aliud sit concessum. Debet autem fieri à proprio Episcopo, ut patet ex c. 3. *ead. in 6.* nam est & gravissima haec sententia, ut non possit ferri nisi circa suum subditum. Potest tamen delegari alieno, eo modo, quo alieno potest committi ordinario.

Ubi quaeritur, An necesse sit, ab Episcopo fiat consecratus, an vero sufficiat sit confirmatus: R. Satis convenire auctores quoad ipsam

degradationem, quod scilicet illa recipiat verum Episcopum, secundum textum in c. 2. *in 6.* cum sit actus pertinetus ad Ordinem, qui est autem verus necdum consecratus, potius electus vocatur. Unde cum magis potestas requiratur in auctore, quam in conferendo, qui Ordines conferre non potest, nec etiam eosdem auctori, sicut dicitur Abbate in c. *Transmissam 11. in fine. De elect.*

Dubium autem est, An possit cogere de crimine, & pronuntiare deponendum. Quod communiter videtur negari, quatenus ad sententiam ferendam, quoad actum depositionem; nam quoad verum, quia est jurisdictionis, à confirmato hoc potest fieri adseritur, cum illi jurisdictionis per confirmationem accesserit, ut dicitur in *De elect. actualis vero fit ordinis; ut si confirmatus sit à confirmato, ita nec cognitio aut pronuntiatio ab eodem fiat.* Sarmient. *De elect. in c. 14. nu. 9.* Et videtur fundari in d. c. 2. *sup. requiritur Episcopus proprius* sententiam ferat cum aliis Episcopis; non est enim proprius necdum consecratus. In praesentia contraria opinio recepta, cum iniquum quamvis non Episcopi pronuntietur deponendum. Facit ratio, quod cognitio sententiae pronuntiatio non sit actus actus sed potius jurisdictionis, quae, uti dicitur ad eam tali Episcopo. Eodem facit, quod pronuntiatio ista non fiat ab Episcopo Pontificalibus: ut non pertineat ad alium Ordinis, qui non potest fieri nisi ab Episcopo Pontificalibus. Nec obstat, quod in d. c. 2. *sup. mentio Episcopi*, quia est Episcopus quoad jurisdictionem. Unde hodie, ut non dicitur, possunt adserere Abbates; ut non dicitur actus ordinis, cum illi fiat una iudicet, sequitur & Capitulum, Sede vacante, cogere & sententiam ferre posse, quia hodie Episcopo in iis, quae sunt jurisdictionis, nihil repugnat, iudicem iudicare, & tamen exequi sententiam non posse, ut patet quando executio facienda in alieno territorio, qua de re *Doct. in l. A divo Pio 8. in fine. am D. de re iudic. Vid. Avila de Censuris p. 4. l. unica Dub. 2.*

In degradatione à minoribus Ordinibus

sufficit solius Episcopi presentia, à majoribus vero plurium requisita presentia: nam depositio Episcopi fit à duodecim Episcopis; Presbyteri à sex; Diaconi à tribus. *can. si quis, can. Felix. can. Si autem xv. q. 7. De Subdiacono idem dicendum arg. c. pen. sup. De servis ordin. nam & ejus ordo adnumeratur factis. In crimine hæreticos, quia frequens est, & difficile conveniunt Episcopi, possunt eorum loco adsumi Abbates, aique Prælati, aut religiosæ & literaræ personæ, c. 1. De hæret. in 6. Conc. Trid. Sess. 13. c. 4. De reform. ne Episcoporum residentia intermitteretur, generaliter statuit, eorum loco posse adhiberi totidem Abbates usum mitræ & baculi habentes, si commode haberi possint in civitate aut diocesi; sin minus, alias personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, ætate graves, ac juris scientia commendabiles.*

Ad formam quod attinet, reus vestibus sacris indutus, portans instrumenta seu ornamenta sacra, ut vasa, librum, aliaque ad Ordinem illum, à quo degradandus, spectantia, ac si solemniter in eo ministrare deberet, presentatur publice Episcopo, ab eoque omnibus exiit, inchoando ab eo, quod ultimo datum aut traditum, usque ad primam vestem, quæ data in primæ tonsuræ collatione. Deinde traditur & tondetur ejus caput, ne vestigia appareant Clericatus, c. 2. eod. in 6. Ubi traditur addenda verba illis opposita, quæ in collatione Ordinum proferuntur, hæc scilicet, *Auctoritate Dei omnipotentis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum & Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus & exuimus te omni Ordine & privilegio Clericali.*

Effectus degradationis est, quod reus spoliatur privilegio Ordinis & Clericatus tamquam laicus brachio seculari relinquatur, d. c. 2. Abbas in c. *Tua* 6. nu. 2. h. 1. puniendus secundum leges laicorum, quorum forum sortitur post degradationem. Et quidem continuo post eam puniendus, nisi remissionem consequatur, non ab Ordinario, sed à summo Pont. nam ejus solius est ex absoluta sua potestate eam concedere. Verum vix est, ut hodie procedat, cum degradatus continuo tradatur brachio seculari puniendus, & soleant eum

in finem seculares esse presentes, ante actum degradationis actualis instructi super processibus notitia, & incontinenti degradatum sibi traditum ad poenam ordinariam condemnare, ad executionemque procedere, ut cum majori exemplo ab omni populo, qui ad actum degradationis accessit, poena infligatur. B. in. Diaz. in *Praxi crim. Canon. c. 141.* ubi vult appellantem audiendum esse. Qui probata innocentia restituendus est ad pristinum Ordinem, cum reali & exteriori traditione ornamentorum, vestium, & rerum, quæ in unoquoque Ordine tradi solent, & per degradationem erepta sunt, quæ omnia recipiet e manibus Episcoporum coram alteri. *can. Episcopus 63. xi. q. 3.*

Cæterum ad degradationem hanc procedi non solet, ut scilicet una tradatur brachio seculari reus, nisi ex crimine valde damnofo & pernicioso Reip. cujusmodi est Hæresis, c. *Ad abolendam* 9. ubi *Gl. V. relinquatur sup. de hæret.* Crimen falsi in literis Apostolicis commissi, c. *Ad falsariorum* 7. sup. *De crim. falsi.* Contumelia gravis illata suo Episcopo, calumnia eidem facta aut structa insidiarum, *can. si quis Sacerdotum* xi. q. 1. Addidit Pius V Sodomiam crimen, propter ejus turpitudinem. Verba Bullæ citat. Navarr. in *Summa* c. 17. n. 249. Addi etiam potest Homicidium qualificatum, ut patris, matris, sobolis, sui superioris, conjugis, collegæ ejusdem Monasterii Gladio aliove instrumento, an venæno procuretur non interest. Adde & Incantationem optimo jure ex omni bona Rep. proscribendam, Del. Rio *Disquis. Magic. lib. 5. sect. 10. §. Crimina autem.* Sunt enim hæc crimina gravia & enormia, quæ mereantur hanc degradationem.

Moderantur tamen dicta DD. ut tantum obrineat ista poena in Clerico incorrigibili. Nam si appareat spes emendationis, volunt quidem deponendum Clericum, sed non tradendum brachio seculari, verum damnandum ad perpetuos carceres, in eam rem allegantes text. in c. *Cum non ab homine* 10. sup. *De judic.* Qui quidem textus loquitur de homicidio & aliis criminibus; propter quæ non alias Clericum degradari & brachio seculari tradi permittit, quam si fuerit incorrigibilis, sed non de qualificatis: ut & de similibus loquitur

quirit text. in *c. At si Clerici 4. sup. d. ris. Allegant & text. in c. Cleric. 4. sup. De excessib. Prælat. ubi laborans vicio Sodomie dicitur dejectendus à Clero, & in Monasterium detrudendus: ut non sit tradendus brachio sæculari, scilicet nisi sit incorrigibilis, ut ipsi volunt. Verum ut Cap. istud non dicat, Pius V. tamen postea & reos ejus vitii voluit degradatos tradi brachio sæculari. Cæterum ut non nisi incorrigibilis sit tradendus brachio sæculari, uti habet communis opinio, non tamen ea obtinebit in crimine enormi & noxio Reip. quale est homicidium qualificatum & incantatio, ut tradit Abbas in *c. Novimus 27. nu. 3. 5. 6. inf. De V. S.* Hæc enim noxia minus Reip. & enormitatis plena, ut merito non sit expectanda incorrigibilitas; ut nec in Sodomia, propter grave scandalum, quod ponit. Unde etiam Pius. V. simpliciter reum degradatum vult tradi brachio sæculari. Utin criminibus levioribus, veluti contumelia in S. Pontificem, adulteris, homicidio non qualificato, expectanda sit incorrigibilitas, juxta *d. c. 4. & c. Tua 6. h. t. Vid. Covart. & ab eo allegati 2. Var. c. 20. nu. 7. Diaz. in Præf. c. 96. & c. 129. Avila. d. Disp. un. Dub. 3. concl. 5.* Incorrigibilis ut sit dicendus Clericus, videtur requiri sententia judicis, qua declarat eum profus incorrigibilem, sequi non habere aliud, quod facere possit ad ejus correctionem & emendationem quam ut tradat brachio sæculari. Suarez de *Consur. Disp. 22. sect. 1. nu. 8. & seqq.* exceptis tamen casibus *c. In audientia 25. & c. Contingit 45. inf. De sent. excom.**

Advertendum autem, non in omnibus casibus, in quibus Clericus degradatus traditur brachio sæculari, adficiendum venire pœna mortis, sed ea, quam leges præscribunt, quæ interdum est levior, ut amputatio membri, aut alia, pro qualitate criminis. Notandum etiam est, quando jus imponit pœnam depositionis, intelligendum esse de verbali, non etiam de actuali, quia in pœnis mitior facienda interpretatio, & pars mitior amplectenda, *l. Fatum 155 §. ult. D. de R. I. & c. In pœnis 49. eod. ia 6.*

14 Pœnam etiam alia est ordinaria sive legalis, per legem præscripta, alia extraordinaria sive arbitraria, nulla lege aut statuto descripta, ex-

tra ordinem à giudice imponenda, pro sua qualitate, ex ejus arbitrio, quia non omnes articuli possunt legibus aut Senatus consultis comprehendi, *l. Non possunt D. de LL.*

Ubi quaesitum, An hæc arbitraria pœna ad mortem extendi possit? R. Hoc d. credendum esse, si ita postulet criminis gravitas, quæ sit sufficienter non puniretur. In quam rem hæc textus in *l. Sacrilegii D. Ad L. Jul. perniciæ* eodem sententiam probat Abbas in *l. Ex litem 11. sup. De constitut. ex ratione, quod pœna sit imponenda secundum qualitatem criminis. can. Non adferamus xxiv. q. 1. Sequitur textus in *d. c. Ex literis nu. 23. Menoch. d. d. 86. nu. 20. & alii, quos citat.**

Q. II. An ordinariam sive legem pœnam teneatur Iudex imponere? R. Iudex obtinet esse ad infligendam pœnam legi præscriptam, reo sufficienter convicto de crimine. Est enim judici secundum leges judicandum, non etiam de legibus ipsius, *l. In ista 10. §. 4. can. Summopere xi. q. 13.* Et lex imponenda est vera lex, ferturque non tantum, ut instruat judicem, verum etiam ut obliget ad imponendam pœnam, quia alias foret incerta, & verba ad judicem magis diriguntur quam ad reum, qui ante sententiam suam non tenetur in conscientia, ut mox dicitur. Iudex de tenetur iudex scire veritatem legem, quæ resultat ex lege posita, etiam legibus non est executor. Vid. Suarez *De LL. lib. 5. ca. 2. & dicta sup. tit. De off. iudicis.*

Hinc nec excedit pœnam imponendam, quæ exiget à reo ultra quam debet, non hoc est no. umentum, ad cuius restitutionem obligatur; nec eam deminuit, non tantum in pœna cunctiaria parti applicanda, cuius est pœnam datum, quod non potest deminui, sed & si concernat metam vindictæ, sed & si concernat metam vindictæ. Quo casu etiam non possit dici iniustitia committi contra singularem personam, cum Reipubl. tamen committitur, cum est in hoc, ut à derelinquente sumatur iusta vindicta in aliorum terrorem; quia contra bonum commune est, delicta manere impunere, minus punita. Si tamen delictum habet ordinarias circumstantias adgravantes, iudicis arbitrio est illas punire ad bonum commune, in exemplum aliorum. Uti & d. c. 10.

remitti interdum pœnam aut eam mitigari per iudicem faciunt circumstantiæ: ut si ætas non sit sufficiens ad pœnam tolerandam, ut propter senectutem, pueritiam, l. *Auxilium D. de minorib.* Consideratur etiam modus peccandi, veluti si ex passione aut subito motu sit peccatum, l. *Absentem D. h. t.* Pœnam pecuniariam remitti causat paupertas, l. *Illicita §. fin. D. de off. Praesid.* Multum etiam refert modus probationis: nam si reus non est omnino convictus, volunt temperandam esse pœnam, uti praxi receperunt diximus sup.

17 *De præsumpt. in fine*, pœnam delicti præsumptivè tantum probati mitigandam esse, Vid. Felin. in c. *Qualiter* 2. §. *licet* n. 29. & seqq. sup. *De accusat. & in c. 1. sup. De constitut. n. 49.* Titiaq. *De pœna temper. Gl. 7.* Suarez d. c. 11. num. 6. & seqq. Et hoc quoad inferiorem, qui non alias minuet legis pœnam, nisi quando lex aut consuetudo ita disponit, vel ratio æquitatis necessario id postulat: quo modo intelligendum, quod ait Cujac in *Parat. Cod. h. t.* pœnas omnes hodie esse arbitrarías.

18 Ad summum quod attingit Principem, illi est facultas dispensandi super sua lege & pœna per eum posita, etiam ex causa leviori, quæ in inferiori non sufficeret. Habet enim summam potestatem, adeo ut & dispensatio sine causa teneat; quamvis cavendum illi sit, ne jus publicum vel alicujus privatam lædat. Suarez d. loco num. 2. & 9. DD. in l. *Nulla* 25. D. d. LL.

19 Pœnam sententiæ ferendæ non deberi à reo etiam in conscientia ante sententiam certum est, cum non ante reus ad pœnam obligetur, quam iudex eam per sententiam indixerit; quia talis lex instituit potius iudicem, quam præceptum executivum ponit, & potius pœnam designandam per iudicem, quam designatam, ut antequam deheretur, ad eam non teneatur reus. Quod ita in pœna legali procedit; nam in conventionali posset aliud dici, deberi scilicet illam in conscientia ante iudicis sententiam, cum debeat ex pacto, quo actionem dat, l. *Rescriptum §. si pacto D. de pact.* Videtur tamen Navar c. 23. nu. 68. hoc ita limitare, ut non alias debeat, quam si petatur, nec cogendum sciam non petenti

eum offerre, propterea quod non petens possit probabilis conjectura præsumi illam remittere, cum honestiores non deceat ejusmodi pœnas exigere, can. *Fraternitas* XII. q. 2. c. *Suam* 9. h. t. Pendet tamen ea res ex partium intentione, quæ possunt mutuo etiam in conscientia ad talem pœnam obligare, quando talis est contractus, cui apponi pœnam non est prohibitum per legem aut Canonem; ut est prohibitum apponi sponsalibus, uti dictum supra lib. 4. ne ea fiant minus libera. Itaque ex intentione judicandum; de qua si non pateat, examinanda sunt verba, quæ si significant obligationem, hoc ipso, quo non fit, quod conventum, ponet debitum in conscientia, etiam ante sententiam, præsertim si ab altera parte petatur, quæ potest jus suum negligere. Vid. Covar. in 4. *Decretal. p. 2. c. 6. §. 8. num. 11.* Suarez, 5. *De LL. c. 6. num. 5. & seqq.*

20 Quantum ad legem ipso facto pœnam imponentem, si privationem rei propriæ, & jam obtentæ contineat, quæ sine hominis actione nequit plenè executioni mandari, ponet quidem obligationem, qua ad pœnam reus obstringatur, qui tamen ad eam cogi non poterit ante sententiam; non condemnatoriam, quia eam ponit lex ipsa, sed declaratoriam, ut patet ex c. *Cum secundum De heret. in 6.* ubi lapsus in hæresin hoc ipso privatur bonis. Quoad actualem tamen privationem requiritur sententia iudicis, ante quam textus non dat fito jus usurpandi bona. Vide Suarez d. lib. 5. c. 8. nu. 3.

21 Ubi quaeri posset, An ante sententiam declaratoriam, in casu legis ipso jure imponentis publicationem, amittat reus bonorum dominium? R. Esse qui velint non amitti dominium, etiam per legem ipso jure sine facto hominis publicationem bonorum ob crimine commissum inducentem. Decuntur textu in l. *Quæstum* 15. D. *Qui & à quibus manum non sunt*, in verbis, *quoniam ante damnationem dominus est*, in casu scilicet læsæ Majestatis, ob quam induci publicationem ipso jure extra dubium est. Rationem addunt, quod verba, *ipso jure, ipso facto*, habeant conditionem, si sententia subsequatur declaratoria. Communius tamen adseritur, dominium hoc ipso amitti;

mitti; quod probatur Primò, quia ut talis lex effectum operetur, non est necessaria sententia condemnatoria, ut effectus debeat dici positus per ipsam legem, per verba, *ipso iure*, ne ea sint frustra. Secundo, quia declaratoria sententia subsecuta cum non inducat poenam, tamen extenditur seu retrahitur usque ad diem commissi criminis, quasi extunc lata sit sententia condemnatoria; & hoc per ipsam legem habentem verba, *ipso iure ipso facto*. Quod non fieret si per declaratoriam induceretur privatio bonorum, quæ non extenderetur retro. Facit eo textus in *d. c. Cum secundum De heret. in 6.* ubi tantum execratio vel occupatio bonorum dicitur differenda ad sententiam declaratoriam criminis; quasi sub sit conditio, non ante debere eam fieri, quam de crimine pateat, non etiam ut dominium eo usque sit saluum, cum expresse ibi dicatur in *prin. d. c.* in similibus casibus dominium ipso iure amitti; & malè dictam conditionem ubi intelligunt contrarium adferentes. Non obstat *d. l. 15.* nam quod ibi dicit *l. c. dominus est*, intelligi debet de possessione & usu reum, quem rectè obtinet usque ad sententiam declaratoriam. Quod patet ex *l. fin. D. Ad l. Jul. Majest.* quæ post mortem rei, nisi purgetur crimen à successoribus, hæreditatem sibi vindicari permittit. Plura de hac questione vide apud Molinam *De Inst. & iure Disp. 95. vers. Dubium autem*, Sanchez in *Decal. lib. 2. c. 22. num. 1. & segg.* & Suarez *5. De LL. c. 8.*

22 Quid si in lege ultra verba, *ipso iure privatus* sit, additum sit, *absque alia declaratione*, vel nulla mentione prævia? R. Velle Cov. in *4. p. 2. c. 6. §. 8. num. 13. illat. 3.* non obstante tali rigore verborum, nihilominus requiri declaratoriam iudicis. Contrarium tamen verius; nullam desiderari, sed continuo commissio criminis executioni esse locum. Ratio est, quia talis lex vi illius particularæ, *ipso iure*, sententiam continet declaratoriam; addendo autem alteram, *absque alia declaratione*, expresse excludit necessitatem sententiæ declaratoriae: ut lex ipsa exequatur per se poenam, uti potest, ne alias vana & inutilia sint eiusmodi verba. Quo facit, quod Pont. in *Extrav. Ambitiosa De reb. Eccl. non alien.* inferiores Prælatos be-

neficiorum suorum bona contra præscriptum illius Canonis alienantes prius beneficiis per verba, *privati existant ipso facto*. *Et absque alia declaratione vacare conjeantur* ut non sit alia declaratio expectanda, cum eam lex remoretur. Et hoc ita quoad ipsam reum, qui ita privatus beneficio illud non retinet contra lictorum conscientiam. Nam ut si quis fructus penæ & offerri beneficium alii possit, videtur requiri declaratoria sententia, ne quid temere accipiat, secundum sententiam Covarr. *loc. cit.* quæ approbat Sanchez *d. lib. 2. c. 20. num. 13.* alienans, quem & vide *d. c. 22. num. 19. & illat. d. c. 7. nu. 18. & segg.*

Aliud dubium est, An illi, quorum bona sunt ipso iure publicata, nulla declaratione prævia, ea teneantur in futurum detinere. Non tenent; imò reum vis uti posse, donec declaratio sequatur & post eam reo fieri esse, præstare ablationem, ut probatur sup. *De heret. nu. 15.* Quæ res hoc loco alienis repetita est, & dicendum hic non agi de poena sententiæ ferendæ; nam certum est, ante eam locum non deberi poenam, imò ante eam mortem non extingui & poenam, *l. Definito 6. De post. & die. etiam defuncto post appellationem, l. C. Si reus vel accus. mort. fuerit, §. 1. D. Si moriente appell.* sed de poena lata sententia prævia de poena condemnatoria per sententiam iudicis. Et Primò. Quoad poenas, quæ corpore exercentur, contra vitam, integritatem membrorum, aut ignominiam, non tenetur reus ad eam executionem in conscientia, sed satis est parari a iudice præmissis reus sibi infligi, quia talis poena in se excipit esse se ipsum occidere, mutare, quod est intrinsecè malum. Værum quæ sunt poenæ aliquæ corporales, quæ non sunt intrinsecè malæ, ut est infamias flagellatio, publica ratio potior erit; quia nimis violentum est, ut idem sit agens & patiens in poenam accerba, ut id ipsum nec lege sit præcipiendum, nec per sententiam iudicis quæ hoc cogendus. Ubi quidam absolute cogant, reum in executione sententiæ publicè exercere aliquas actiones ad eam conatantes, veluti locum supplicii ascendere, manuum caput extendere, quod sic videatur cooperari mortis suæ aut suæ mutilationi, cum non

eam teneatur agere, quam solum pati. Verum minus rectè procedit eorum hæc opinio, cum nō teneatur quidem reus ad eas actiones, quæ commodè per ministros exercere possunt, quia satis est patiatur; ad eas verò, quæ commodè exerceri nequeant per ministros iustitiæ, ut est extendere manum, ascendere & similia, obligetur, qui alias non posset iustā pœnā mandari executioni, & denegare illas actiones, esset iustitiæ resistere. Deinde actiones istæ sunt remotæ, ut non possint dici cooperari quoad mortem. Secundò, Quoad pœnas, quæ in corpore exercentur sine crudelitate, uti exilium, carcer, & similes, potest ad eas exequendas & servandas obligari reus per sententiam, ut iustus ire in exilium, habitare in certo loco, restagari non debeat, Covar. d. n. 13. vers. Tertio. Sic & in carcere manere iustus, non potest exire; eum si peccato possit ejusmodi actus exequi: nisi tamen carcer nimis adfigat, ut propter subtractum cibum, vestitum, igoem, Navarr. Comment. 4. de Regularib. n. 65. §. Secundo & §. Octavo, ubi dicit, teneri reum ex quo in dicta sibi jejunia, orationes, abstinere à cibali quo genere, aut potius, quia aliàs resisteret iudici, Damnarum tamen ad mortem per famē, teneri comedere, si habere potest cibos, ibidem tradit, vers. Ad quintum & Covar. 1. Var. c. 2. n. 10. quia licet iudex iustè damnarit ad mortem, non tamen iustè, quatenus illa inferenda per ipsum reum, qui abstinendo seipsum occideret, eam. Pasce dist. 89. l. Necare D. de agros. liber. quod est intrinsecè malum, Tertio, Quoad pœnam pecuniariā, ad quam tenebitur reus in conscientia, si condemnatur absolutè ad eius solutionem: si verò condemnatur tantum ad talem pœnam, satis erit, si illam solvat, ubi fuerit postulata. Plura de his videri possunt apud Suarez d. lib. 5. de LL. c. 10. n. 11. & seqq.

24 Quoad pœnam confiscationis bonorum quaestio est. An ipso iure iudicatur, & hoc ipso, quò crimen commissum, cum particula, ut alia declaratio non sit necessaria, vel etiam subsequente declaratione, teneatur reus bona sua deferre? R. Ita videri posse: primò, quia bona non sunt rei, quippe ipso iure ad dicta fisco, uti dictum. Secundò, quod lex habeat potestatem infligendæ pœnæ obligantis ante sententiam. Verius tamen, non teneri reum of-

ferre bona sua fisco, sed satisfacere, patitur ea sibi offerri: ut donec non auferuntur, rectè ea possideat & utatur. Quo facit, quod in e. Cum secundum de Hæret. in 6. non imponat Pont. hæc positivam obligationem, sed iudici det potestatem auferendi bona à die commissi criminis; post declaratoriam sententiam: & ita habet communis praxis, Covar. in 4. p. 2. c. 6. §. 8. n. 11. & 12. Suarez d. c. 10. n. 10 Sanchez in Decal. 2. c. 10. n. 7. Ad prius argumentum Resp. aliud esse, dominio bonorum esse privatum reum, aliud obligari ad bona deferenda fisco. Ad secundum, legem quidem habere eam potestatem, non tamen censerit ita disposuisse per verba ipso iure, ipso facto, si aliter non explicet, ut patet ex d. c. Cum secund. Et ut possit habere istam vim lex, tamen hoc accipiendum, si non sit illa gravissima pœna, & consequenter modus executionis nimis rigidus, ut contingeret in publicatione omnium bonorum. Neque enim rationi consentaneum, ut reus suæ pœnæ gravissimæ sit executor, quam satis est illatam pati, quæ non est tam gravis in casu, quo multam pecuniariam solvere iuberetur. Caveat tamen reus occultare aliqua bona; nam teneatur ea ut aliena restituere. Quòd si tamen negligentia fisci quædam ignorata sine facto rei non fuerint occupata, non tenebitur; satis enim illi est patitur ablationem, nec teneatur indicare, quia sic obligaretur ad obligationem

25 Quid si sententia fuerit iusta quidem in foro exteriori, secundum allegata & probata revera tamen iniusta? R. Neutrquam quidem obligari reum in conscientia ad pœnam, & posse illum evitare modo honesto, subtrahendo clanculum, aut alias, sine publica restituentia, aliove modo, nihilominus obligari ad parendum iudicis executioni, si sine violenta & scandalosa restituentia vitari nequeat. Nam restituentia ista nunquam est licita, quando sententia secundum allegata & probata est prolata; quia pro eius iustitia præsumitur, tuncque utitur iudex sua potestate, cui teneatur parere subditus. Quo faciunt dicta sup. de Off. iudicis in 6. sententiam ferendam esse secundum allegata & probata. Vid. Suarez d. c. 10. n. 3. & de Censur. dist. 4. sect. 7. n. 8. & seqq.

TITULUS XXXVIII.

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

SUMMARIUM.

1. Pœnitentia quid.
2. Confessio qualiter, quando, & cui faciendâ.
3. Diaconus non est minister huius Sacramenti.
4. A casibus reservatis quis absolvat.
5. Pœnitentia qualis imponenda.
6. Medicorum circa hanc rem officium.
7. Communio sacra sumenda semel in anno.
8. Sacramenti huius necessitas.
9. Indulgentia seu Remissiones quod, & quis eas concedat.
10. An Concilium provinciale?
11. Absolutè concedit Summus Pont. limitate Cardinales & Episcopi.

Post vocas fori exterioris subjungitur de pœnis fori exterioris, quæ Pœnitentiæ nomine hoc loco veniunt. * Designat autem id vel actum pœnitentiæ, quo quis dolet se peccasse, puniens in se peccatum, *can. 4. dist. 3. de Pœnit.* vel etiam ipsum Pœnitentiæ Sacramentum; cujus tres partes, Contritio, Confessio, Satisfactio. *Trid. Sess. 14. c. 4. de Sacram. Pœnit.*

2 Confessio ore faciendâ, non per scripturam vel nuntium, ut traditur *can. Quem pœnitet dist. 1. de Pœnit.* Navarr. in *Manuali c. 21. n. 36.* Sit integra necesse est, *Navarr. c. 7. n. 1.* habens suas circumstantias adgravantes, de quo idem *Navarr. c. 6.* Eius minister est Sacerdos, & quidem proprius cui debet quilibet Christianus de commisso dolens peccata sua confiteri saltem semel in anno, *c. Omnis 12. h. 1.* Tempus quidem non est determinatum, quâvis propter communionem, quæ in Paschate fieri præcipitur, cum ad eam nullus impurâ conscientiâ accedere debeat, tunc obliget Confessionis præceptum. Si tamen aliquis habeat puram conscientiam, non tenetur de rigore confiteri. Dico, dolens; quia alias non foret salutaris confessio, ut rectè dicat *Pont. c. 5. h. 1.* non esse veram eorum pœnitentiam, qui dicunt se abstinere non posse, quamvis Confessionem veni admitti; eosque crebris pœ-

nitis ad pœnitentiam induci. Dico, proprio sacerdoti; quia Confessio est jurisdictionis spiritualis, ut non possit illi fieri, cui non est jurisdictionis, ut non proprio, *c. 4. h. 1. nisi ex licentia proprii, d. c. Omnis;* delegari enim potest, quæ sunt jurisdictionis, ut dictum sup. *de off. deleg. aut nisi privilegium tale concessum, sicuti Mendicantibus Ordinibus. Gl. in d. c. Omnis V. contra.* Idem attributum Societati huius Religiosis, ut aliorum pœnitentiam audiant citra licentiam Parochi.

Quæ An & Diaconus sic minister? R. Hæc videri potest, per *c. 2. sup. de fact. ubi dicitur* Diaconi; & Glossa *ibid.* etiam laico Confessionem factam in necessitate valet, per *can. Quem pœnitet, & can. Sacerdotum ubi dicitur* Verum de fide est, non nisi Sacerdotem esse ministrum huius Sacramenti, *Trid. Sess. 14. c. 4.* cum non nisi ad Episcopos & Sacerdotes pertineat clavium potestas. Nihil facit *d. c. 1.* ubi allegata per Glossam, quia in illis non dicitur Confessio facta laico aut etiâ Diacono esse sacramentalis, & proficere ad absolutionem, cum habet legitimum iudex; scilicet Sacerdos, sed potest ad indicandâ contritionem, quæ in rebus sufficit. Ad eod. ut soli Deo facta Confessio sufficiat, si non sit Sacerdotis copiam, nisi certum stant, & quæ etiam alteri non Sacerdoti licet aperiri secreta, ex causa spiritualis utilitatis.

Non est tamen omnis Sacerdos habens absolutionem, nisi habeat jurisdictionem ordinariam vel subdelegatam *Trid. Sess. 14. c. 7.* Quo modo à reservatis non rectè absolvat alius, quam cui ea reservantur: excepto tamen mortis articulo. *Trid. Sess. 14. c. 7. no. 1.* non debet proprii aut habentis eam jurisdictionem contingat non purgatum mori. Hoc de Sacramento videatur latè *Navarr. in Manuali c. 1. de Tract. de Pœnit.*

Injungenda autem Pœnitentia à Sacerdote discreto & cauto pro personæ & peccati circumstantiis, qui more periti Medicus infundat vinum & oleum vulneribus sanatis, *d. c. Omnis,* & pro gravitate peccati, *c. 1. h. 1.* ut coerceantur homines, ne absque disciplina & pœnæ timore prolabantur ad vitam Privata autem ea esse debet, ne maculam maxima contrahat pœnitens; nisi peccatum deest, ut correctio peccantis, & adhibita

aliorum publicam postulet, *c. eod. in 6. ubi DD.* Quæ quatenus citra solemnitatem sit, à quovis Sacerdote imponi potest non habente jurisdictionem super pœnitente. Solemnis ab Episcopo tantum in capite Quadragesimæ certis ser-vatis imponi solita, de qua *dist. 50.* quæ hodie non frequentatur. Ut autem pœnitentia proficit, in-juncta & acceptata est adimplenda, nisi excusetur impotentia, aut commutetur etiam per alium Confessarium, quod fieri posse tradit, Navarr. *c. 26. n. 22.*

6 Ad Pœnitentiam maximè ægroti monendi sunt, ut animæ salute curata, corporis sanitas facilius procedat. Quo modo injungitur Medicis ad ægrotos accedentibus, ut eos ad pœnitentiam hortentur, ipsi alias ab Ecclesiæ ingressu arcendi, *c. Infirmis 13. h. t.* in cujus sine eis sub anathemate interdicitur quidquam suadere ægroti pro salute corporis, quod tendat in animæ detrimentum. Vid Sanchez *ad Decal. lib. 3. c. 16.*

7 Jabetur quoque omnis Christianus, ubi ad discretionis annos pervenerit, semel saltem in anno, idque in festo Paschæ, & in propria parrochia, mensam Domini accedere, & venerabilem Eucharistiam sumere, alias ab ingressu Ecclesiæ arcendus, & ad Ecclesiasticam sepulturam non admittendus, *d. c. Omnis.* Ubi nihil facit, quod defunctus allegetur Catholicus; nam Catholico non parenti, cum possit & liceat, hæc pœna est imposta: hæretico verò alia gravior est imposta, de qua sup. *de Hæres.* Posset tamen subesse causâ excusans, quæ prudenti arbitrio discernenda relinquatur.

Quod habet *c. quæsitum 7. h. t.* parentem, à quo filius in lecto oppressus obiit, esse irregularem, obtinet, quando culpa ei attribui potest, ut dictum sup. *de His qui filios occid. & declarat Suarez de Confur. disp. 43. sect. 4. n. 8.*

8 Porro Pœnitentia ad eam necessaria est, ut etiam tempore interdicti sit concedenda, una & vitæ, quod non denegatur ei, cui pœnitentia concessa, *c. Quod in re 11. h. t.* etiam damnatis ultimo supplicio ex gravissimo licet crimine, ut ait Covarr. *2. Var. c. 1. nu. 11.* ubi addit usum non observari, ut detur talibus Eucharistiæ Sacramentum, quem meritò alii imprecabant.

9 Altera hujus Rubr. parte agitur de Remis-

sionibus, quas vocant Indulgentias; quæ significant quendam juris relaxationem, cum minus severe, quam posset, cum aliquo agitur, Accommodatum est nomen ad significandam pœnæ temporalis Deo ratione peccati debitæ remissionem, facta extra Sacramentum per applicationem earum satisfactio-nem, quæ in communi Ecclesiæ thesauro continentur, ut tradit Trid. *Sess. 25. decreto de Indulgent.*

Concedit has omnibus Pontifex Rom. ex plenitudine suæ potestatis. Legati suæ legationis fines non excedunt, *c. fin. ubi Gl. sup. de Off. Legati;* nec Episcopi suum territorium *c. 4. Et pen. h. t.* Episcopo inferiores potestatem eas concedendi non habent nisi speciali privilegio impetrâint, *c. Accedentibus sup. de Excessib. Prælat.*

10 Q. An Concilio Provinciali adsit ea facultas? R. Ita posse videri, quod in eo sint Episcopi plures cum Archiepiscopo congregati, ut ista potestas non videatur deneganda congregatis, quæ est singulis. Verum cum nullibi id ipsum sit exprellum, verius est, Concilio non esse eam facultatem ut tali. Singuli qui in eo sunt, Episcopi, suâ potestate uti possunt ut singuli, non etiam per modum unius corporis.

11 Concedit verò quaslibet S. Pont. alii non nisi limitatas. Episcopi in consecratione sua centum dies non excedunt *Gl. in c. fin. eod. in 6.* In anniversario tantum quadraginta dies largiuntur, *c. Ex eo 14. h. t.* Cardinales ex vi suæ dignitatis non habent hanc potestatem, quia nullibi concessa invenitur; unde non concedunt indulgentias, nisi specialiter hoc iis sit indultum. De consuetudine tamen centum dierum indulgentias largiuntur. Navarr. *de Indulgen. Notab. 31. n. 17.* ubi plura hæc de re

Has ut quis consequatur, oportet onus propositum præcisè implere: Unde certo die aut modo faciendum, alio non rectè impleretur: & vivis concessæ non profunt mortuis, nec e contra, quia strictè interpretandæ.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

SUMMARIUM.

1. *Censura quid.*
2. *Censura Ecclesiastica potestas & usus ob origine Ecclesia*
3. *Quibus competat ejusmodi jurisdictionis & potestas ferendi censuras.*
4. *Acquiri consuetudine & prescriptione potest.*
5. *An delegari alteri possit?*
6. *An laico?*
7. *Delegari potest collegio & communitati.*
8. *Fœmina an committi possit?*
9. *Censura non nisi ob culpam ferenda.*
10. *Ex nulla aut injusta lata an teneat?*
11. *Lata ex defectu jurisdictionis est nulla.*
12. *An & si impedimentum sit occultum?*
13. *An ad censuram culpa interna sufficiat?*
14. *An actus exterior metu cassatus?*
15. *An censura equirat monitionem præviã?*
16. *Eamque trinam.*
17. *An quo, qualiter, & quibus faciendã monitio.*
18. *Censura an sit valida, monitione omiſſa?*
19. *An liget illata per metum à judice coacto?*
20. *Censura sententia quã aliter ferenda, & an jure vel sub conditione.*
21. *Censura an operetur effectus lata ex falsa causa juridice probata?*
22. *Censuram talem violans an & quas pœnas incurrat.*
23. *Censura quando dicenda esse lata sententia, quando ferenda.*
24. *Forma ista Excommunicationem tenentis incurſurum, an sit ferenda sententia*
25. *An & hæc Sub pœna talis censuræ, &c.*
26. *Et quid de hac, Anathema sit?*
27. *Verba, ipſo jure, ipſo facto, sunt læa sententia.*
28. *Censura species.*
29. *Excommunicatio quid.*
30. *Alia major, alia minor.*
31. *Simpliciter prolata hæc vox de qua accipienda.*
32. *Est & alia generalis, alia Particularis: item alia juris, alia hominis.*
33. *Quis in quem ferat excommunicationem.*
34. *Ferenda in subditum.*
35. *In singularem personam, non in collegium aliquod.*
36. *Quã forma servanda in tali sententia ferenda.*
37. *Ferenda in scriptis, cum causa expressa.*
38. *Ex quibus causis excommunicatio inferenda.*
39. *Judicis circa hanc rem officium.*
40. *Quibus in casibus ipſo jure incurritur.*
41. *Excommunicatur & ipſo facto perſuſo Clerici per can. Si quis suadente 17. q. 4.*
42. *Clericorum nemini qui hæc veniant.*
43. *Depositus verbaliter incorrigibilis an privetur privilegio clericali, sine alia declaratione judicis?*
44. *An enormibus & turpibus se immoretur?*
45. *An deserto habitu ac tonsura paratus ab eis qui noverit esse Clericum?*
46. *An excommunicatus gaudeat hoc privilegio?*
47. *Gaudet eodem Monachi. An & Eremitæ.*
48. *Dicitur can. Si quis suadente qui maneat.*
49. *An ebrii.*
50. *Tenetur & mandans.*
51. *An & si mandans moriatur ante percussorem?*
52. *An ratam habens percussorem?*
53. *Percussio debet esse violenta & injuriosa.*
54. *An debeat continere læsionem gratiam?*
55. *Causa excusans percussorem Clerici, illa sui defensio.*
56. *Maritus percussus Clericum, in continentiam uxore, sorore, filia an sit extra censuram?*
57. *Vxor: nomine an veniat sponsa?*
58. *Filia nomine an neptis?*
59. *Percussus in defensionem tertii an excusatur.*
60. *II. Excusatur jusus titulus sui causa.*
61. *An excusatur laicus torquens Clericum?*
62. *An iudex secularis Clericum in crimine inventum capiens?*
63. *Excusatur præceptor, pater, dominus, disciplina & correctionis causa verberatus.*
64. *An percussioni consentientem?*
65. *An in sui percussorem consentientem?*
66. *An Clericus seipsum percussorem?*
67. *III. Probabilis ignorantia Clericatus excusatur?*
68. *Percussus Clericum, quem existimet & Titulum laicum excusatur.*
69. *An & existimans se percussorem Clericum, qui laicus sit?*

70. Quid si unum Clericum percussere volens, alium percussit?
71. Excusat & percussio ex subito metu & casu facta.
72. Committens crimen, quod falso existimet prohibitum sub censura, an excusetur.
73. Effectus excommunicationis minoris.
74. 107. Effectus excommunicationis majoris, I. Privatio participationis Sacramentorum.
75. Excommunicatus in extrema necessitate administrando Sacramentum an peccet?
76. An licite conferat Sacramentum poenitentiae?
77. II. Privatio orationum & suffragia.
78. Excommunicato tolerato an prosunt suffragia.
79. III. Privatio divinatorum officiorum.
80. IV. Inhabilitate ad beneficia Ecclesiastica obtinenda.
81. Excommunicato occulto an possit conferri beneficium?
82. An non vitandus acceptare possit beneficium?
83. Collatum ante excommunicationem an postea recte acceptetur?
84. Quid si putetur excommunicatus, verò autem non sit.
85. Excommunicatus an privetur beneficio iure teno.
86. An privetur fructibus beneficii ipso iure?
87. An teneatur se privare fructibus eosque restituere?
88. An in necessitate liceat eos consumere?
89. V. Privatio jurisdictionis fori externi.
90. Resignatio beneficii an licite fiat ab excommunicato?
91. Actus jurisdictionis qui sunt ab excommunicato etiam occulto, an sint nulli.
92. Quid si sit notorius, non denunciatus nominatus?
93. VI. Privatio forensis communicationis ut iudicem agere, in iudicem eligi, agere in iudicio, &c.
94. Excommunicatus an compensare possit?
95. An circa hoc aliquid iure novo sit mutatum.
96. Reus excommunicatus recte defendat se in iudicio, & an per se comparere cogatur?
97. Excommunicati testimonium & patrocinium an admittendum?
98. An acta tabellionis excommunicati.
99. An tutoris, administratoris.
100. VII. Privatio omnis civilis communicationis.
101. An a surgere excommunicato, ac similem reverentiam exhibere liceat?
102. Communicatio hac quibus casibus sit permissa.
103. Vxor cum marito excommunicato quatenus licita.
104. Item viro cum uxore excommunicata?
105. Liberis cum parentibus; servis ancillis, cum dominis.
106. Pœna communicantium excommunicatis.
107. Vid. num. 74.
108. Excommunicati hodie vitanti soli denunciati nominatim & notoriis Clericorum percussores.
109. Extrav. ad evitanda Martini V. cur restringenda ad notorium Clerici percussorem.
110. Denuntiatio an sit necessaria post sententiam.
111. Non sufficit publicatio sub conditione de futuro.
112. An videntes percussorem teneantur hoc ipso evitare.
113. Suspendio quid.
114. Alia ab officio, alia à beneficio.
115. Item alia Totalis, alia Partialis, alia Perpetua, alia Temporalis.
116. Suspendio ab officio an & sit suspendio à beneficio?
117. Suspendio ab officio an impediatur adquisitio nem novi beneficii?
118. Suspendio ab ordine quid operetur.
119. Suspendio à beneficio quid operetur quoad officii usum.
120. Quid hic veniat nomine beneficii.
121. An & pensiones comprehendantur?
122. Suspendio à beneficio an intelligenda universaliter de omni beneficio?
123. Suspendio quos fructus adficiat.
124. An comprehendat & quotidianas distributiones?
125. An impediatur Episcopi à beneficio & collatio?
126. Suspendio est & vitandus.
127. Interdictum quid nominis & rei.
128. Aliud est Canonis, aliud hominis: item aliud Locale, aut Personale & utrumque vel generale vel speciale.
129. Effectus interdicti I. Vfus Sacramentorum privatio.
130. An comprehendatur interdictio habens duo domicilia, respectu loci interdicti.

131. Clero interdictio an comprehendatur Religiosi?
132. Interdictio generali an & loca exempta?
133. Interdictio diocesis an Ecclesia Cathedralis?
134. Interdictum locale generale an inferat personale, & contra?
135. Interdictum personale speciale an contineat locale, & contra?
136. II. Prohibitio divinatorum officiorum.
137. Missa sacrificium tempore interdicti localis quatenus permittitur.
138. An ab eo excludendi laici non excommunicati aut interdicti?
139. Privilegiati, & eorum domestici seu familiares quatenus admittantur.
140. Admittuntur Clerici non excommunicati aut interdicti; & qui Clericorum nomine veniant.
141. Interdictum impedit Ecclesiasticam sepulturam.
142. Interdicti personalis effectus.
143. Interdictum generale personale an impediatur sepulturam.
144. Censura non tenet, I. Lata à non habente jurisdictionem.
145. II. Eius effectus suspensus per appellationem.
146. Debitor non solvens ante lapsum terminum prorogatum an incidat in censuram?
147. III. Excusat ignorantia inculpabilis precepti Ecclesiastici, cui adnexa censura.
148. Ignorantia juris an excuset.
149. Quid si lex quidem divina aut naturalis sciatur, ignoretur verò preceptum Ecclesiasticum?
150. An excuset ignorantia inculpabilis lata censura?
151. Ignorantia vincibilis an excuset?
152. IV. Metus iustus impedit effectum censura.
153. Necessitas publica an excuset celebrantem in loco ubi alius Sacerdos est?
154. V. Dispensatio legitima excusat.
155. VI. Absolutio.
156. An per solam absolutionem tollatur censura?
157. Censura lata sub conditione donec satisfeceris, an per satisfactionem tollatur ipso facto?
158. Sensus ob contumaciam lata an tollatur absolutione?
159. Absolutio an pro sit mortuis?
160. Absolvere à censura qui possint.
161. Excommunicatus à suo Episcopo an possit solvi ab Episc. non domo?
162. Et quid si fiat Religiosus?
163. In lex à quo an recte absolvat per interdictam appellationem?
164. A censura juris quis absolvat.
165. Casus reservati absolutionis à censura.
166. Sensus quando & à quo tollitur.
167. Interdictum qui relaxet.
168. Interdictum locale an relaxetur loco alieno?
169. Quid si locus interdictus destruat?
170. Censuris pluribus ligatus à quo & quatenus absolvendus.
171. Expressio causa limitat absolutionem.
172. Expressio falsa causa an non recipiat?
173. Absolutio licite fit sub conditione preteriti aut prateriti.
174. An & sub conditione in futurum recipiat?
175. Absolutio ad cautelam & ad revocationem.
176. Absolutio concessa cum clausula. Sicuti pater, qui operetur; & quid si non solvendo aut solvendo.
177. Absolutio per vim aut metum recipiat.
178. Absolvi potest etiam absens.
179. An & in virtus?
180. An perverans in delicto?
181. An licite talibus concedatur absolutio?
182. Absolutio quæ formæ verborum sequitur.

De Censuris in genere.

Inter pœnarum genera sunt Censuræ. ducta vox à Censuram munitur, quæ cogendis civium moribus præcrant. Significat munus ipsum, & animadversionem contra nempe, secundum illud Juvenalis, Sat.

--- Vixat censura Columba.

Quo modo hic accipitur, translatâ significatione vocis ad pœnam sive cœculationem Ecclesiasticam, quæ privat usu aliquorum bonorum spiritualium ratione delicti Ecclesiastici cum sit pœna, ac privativa boni ipsa non potest imponi nisi ab ea potestatem habenti boni genus subest, arg. l. fin. D. de Litteris.

Esse autem huiusmodi potestatem Ecclesiasticam non est dubitandum, quod qui cogantur Lutherani, & similes, & à Christo datam patet ex illo Matthei, 18. Quodcumque ligaveris super terram &c.

verbum *Ligandi* per metaphoram optime accommodatur censuræ Ecclesiasticæ, quæ est vinculum seu ligamen quoddam; quo anima irrevera tenetur. Ab initio nascentis Ecclesiæ usum eius fuisse, patet ex Caonibus Apostolorum, in quorum plerisque fit mentio censuræ. Ratio est, quia omnis Resp. bene instituta indiget potestate jurisdictionis, tam directiva quam correctiva, ad politicum suum corpus dirigendum, ut etiam ea data esse sit facendum, sine quibus jurisdictio inutilis aut nulla foret, l. 2. *D. de iurisdict. c. Ex literis sup. de Off. deleg. suar. de Censuris d. 1. sect. 2.* Ut autem jurisdictio ista præcipue vertatur circa spiritualia, ita & correctio est spiritualis, & censuræ istæ infligunt privationem alicujus boni spiritualis.

3 Elle eiusmodi jurisdictionem in S. Pont. immediatè D. Petro, eiusque successoribus à Christo Domino concessam (neque enim his erat deneganda potestas bene regendi) nemo ambigit, qui Christi verba sane capit, & ex calice quinti Evangelii non hausit errores, Competit & Episcopis, atque his, qui supra eos sunt, etiam legato à latere *c. Legatos sup. de Legatis in 6.* & Vicario Episcopi, cui idem est cum Episcopo tribunal, *Gl. in c. Licet de Off. Vicar. in 6. c. 2. sup. de consuet.* Vicario itè electo à capitulo, Sede vacante, & multò magis ipsi Capitulo, quod succedit in Episcopalem jurisdictionem jure proprio, *c. Cum olim sup. de Majorit. & Obed. c. 1. eod. in 6.* Pertinet & potestas ferendi censuras ad quosdam Abbates, Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios, quibuscum est communicata jurisdictio Episcopalis, *c. Veniens ubi Gl. sup. de eo qui ord. furtive susc. & ad congregationes Ecclesiasticas, uti Concilia Generalia, Provincialia, & ad eos, qui speciali privilegio talem potestatem impetrarunt, quatenus tamen subditos habent, in quos eam exercent, quia frustra jurisdictionem quis sibi adrogat, cui deest subiectum, circa quod eam exercent, nisi futurum superetur, *arg. l. pen. D. de servit. c. l. Si servitus 23. de Servit. urb. prad. Vid. Suar. disp. 2. sect. 2. n. 9.**

4 Consuetudine etiam hanc potestatem adquiri patet ex *c. sup. de Off. Ordin. ubi Pastori Ecclesiæ parochialis dicitur competere excommunicandi potestas; uti & præscriptio-*

ne. c. Cum olim c. Auditis sup. de Præscript. cum spectet ad jurisdictionem, quæ præscriptione adquiri potest, ut multis tradit Covarr. ad cap. Possessor p. 2. §. 3.

Delegari hanc potestatem alteri posse volunt, modo deleganti adfit delegandi potestas, qua de re actum *sup. de Deleg. Covarr. 3. Var. c. 20.* & ei delegetur, qui est habilis: qualis non est non baptizans, cum sic minus Ecclesiasticum, ad quod requiritur baptismus, janua ad reliqua officia Ecclesiastica. Sit rationis compos; eam qui rationis usum non habet, non potest ferre iudicium, nec consequenter punire, aut exercere aliquem actum jurisdictionis, cum pendeat à iudicio. Poterit tamen potestas in eo, qui ratione privatus, permanere, ut est manifestum in dormient-, ebrio. *Suar. de disp. 2. sect. 3. n. 4.* Laicos ex se incapables esse jurisdictionis Ecclesiasticæ patet ex variis locis Canonis, *c. Ecclesiæ sup. de Constit. c. 2. sup. de Indic. Transmissa n. 2. sup. de E. et. imò ne quidem ullum Ordinem sacrum aut sacramentalem requiri, & primam tonsuram sufficere, ut alicui hæc potestas committi possit: secundum ordinariam tamen Ecclesiæ legem munera eius non communicari nisi cum Clericus, qualis etiam est prima tonsura initiatus, *c. Cum co ringat sup. de azate c. qualis ordin. nisi per conjugium le inhabilem fecerit, ut dictum sup. de Cler. conjug. aut per aliud quid, ut laicis non sit deleganda. Dico, secundum ordinariam Ecclesiæ legem; quia cum hoc Ecclesiæ statutum sit de jure positivo, videtur Pont. secundum absolutam suam potestatem dispensare posse, & laico committere, cum ille sit supra jus humanum, quod immutat, ut dictum sup. de Constitut. *Gl. in can. Præter l. Ducibus disp. 32. Facit, quod non tam spectet ad ordines, quam ad jurisdictionem. Plura Suar. de sect. 3. n. 8. 9. 10. 11. c. 12.***

6 Potest & delegari collegio aut communitati, cum constare possit ex viris baptizatis & ratione utentibus, atque in gradu clericali constitutis. Quod procedet, etiam si constet partim Clericis, partim laicis; si tamen plures sint Clerici, quam laici, vel etiam æquales, quia

7

quia pars dignior trahit ad se minus dignam. Abbas in *c. Ex litteris n. 4. sup. de Constitut. & in c. Cum super sup. de Off. deleg. Suarez d. sect. 3. n. 13. cum hæc potestas non sit in singulis, sed in ipsa communitate. Raro tamen & non eodem modo communitatibus hæc potestas committitur, cum*

Segnius expediunt commissa negotia plures.

8 Q. An fæminæ possit committi? R. Videtur nec jure communi esse capacem fæminam, nec ex commissione Pontificis Rom. posse fieri capacem ferendi censuras, *c. de Monial. h. tit. ubi Abbatissa dicitur non absolere suas Moniales à censura, quam contraxerunt, ut nec ligare possit. Posterius probatur e. Novatio. sup. de Penit. ubi Pont. concludit, post alia, claves regni non esse datas fæminis, ac quidem B. Virgini. Quo facit, quod dictum sup. de Tempor. ordinat. n. 17. fæminas esse incapaces Ordinum, secundum congruentiam, cum sexus fæmineus non sit per se ordinatus ad spiritu alia, ut nec docere, nec dominari viris sit permillum fæminis. 1. ad Timoth. 2. Quod responderet juri civili, quo fæmina remouetur ab omnibus officiis publicis, l. 2. D. de R. I. Ut dicèdæ sint incapaces omnino hujus potestatis, quæ Ordines prærequirit, vel saltem dispositionem ad illos. Nec facit *c. Dilecti 12. sup. de majorit. & obed.* quod habet, Abbatissam quamdam solitam suspendere ab officio & beneficio suas Canonicas, & Clericos suæ jurisdictioni subiectos; nam non agit de suspensione, quæ sit censura propriè, sed de quadam prohibitione: sive privatione fructuum, quæ largo modo dicitur suspensio: uade & Pont. ibi non dicit, censuram esse seruandam, sed præceptum & mandatum talium Abbatissarum. Suarez d. loco n. 5. D. 6. Avila de Censuris p. 1. dub. 6. Covar. in *c. Alma mater p. 1. §. xi. n. 2.* Quod ordinariam jurisdictionem habere dicatur fæmina, *c. Dilecti 4. sup. de Arbitr. & capti ac patrona Clericorum esse, c. Dilecti 14. sup. de excess. Præl.* non spectat ad censuram, quam ideo non potest dici ferre posse jure ordinario. Quod addo; nam Pont. de absoluta potestate videtur eam facultatem posse concedere fæminæ, cum non sit contra jus divinum, sed contra communem Ecclesiæ legem & usum; & non pertineat ad claves, sed tantum ad jurisdictionem, cujus non est incapax*

fæmina. Navar. *Conf. 1. h. t. Suarez d. sect. 1. num. 7.*

Ferenda non est censura nisi ob culpam, non poena præsupponit; propriam, non alienam. Item qua tum ad excommunicationem, quæ instituta est ad correctionem peccatorum, & suspensionem, ut est propriè censura, speces; ex regula, quod culpa carens non est damnnum vocandus & peccata debent continere auctores. Aliter se res habet interdictum, quod etiam tenet eos, qui non deliquerunt. Si sententia eod. in 6. tamquam membra, quæ ratione corporis adsignatur, vel propriè majorem eius, qui deliquit, tenent.

Ubi quaeri possit, An censura ex nulla aut injusta causa lata teneat? R. Expressam in sententia causam falsam, vel irritantem, aut insufficientem, ponere censuram nullam in interiori foro, quam in exteriori. Ratio est, quod injustitia ejus publicè & manifestè sit notoria. Potestas enim Ecclesiæ data est in aedificationem, non in destructionem, quam intendit Prælati, ex nulla causa aut insufficienti censuram ferens, *c. Venerabilis 7. §. pen. eod. in 6.* Quod si in sententia nulla exprimitur causa, sed censura unde in aliquo sit prolata, non potest dici nulla, cum non contineat errorem intolerabilem, nec non requirunt ad nullitatem, *d. §. pen. & c. Solus in 6. c. Per tuas h. t.* Non potest autem dici eum continere, in qua causa non adhibetur ex vi formæ sententia talis non videtur nulla in foro exteriori, quamvis in intentione sit nulla subsistat, si nulla; qualis declaranda est à superiore, probato defectu causæ, de qua si satis constet reo, is in conscientia non tenetur parere. Imò, causa non expressè, potest dici censura non tenere, quod sit contra jus lata non requiritur causæ expressæ, *c. Abbatissa in 6.* Quo faciunt textus, qui dicunt sententiam iniquam non gravare, *can. Causæ, can. Invidendum, can. Cæpisti xi. q. 3.* Quod si sententia fuerit iusta secundum allegata & probata, tenetur obediendum superiori. Quo respicit decretum Gregorii in *can. 1. xi. q. 3.* Sententiam proptoris, sive justam sive injustam, esse tenendam; & Urbani *can. Quibus ead. q. 1.* tenendam esse sententiam Episcopi, licet injustè dicitur, quatenus scilicet veritatem sententiarum tenent.

Quod & dicendum de sententia ita injusta, ut in re sit nulla, si de nullitate certo non constet. Imò si omnino nulla sit, potest etiam videri timenda, secundum dicta loca; ut reus eam non contemnat in foro exteriori cum aliorum scádalo, qui defectum ignorant, aut in despectum superioris. Vid. Navarr. in Summa c. 27. n. 3. Covarr. ad c. Alma p. 1. § 7. n. 7. Avila d. p. 1. dub. 9. c. 6. dub. 1. Suarez disp. 4. sect. 7. n. 31.

¶ Quid in defectu jurisdictionis? R. Eam omnino ponere excommunicationem nullam & sine effectu ullo; ad quem omnino requiritur jurisdictione, ut ad omnem actum alium iudicis. Unde appellatio ante sententiam interposita facit excommunicationis sententiam esse invalidam, c. Pastoralis §. verum sup. de appellat. Idem dicendum de lata ab excommunicato, suspenso, interdicto; nam in tali non est efficax jurisdictione, impedita quippe per censuram. Quod non tantum procedit in ipso excommunicato, verum & in delegato ab eo. Sic excommunicato Episcopo impeditur usus jurisdictionis in eius Vicario, c. 1. de off. Vicarii in 6. Suarez disp. 2. sect. 4. n. 4.

¶ Quid si impedimentum sit occultum? R. Peccare quidem ferretur censuram in tali statu, quod utatur actu jurisdictionis, à qua impeditur per Ecclesiam; valere tamen eius sententiam, & parendum esse reo, licet novum impedimentum. Neque enim Ecclesia tunc impedit omnino usum jurisdictionis, cum bono eius regimini id conveniat & expediat. Quod & dicendum de eo, qui titulo falso jurisdictionem adquisivit, aut inhabilis cum sit, publica exultatione habilis haberetur, & auctoritate superioris in munus est inductus, supplet enim Ecclesia defectum in bonum publicum, arg. l. Barbarius D. de off. Prætoris, c. Ad probandum 24. ubi Glof. sup. De sent. & re iudic. Suarez d. sect. 4. n. 2. c. 3. Idem dicendum de excommunicato quidem notorie, sed tolerato, secundum ea, quæ dicta sunt sup. De sect. n. 10. Erit & nulla sententia lata contra tenorem privilegiorum, quia eatenus non est subiectus reus, c. Quanto sup. de privileg. Navarr. c. 27. num. 4. Facit & substantialis iudicii defectus non tenere sententiam, l. 4. §. condemnatum D. de re iud.

¶ Q. IV. An ad iustitiam censure sufficiat

culpa interna? R. Et si hoc aliquibus videri possit, ex eo, quod potestas Ecclesie sit spiritalis, quæ ad interna etiam peccata pertinet, & circa interna versatur, ut videre est in c. Dolentes de celeb. Missar. ubi præcipitur recitantis divinum officium, attente & devote id agant, & in Clem. Multorum De heret. in 6. Clem. Ne in agro §. quia vero de statu Monach. Contra tamen dicendum, non posse censuris puniri per Ecclesiam occulta peccata per se, id est interna cum Ecclesia de his non iudicet, nec iudicium humanum possit esse de actibus interioribus. Nihil facit, quod potestas Ecclesie sit spiritalis; nam debet exerceri humano modo, ut sententiam extendat ad ea, quæ homines cognoscere possunt, directe saltem; nam indirectè, in ordine scilicet ad exteriores actus, quibus interni tanquam causæ aut conditiones conjunguntur, (quo modo possunt accipi textus allati) potest & Ecclesia peccatum occultum per accidens punire per legem generalem, non tamen per modum sententiæ, & nominatim quod manet occultum. Sic hæresis suam manifestans exterius, nullo audiente, est excommunicatus, quia factus est, exterius esse proditæ hæresim, ut dictum sup. De heret. n. 1. Vid. Suarez disp. 4. sect. 2. num. 1. c. seqq. c. num. 22. Avila p. 1. aub. 10.

¶ Q. V. An actus exterior metu causatus censuram incurri faciat? R. Iustum metum excusantem à culpa, etiam excusare à censura, quæ culpam præsupponit, cum præcepta Ecclesie ordinarie non obligent cum majori rigore. Unde cum excommunicato communicans iusto metu est extra censuram, ut dictum sup. De his quæ vi n. 17. Et hoc regulariter; nam si talis metus directe in usus fuerit in contemptum religionis aut Ecclesiasticæ potestatis, nullus metus excusabit, uti non à culpa, ita nec à censura, quia tunc non tam agitur de sola legis observatione, quam de vitando gravi damno religionis, cuius bonum tenetur quisque præsentis propriæ vitæ. Ratio horum est, quod voluntas & intentio distinguant maleficia, c. Cum voluntate §. h. 1. Ea de causa Navarr. c. 11. n. 25. rejecta Cajetani sententia, Christianos, qui propter metum se fingunt Saracenos, extra censuram ponit: & alii tradunt, excusari Christianos à censura

lata contra adjuvantes Turcas dimicantes contra Christianos, quia metu mortis remigant, qui facit cessare contumaciam, quae causat censuram. Hoc inferri potest, ficto animo actum sub censura prohibitum exterius perfectum non esse ligatum censura, quod voluntate deficiente non possit dici delictum perfectum, pro quo imposta censura, secundum d. c. 54. Exemplum est in ficto proficiente verba haeresim continentia, qui in mente est orthodoxae fidei, cum perfecte ac simpliciter talis non agat contra legem haereticum censura notantem; & lex juxta proprietatem verborum sit accipienda, non extendenda in materia odiosa. Navarr. c. 11. n. 25. c. 27. nu. 50. Suarez d. sect. 3. n. 15.

I Q. VI. An ad censuram justitiam requiratur praevia monitio? R. In ea, quae per legem fertur, nec necessariam esse admonitionem, nec fere locum habere, cum lex ipsa satis admonet, cuius nemo debet esse ignarus ut veniens contra legem, prohibentem actum aliquem sub censura, satis sit contumax habendus, nec aliam admonitionem egeat. Et hoc ita, quatenus jus est absolutum & censuram hoc ipso fert; nam interdum non alias inferri, quam monitione praevia, si moniti non respiciant, ut in Clem. fin. §. fin. De statu Monach. c. Clem. 1. De decimis Idem dicendum de censuris latis per sententias generales hominis pro peccatis futuris, veluti Quisquis furtum commiserit, in praecipuum non litandi sub censura satis admonet subditos, ut patet ex c. A nobis 21. h. 1. Cui non refragatur textus in c. Romana §. eod. in 6. qui non vult in specie vel in genere promulgari censuras sine praevia monitione, quia non loquitur de generali excommunicatione pro culpis futuris, qualis ponit praecipuum, & sic admonitionem ex se sufficientem; sed de praeteritis & praesentibus culpis, qualis non ponit ex se admonitionem, cum nec lex, nec sententia delictum praecellerit, quod ante commissum, ut nec possit poni contumacia in reo. Ita fere Suarez de Censur. Disp. 3. sect. 8. n. 3. c. 5.

Itaque ab homine lata censura propter jam commissas seu praeteritas culpas necessario requirit monitionem praeviam, ut habet textus in d. c. Romana c. c. Sacro 48. h. 1. Ratio est,

quia quando delictum est commissum, non ponitur contumacia, uti poni dicitur quoad futura, per legem prohibita, aut etiam per sententiam hominis, non tantum generaliter, quae jam actum, verum & specialem perceptum certa tantum persone imputatur, hoc vel illud faciat aut vitet; aut in casum, quo hoc vel illud faciat, aut non vitet, quod modus nihil habet in se contra rationem, nec contra jus positivum. De quo dubitari potest. in d. c. Romana §. caveant, ubi videtur forma prohibita per Pont. Verum bene dicitur, etis ver bis d. §. apparebit, iis non committitur tam absolutam prohibitionem, quam admonitionem, ne iudices facile tali fuerint auctores, sed cum magna cautione & circumspectione. Suarez d. Disp. 3. sect. 4. n. 7.

Ubi aliqui exceptionem ponunt in eo, quod ante praedixit aut publicavit se nec paritum, quasi is monendus non sit ex contumacia jam posita; argumento eorum, quod duntur de correctione fraterna, cui moniti praemittenda, nisi quando deest spes fructus, quo casu, quia odiosa foret, omitti potest. secundum Navarr. c. 27. n. 12. Verum equum ponere quidem videntur contumaciam delictu non etiam in effectu, uti requiritur ferendam censuram, quam denique post monitio praevia, cui non paritum. Vid. Suarez d. Disp. 3. sect. 10. n. 8. c. 9.

Monitio haec sit trina, ut videtur propter per Canones, qui requirunt Canonice, uti videmus 3. eod. in 6. qua is est trina, ut patet text. in c. Constitutionem 9. in fine eod. ubi tamen una sufficit pro trina, determinata aliquorum dierum competentia intermissio concedantur, quorum determinatio in arbitrio est iudicis, pro facti qualitate. Cuius datur licentia ea restringendi, si causae necessitas postulet; negotii enim qualitas & periculum immoens facit etiam ad unum tempus, imò brevius tempus, coarctari posse. G. l. d. c. 9. Suarez d. Disp. 3. sect. 9.

Facienda admonitio a Superiori, cum sit in co citationis; nemo autem recte exerceat nisi suo iudice. Abbas in c. 1. num. 33. sup. de p. uti nemo potest dici contumax nisi non parens illi, cui obedientiam debet ratione jurisdictionis. Requiritur etiam monitio ista

coram testibus, ut de ea constare possit, *d. c. Saero 48. h. t.* idque & in casu, quo scripto sit, ut & de scripto possit constare. *Suarez d. disp. 3. sect. 11. n. 2.* Facienda autem in persona ipsius monendi, cum tendat ad correctionem, quam non audiens contumax habetur: quamvis sufficere videatur, si admonitio domi facta ad aures ejus perveniat, uti constat ex *Clem. 3. in fine de elect.* ubi sufficit ad appellentem notitia plena & certa devenire. Et hoc non tantum in causa appellationis, sed generaliter in omni causa ibi statuitur. Ratio est, quia tantum requiritur, sciat intentionem superioris, quam hoc modo intellexit. Et hoc ita in persona singulari & determinata; nam si censura sit generalis contra eos, qui delinquent, quia delinquentes ignorantur, sufficit admonitio facta in loco publico, per quam ad delinquentes, qui ignorantur, ut personaliter moneri nequeant, notitia pervenire possit. Qualis etiam obtinebit contra certam personam, quæ dolo aut vi impedit, ne talis monitio fiat, aut quæ certum domicilium non habet. Vid. Covarr. in *c. Alma p. 1. §. 9. n. 4.* Suarez *d. disp. 3. sect. 11. n. 5. & seqq.*

18 Q. An monitione omissa, censura sit valida? R. Videri, non esse irritam, sed teneri, per *d. c. 48. h. t.* ubi, monitione omissa, sententia excommunicationis dicitur iusta, licet puniatur iudex: & in *d. c. Romana* dicitur quidem sententia talis iniusta, non etiam nulla, ut *Gl. ibi V. injustas* notat: item in *c. Reprehensibilis 26. sup. de appellat.* prohibet quidem Pont. excommunicationem ferri, non prævia monitione, non tamen dicit esse nullam, cum multa prohibeantur fieri, quæ facta tenent. Abbas in *d. c. 26. nu. 13. & d. c. 48. n. 9.* Quod non tantum verum est in ordinario, verum & in delegato, quamvis in eo contra quidam statuerit, siue fundamento, ut tradit Navarr. in *c. Cum contingat. Caus. 5. sup. De reser.* Covarr. *d. §. 9. n. 7. & 8.* In contrarium facit textus in *c. Statuimus 3. & c. Statutum 13. eod. in 6.* ubi nisi præcedat Canonica monitio, quæ est trina, dicitur non tenere sententia. Verum textus illi loquuntur in singulari casu, quo scilicet excommunicatur participans cum excommunicatis; qualem hoc ipso notatum minori

non volunt inodari majori, nisi trinâ monitione prævia. Cæterum præcedens opinio communis non videtur accipienda de absoluta omissione monitionis, sed Canonice tantum, id est trinæ, quia de ejus omissione loquitur & *d. c. 26. & d. c. 48.* Ut videatur necessarium, saltem aliqua adesse monitio, cum, uti dictum, sit loco citationis, quæ necessario omnino est. Plura vide apud Suarez. *d. disp. 3. sect. 12.*

19 Quæstio etiam est, An censura per metum illata à iudice coacto liget? R. Hoc aliquos velle, ut *Gles. in c. un. V. Vacuamus De his que vi in 6.* cuius fundamentum ponitur in eo, quod voluntas coacta sit voluntas, & metus non ponat simpliciter involuntarium, sed potius voluntarium: ut iure naturæ metus non possit dici irritare actum, uti patet ex *d. e. unico* ubi Pont. dicit se evacuare actum, de quo ibi per metum gestum. Ut debeat præsupponi voluisse, nec irritus esse, etiam in foro exteriori, nisi in casibus, quibus ipsa lex eum irritet, veluti in *d. cap. un. Cujus decisio* in causa absolutionis non recte ab aliquibus trahitur ad pronuntiationem censuræ per metum: eo argumento, quod potestas ligandi sit conjuncta cum potestate absolvendi, *can. verbum st. de Pœnit. dist. 1.* ubi dicitur, eum, qui non habet jus absolvendi, nec habere jus ligandi: ut inde colligatur, hos actus esse æquales, & in uno statutum debere ad alterum extendi; præcipue quod jura, si in favorabilibus restringantur, ut in absolutione, multò magis restringi debeant in ipsa censura inferenda, quæ odiosa, ut non procedat ratione violentiæ. Verum hoc argumentum in jure positivo parum urgens, quando subest diversa ratio. Nam quod absolutio sit irrita declarata per Pont. facit favor Ecclesiasticæ potestatis, & fuit necessarium, ut Pastores Ecclesiæ sint immunes à vexationibus illiusmodi, quæ sæpe inferuntur ab eis, qui absolventi, aut eorum nomine, ut merito talis metus debeat irritare absolutionem. Censura verò ut sit irrita, concernit eum tantum, in quem fertur non etiam Ecclesiasticam potestatem: cuius nihil interest talem censuram esse irritam, modo ad sit voluntas & intentio ferentis, qui ex animo illam infert; nam, animo cessante, irrita foret censura.

Deinde, ut recte ait Abbas in *c. n. 17. sup. de his qua vi*, cum specialiter circa absolutionem id sit statutum, non est trahendum ad censuram inferendam. Ubi dat rationem diversitatis, quod seculares Principes soleant esse faciles ad cogendos Praelatos ad absolvendum, non ita ad ferendam censuram, ut necesse fuerit ei rei occurrere. Ita ferè Suarez *Disp. 2. sect. 5.*

20 Ad censuram iustitiam praeter ea facit, ab eo sit lata, cui est iurisdiclio, saltem purativa, uti dictum sup. *num. 12.* Servetur ordo juris, quod requirit, in scriptis fiat, juxta *c. 1. eod. in 6.* causa subiecta, qua de re sup. *nu. 3.* Quod in aliis sententiis non est necessarium, ut patet ex *c. Sicut sup. de re iudic.* Exemplum eius tradatur reo, id tamen requiritur, idque intra mensem; alias suspensus sit iudex per mensem ab Ecclesiæ ingressu & divinis officiis. Praeterea puniendus iudex, ex arbitrio superioris, animadversione condigna, licet sententia non sit nulla, his omissis, ut patet ex *d. c. t. in quo dicitur relaxanda à superiore.*

Absolute feratur sententia, an sub conditione ad causam pertinentem, nihil interest: veluti si peccato commisso, feratur censura in ordine ad satisfactionem, aut emendationem illius, uti fieri consuetum, quia ejusmodi poena est medicinalis. Uti & recte conditio istiusmodi pro peccato futuro adjicitur, quamvis, ut ante dictum, pro futuris culpis conditio nata hujusmodi sententia cautè sit utendum. Dixi, ad causam pertinentem; nam si ad causam non pertineat, veluti, *Excommunicatio te, si navis ex Asia venerit*, imprudenter talis additur, & nullam facit censuram, eo quod actus iurisdictionis spiritualis non debeat esse pendens à casuali conditione, ad actum talem impertinente. Est enim hoc valde absurdum, & intolerabilis abusus spiritualis potestatis, cum ejusmodi conditionis eventus non ponat vel augeat culpam. Et hoc quoad futuram; nam quoad praesentem vel praeteritam conditionem, talis adjecta non videtur impedire effectum censuræ, si evenit, quia conditio talis non impedit, quo minus absoluta sit censura. Si verò non evenit, censura nulla est, siquidem actus conditionalis, deficiente conditione, est nullus, *s. conditiones Inst. De V. O.* Posset tamen conditio in futurum, licet non

augens aut minuens culpam, esse rationabilis causa limitandi censuram, veluti, *Excommunicatio Clericum, nisi sit in dignitate consecutus* qualis limitatio expedire affirmatorem dignitas Ecclesiastica. Ita Suarez *Disp. 3. sect. 7. quæst. 1. de toto hac materia d. Disp. sect. 4. n. 1. p. deinceps.*

Censuræ effectus est private aliquorum bonis spiritualibus, etiam aliquorum ad honores corporales seu externum: ut nihilominus reddere ad obtinenda beneficia, de quibus agitur inferius in singulatum censurarum explicatione.

Quæritur est, An istos effectus operetur etiam falsa causa, juridice tamen probata. Receptissimam opinionem esse, iussum esse potest secundum ea, quæ sunt private licentiam, sed secundum ea, quæ allegantur in iudicio non probantur, sententiam ferre, quod hoc valde tutior ratio finem datum litium, quam potentia scientiæ private licet permissa probationis non haberi rationem, quia de re iudicata sup. *de off. iud. in fine & ad in. D. de iur. 47. & seqq.* Receptissimam etiam esse probationem ejusmodi sententiam valere, ut nullam nec habentem defectum substantiam dictum sup. *eod. n. 3.* Disputari autem, utrum ad omnes effectus obliget? Ubi dicitur in foro quidem interiori non obligantur, quia totam Deo sit innocens; quo modo in bonis spiritualibus non est privata licentia, verò abstinere debet, à Missæ auditione, communicatione cum aliis & similibus, obsequiis & efficacia præcepti sententia communi scandali, quod ex inobedientia contra Ecclesiam oritur, cujus auctoritati multum derogatur censura tali publice contempta. Et hoc quoad ad actus publicos, & eos, qui sententiam operant iniustitiam; nam quantum ad actus occultos, veluti Missæ auditionem, allocationem suum usum in occulto, illi sine peccato continentur, cum cesset scandalum. Vid. Abbas *Inter ceteras 9. n. 9. sup. De sent. & re iudicata. Covarr. ad d. c. Alma 1. n. 1. 7. n. 5. & §. 11. n. 14. Ego sane & late Suarez Disp. 4. sect. 7. n. 9 & seqq.*

Quæritur autem, An publice censurati, qui legem violans incurrit poenas propositas violentibus censuras? R. Ita velle Covarr. *d. de*

n. 7. *Concl. 4.* Ubi aliqui ponunt vim in contumacia, per quam v'nt robur addi tali sententiae. Dicendum tamen absolute eum non incurere poenas, propterea quod verè & absolute nō sit adfectus censura; quæ ut in foro exteriori & exultatione hominum operetur, minime tamen in exteriori. Sic tali sententia excommunicatus si celebret, non potest dici verè irregularis, licet in foro exteriori talis habeatur. Nec facit contumacia quidquam, cum ejus nomine non possit augeri censura, & novum effectum habere. Vid. Suarez d. sect. 7. n. 19. & seqq.

27 Censura alia fertur à jure, quæ dicitur Canonis, sive latæ sententiæ, cum Canon hoc ipso, quo delictum commissum, poenam imponat, sine ulla alia declaratione. Alia fertur ab homine, quæ dicitur sententiæ ferendæ, quando per judicem est inferenda. Quando autem dicenda sit censura latæ sententiæ, quando ferendæ, colligi debet ex verbis. Ubi extra dubium est, verbis, ipso facto, latam sententiam designari, etiam si alia verba sint futuri temporis, ut e. Si religio-sus de elect. in 6. Idem dicendum de formula, eo ipso, in c. Cupientes §. ceterum eod. tit. quæ perinde valet atque hæc, ipso facto. Hi enim modi loquendi formaliter satis expriment mentem legislatoris; qui si omisi fuerint, tunc est attendenda vis & significatio verborum, prout sunt in frequenti usu. Et si virtute contineant aliquem ex prædictis modis, præ se ferant autem prolationem sententiæ actu inferentis poenam, censentur esse sententiæ latæ: qualia sunt verba ad præsens vel præteritum tempus relata, veluti, Sententia excommunicationis innodantes, Sententiam excommunicationis incurrat, Sententia excommunicationis noverit se subjacere, Sit anathematis mucrone percussus: cujusmodi verborum formis utuntur Pontifices in c. unico De scismat. in 6. c. un. De injur. in 6. c. 2. De hæret. in 6. Clem. 1. de pænis, Si vero futurum tempus respiciant, censuram sententiæ ferendæ continebunt, cujus ordinis sunt verba Excommunicetur, Suspendatur, Excommunicari, suspendi volumus, & similia, Gl. in c. un. sup. De sagittar. & in l. Si quis in tantam C, Unde ut, Suarez Diss. 3. sect. 3. n. 1. & 2.

24 Dubitatur de his verbis, Excommunicationem noverit se incursum? R. Probabile esse, ea

spectare ad sententiam ferendam, cum in rigore tantum sint de futuro; & ita tenet Felix. in c. Rodolphus n. 28. sup. De reser. Possent tamen dubitari, cum tale dictum non tam videatur requirere sententiam vel censuram ferendam, sed contrahendam ex vi talis legis, atque ideo ipso facto. Nam licet verbum incursum, sit futuri temporis, respicit tamen solum tempus, quo fertur: ut probabilius videatur illis verbis sufficienter declarari censuram ipso facto illatam, sine ope a judicis. S. cus est, verbis in futurum relatis, quæ actum judicis, ejusque ministerium respiciunt, qualia omoind importare censuram ferendæ sententiæ certum est.

25 Particulæ, omnino, mox, statim, & similes, non videntur sententiam latam continere, sed judicandæ secundum verborum, quibus subjunguntur, significationem. Quo modo Canon habens, Statim excommunicetur, est tantum sententiæ ferendæ, habens autem, statim, ex nunc excommunicatus sit, est sententiæ latæ, ut in c. Quam sit De Elect. in 6. Suarez d. sect. 3. num. 5.

Quæritur & de hac forma, Sub, poena talis conjura, Sub excommunicationis interpositione? R. Per eam non tam fieri censuram quam comminari, cum nihil hic sit, quod sententiam latam indicet; & verba sint indifferentia, ideoque interpretanda mitius, scilicet de ferenda potius sententia, quam de lata: nisi aliud addatur, ex quo possit colligi, censuram esse latæ sententiæ, v. g. Sub interminatione anathematis, cui mox subjaceat, Navar. d. c. 27. num. 12. Suarez d. sect. 3. n. 6. & 7.

26 Quid sentiendum de verbo, Anathema sit? R. Rejcta opinione aliquorum, qui censent eo potius comminari anathema, quam ferri, 18. Glos. c. 2. in fine sup. De foro compe. V. sequestratus sit, & Baldi in c. At si Clerici num. 20. sup. De judic. cum verbum, Excommunicatus sit, latam importet sententiam, quidni & verbum Anathema sit, quod habet exaggerationem aliquam, ut passim videmus in Conc. Trid. in quo est frequens ista forma excommunicandi adversus eos qui de Sacramentis, aliisque fidei articulis, aut his, quæ ab Ecclesia sunt definita, minus pie sentiunt, quos hoc ipso abscondi ab Ecclesia eorum est ex can. Hac autem Diss. 30. Nisi tamen materia aliud postulet, aut

aut alia jura sint, quæ in ista materia desiderant sententiam ferri, ut dictum sup. *De sortileg. circa fin.* Abbas, *ad d. c. 2. in fine sup. De foro comper.* Felin in *d. c. Rodolphus n. 31. sup. De rescript.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. Disp. 12. n. 2. & in Decal. lib. 2. c. 38. n. 90.*

- 27 Quin autem verba ista, *ipso jure, ipso facto*, posito crimine, statim effectum inducant hac in materia dubium non est, cum & materia legis & pœna id patiarur, & communis Ecclesiæ usus habeat, cum alias in aliis pœnis corporalibus, aut publicationibus bonorum expectanda sit sententia declaratoria saltem criminis, uti dictum sup. *De pœnis nu. 20.* Vid. Suarez *d. sect. 3. n. 8.*

De Censuris in specie.

HÆ: de Censuris in genere. Ad singulas species veniamus,

- 28 Ubi in primis disputatur, Quot sint numero? R. Alios ponere quinque, scilicet Excommunicationem, Suspensionem, Interdictum, Cessationem, & irregularitatem; ex ratione quod Censura sit pœna Ecclesiastica, per quam puniuntur homines in bonis spiritualibus, quales sunt hæc omnes: alios addere Depositionem & Degradationem. Verius tamen priores tres species tantum pertinere ad censuram, ex communi DD. opinione, quæ probatur *c. Quaranti inf. De V. S.* ubi consultus Innoc. Pont. respondebit, tantum tres illas venire nomine Censuræ, quarum etiam dumtaxat sit mentio passim in juris textibus, ut, *c. 1. & c. Statutum h. t. in 6. c. 1. De his que vi in 6. Navar. in Summa c. 27. in princ. & n. 152. 194. & 254.* Irregularitatem non esse censuram ex eo ostenditur, quod contrahatur ex censurarum violatione, ut sit aliud à censuris. Deinde censura est pœna medicinalis, non ergo perpetua, quia cessat, cessante contumacia. Irregularitas autem non est pœna medicinalis, cum sit perpetua; & non semper pœna, cum etiam citra delictum contrahatur, ut visum superius. Et ut aliquando pœna sit, principalis tamen ejus ratio magis consistit in indecentia & inhabilitate contracta; ratio autem pœnæ secundaria est. Cessationem à divinis aliqui sub interdicto comprehendunt, à quo tamen diversam esse patet, cum sit tantum

quædam desistentia à divinis officiis, & ab administratione Sacramentorum, cujus violationem ponit irregularitatem, uti violatio non ponit secundum dicta sup. *de Clerico excom. n. 10.* Unde patet censuræ non esse speciem, quæ haberet & effectum censuræ. Distinguitur à Degradatione rectè negantur esse species eadem, quod non tam contingat pœnam medicinalem, quam inhabilitatem perp. quam inveniuntur & privilegiorum Ecclesiasticorum.

De Excommunicatione.

Excommunicationis etymologia desinitur ex eo, quod extra communionem ponatur; & est censura, qua quispiam separatur à Ecclesiastica fidelium communione. Vnde nomen, *Communicatio*, non est acceptum de potentia radicali, quasi ex omniunitate non possit Sacramenta sumere, sed quod non licet licitè & honestè, & cum auctoritate, Differt ab aliis, quæ non privant à communicatione; nam suspensio privatur ministerio Ecclesiastico, interdictum à divinis rebus vel officiis, In desistentia qui requirunt, dicatur Christianus vel baptizatus, quod non nisi talis sit capax communicationis: sed hoc est superfluum, quia communicatio designat privationem, & ponat eum, qui habet jus ad communionem fideliū, & consequenter baptizatum.

Dux sunt ejus species, Major scilicet Minor, *c. pen. h. t.* Illa à communione separat omnino & totaliter; & per eam aliquis anathema, id est execrabilis, contumione cum aliis non dignus, cuius participatio est passim in Canonibus & Conciliis quatenus ad personas refertur, quæ ab illa abscedunt: nam relatum ad errorem dicuntur anathematizari, non censuram doctrinam denotat execrabilem, Vid. *Disp. 8. sect. 2. n. 4. & seqq.*

Minor ponit separationem à Sacramentorum perceptione, *d. c. pen.* Excludit à peccatum mortale, quod privat quidem Sacramentorum usu, non tamen dicitur esse, sicut censura, sed ex consequenti, ostendendo personam indignam tali esse, & per privat omni Sacramento, cum eo

Sacramento poenitentiae, posita saltem attritione. Dicitur Minor, non propter parvitatem objecti, cum separatio à Sacramentorum participatione res sit gravissima, sed per comparationem ad majorem, quia nimirum contrahit poenam; & propter materiam, supra quam cadit, cum incurrat etiam propter peccatum veniale. Est autem major Excommunicatio simpliciter talis, minor secundum quid. Uade simpliciter prolata ab homine, vel à lege, accipitur de majori, ut in *d. c. pen.* rescripsit Gregor. IX. P. & habet communis opinio. Cujus ratio est quod vox ista, *Excommunicatio*, includat negationem seu privationem communicationis; negatio autem simpliciter addita totum destruat. Et deinde absoluta & indistincta oratio aequivalet universali ut includat omnem privationem. Tertio, Major & minor comparatur, sicut totum & pars; ut vox ista simpliciter prolata totum potius quam partem significet. Hinc & Excommunicatio major simpliciter excommunicatio reputatur.

Sed dubitatur, An hæc sit ita statuantur? Dubitandi rationem ex eo sumi, quod aliquibus in locis *Excommunicationis* nomine absolute positæ intelligatur minor, *can. Cum excommunicatio* 18. xi. q. 3. ubi accipitur nomen *Excommunicationis* de minori, ut patet ex iis, quæ inferius dicentur, quia scilicet communicans cum excommunicato majori excommunicatione minorem incurrit. Eodem facit *c. i. De except. in 6.* ubi in iudicio parti excommunicationem opponens, species illius debet declarare: ut nomen istud simpliciter positum non accipiatur de majori, quia alias non esset exprimenda species. Facit & ratio, quod in poenis benignior pars sit accipienda. Verum tenenda resolutio Pontificis in *d. c. pen.* quam & usus recepit, secundum rationes jamdictas. Nec obstant Canones antiqui, quia illi procedunt secundum antiquum usum, quo latior erat vocis significatio, & sunt accipiendi secundum materiam subjectam. Quo modo & accipienda regula tradita in *d. c. pen.* simpliciter proiaram vocem accipiendam esse de majori, si ex materia vel adjunctis non constet esse sermonem de minori, *Quod habet d. c. 1. idita spe-*

cialiter constitutum, ad vitandas fraudes & dilaciones in iudiciis. Abbas in *d. c. pen.* Covar. ad *c. Alma* p. 2. §. 8. n. 5. Avila de *Conjur.* p. 2. Disp. 2. Suarez d. disp. 8. sect. 3.

Est & alia Excommunicatio Generalis quæ fertur in communi contra eos, qui commiserunt vel committunt tale delictum, non exprimendo eorum nomina; alia particularis, quæ fertur contra personas in particulari. Alia item Juris, sive à Jure lata; alia Hominis, sive lata ab homine id est sententia ferenda; quæ de re paulò superius actum.

Quis eam ferre possit intelligitur ex dictis de Censuris in genere. Ferri nequit nisi in hominem vivum, sensum habentem, quia sensu carens delinquere non potest, cum delictum ex a. imo procedat, & quia non est capax emendationis: in baptizatum, quia cum sit poena Ecclesiastica, non potest ferri in eum, qui non est subiectus Ecclesiasticæ jurisdictioni. Suarez Disp. 5. sect. 1. nu. 23. In hominem mortuum ferri nequit, cum sit vice medicina, quæ non habet locum in mortuo. Et deinde in mortuo cessat jurisdictio Ecclesiæ, quia jam non Ecclesiæ, sed Deo suo stat vel cadit. Declarari tamen potest mortuus excommunicationis vinculo esse interitus, ratione criminis ante commissi, cujus nomine excommunicationem vivus incurrerat, quo modo accipiendus *can. fn. xxiv. q. 2.* ubi multi hæresici post mortem dicuntur anathematizari, hoc sine, ut pro tali non offerant suffragia, quæ nihil profutura credit Ecclesia moraliter certa de damnatione Navar. d. c. 27. num. 13. Covar. in *c. Alma* p. 1. §. 11. nu. 1. Latè Suarez d. disp. 5. sect. 1. Avila p. 2. c. 4. disp. 1. dub. 8.

Laicus sit, an Clericus, non distinguitur, ut nec vir, an femina. Imò & Episcopus, & quivis alius Prælati Pontific inferior excommunicari potest, uti passim constat *ex Cann. generaliter loquentibus* Ubi non rectè quis exceperit Reges & Principes, cum & hi sint inter oves D. Petro commissas, in quos Pontifici Rom. esse jurisdictionem spiritua-lem dictum probaturumque sup. *De constitut. nu. 19.* Et ita habet usus Pontificem vero à nemine excommunicari posse extra dubium est

est, cum ista jurisdictio requirat superiorem: est enim juris humani, supra quod est Pontifex, *can. Cuncta* ix, q. 3. Hinc & nemo seipsum excommunicat, cum excommunicatio sit actus jurisdictionis, per modum sententiae coactivae; nemo autem seipsum cogit. Deinde coactio est in subditum; nemo autem sibi subditus. Denique coactio praesupponit actionem & passionem, atque ita diversa subiecta, quae in unum non quadrant Navar. in *Summa* c. 27. n. 13. *Ep. in c. Novit* Notab. 3. n. 78. *Ep. 142. sup. De judic. Suarez d. sect. 1. n. 27.* Hinc nec aequil. in quis excommunicat, quia neque in eum est jurisdictio, multo minus superiorem, nisi forte ex potestate delegata per superiorem. Sic ex concessione Pont. simplex Sacerdos excommunicat Episcopum, Cardinalem, Patriarcham, *c. Anobis* 24. h. 1. quia delegatio facit eum delegantis vicibus fungi. Nec recte obicitur, quod concedere indulgentias sit actus jurisdictionis, quas tamen idem sibi concedit, nam ista concessio non fit per modum sententiae coactivae, sed potius per remissionem Suarez *de LL. lib. 8. c. 9. in fine* Avilp. 2. c. 3. *Dub. 1. §. Sed contra.*

34 Omnes itaque infra Pontificem comprehendit sententia à Pont. lata, ab aliis eos, qui infra illos sunt: quatenus tamen delictum, ob quod censura fertur, in eorum contingit territorio. Nam si alibi, non recte puniuntur excommunicatione, quasi commissum à non subdito, *c. 2. De constit. in 6.* Ut succedat decisio, *l. fin. D. de jurisd. extra territorium* jus dicenti impune non patet. Imo delicti nomine reum foris forum loci, in quo deliquit, dicitur *sup. De foro compet. Ut & è contra, si extraneus delictum prohibitum sub excommunicatione in alieno committat territorio; eam incurrat, ex ratione jam dicta. Sic & excommunicat recte Episcopus subditum alibi existentem pro crimine, quod in suo territorio commisit, cum fuga eum excusare nequeat, quo minus subditus maneat quoad delictum jam commissum Vid. Avila d. c. 3. *Disp. 2. Dub. 2.**

35 Ut autem recte feratur, etiam in subditum, oportet feratur in personam aliquam singularem, non item in universitatem aut collegium, ut habet textus in *c. Romana* §. in universitatem *ead. in 6.* sive feratur ut in corpus

commune, sive confuse, ut in omnes homines universitatis aut collegii. Ratio, quia bona, quibus privatur excommunicatio, sunt personalia, & ad singulos spectant, quos necesse contingeret hac sententia irretiri, *can. Non XI. q. 3.* Quod est contra excommunicationem rationem, quae tantum patitur nocens, & non peccata sit, culpam praesupponit. Ut non dicitur, quod universitas ut sic; id est collegium vel capitulum, graviter delinquere possit, quia non ideo singuli delinquant Navar. d. c. 27. n. 16. Covar. 2. *Var. c. 8. n. 8.* Suarez *Disp. 1. §. 2. n. 2.*

In ferenda sententia per legentem requiritur, quae in lege constituta habenda ab homine ea verborum forma adhibetur, quae sufficienter declaretur mens excommunicantis, veluti, *Excommunicamus te. Verbo Denuntio excommunicatum*, videtur prae-supponere excommunicationem latam, utique declarare, quam de novo ferat, *7. Petrus 13. §. verum sup. De appellat.* ut locutio propria significationem non videtur sufficere ad excommunicationem ferendam, tamen ex adjunctis colligatur intentio probantis, sufficienter ad excommunicationem, quae non requirit determinatam verborum formam, sed solum sufficientem extrinsecam significationem interioris voluntatis. Ita judicat Navar. d. c. 27. n. 12. de forma *Ep. re pro excommunicato.* Verba haec, *Subdico Petro communicet, Communio denegatur, excommunicatione habeatur alienus, à communione tuo removeatur, & similia, et si aliquibus non videantur sufficere de rigore ad inferendam sententiam latam, consuetudine tamen sunt in usu Ecclesiae cum suis circumstantiis profertur solita, sufficienter, ut in c. 1. *sup. de pro die, qua de re vid. plura apud Suarez Disp. 1. §. 4.**

Quae requiritur, fiat in scripto & non tantum excommunicationem esse ferendam in scripto, verum & suspensionem, ut in dictum, uti expressum *c. 1. eod. in 6.* ubi per expresse requirit, ut excommunicatio in scripto proferatur. Ut non sufficiat, si sine scripto pronuntiata sit, & postea in scripturam redigatur, aut etiam scripto quibus concepta, non tamen pronuntiata ea scriptura

quia posset iudex errare, aliter proferendo, quam scripta est, Suarez disp. 3. sect. 13. n. 2.

38 **Causa** expressio in aliis sententiis non est necessaria, ut colligitur ex *casibus* 6 sup. de sent. & re iudic. hac tamen in materia specialiter requisitum, ut expresse conscribatur causa sententiae: eaque reo iatra menslem communicanda, requirenti tamen; tum ut sciat causam, quam tollere & emendare debeat, qui est finis censuræ, tum ut iudex sit cautior in censura ferenda; tum etiam ut superior iudici sit perspecta censura: causa, ut de eius iustitia possit iudicare. Ita ferè Suarez d. sect. 13. n. 5. Non videntur autem disposita d. c. 1. ita necessario requisita, ut omnia faciant sententiam nullam quod insinuat d. c. 1. scilicet is omittis sine difficultate sententiam esse relaxandam, ut dicenda sit tenere. Solent & addi ceremoniæ in actu excommunicationis, ad errorem majorem, & indicandum miserum se. tum excommunicati, ut quod pulsetur campana; *Gl. in c. de re iudic. in 6.* quod sacerdotes adstantes Episcopo sententiam profertenti adentes lucernas in manibus teneant, easque in terram projiciant & conculent, & similes.

Causa, quam requiri diximus, gravis sit oportet, ex eo, quod excommunicatio inferat gravem poenam spiritualem, quæ æquiparatur morti corporali. Oportet autem, ut poena sit proportionata, habet culpam gravem, id est, contumaciam talem, quæ peccatum mortale supponat, licet non formalem, cum coacubantii, percussores Clericorum, sæpe ex passione magis peccent, quam per contumaciam, ut sufficit materialis inobediencia, ut in pleiisque vitiis. Non quodvis tamen peccatum mortale est tale, ut indigeat hac censura, quæ est gravissima, & potius ad curandum quam ad vindicandum ordinata. Sunt autem multa, quæ nec hac medicina indigeant, neque habeant proportionem cum tam acerba poena, possintque facilius remediis curari, Suarez disp. 18. sect. 3. num. 30. & seqq.

Pro causa, quæ mortalem gravitatem non attingat, non tantum injusta videtur excommunicatio, sed etiam nulla, eo quod videatur esse contra iustitiam commutativam, cum culpa non sit proportionata poena, & quia intolerabilem continet errorem, secundum ea,

quæ dicta sunt sup. eod. n. 10. Et hoc ita accipiendum de majori, & de ea intelligenda jura, quæ dicunt non esse infligendam excommunicationem nisi pro gravi culpa, & mortali criminæ, non etiam pro levibus aut minimis causis, scilicet venialibus peccatis, *can. Episcopi & can. Nemo 41. cum seq. XI. q. 3.* Minorem etiam pro culpa veniali inferri posse patet in communicante cum excommunicato, quem non, nisi venialiter vult peccare. Navar. d. c. 72. n. 82. exceptis quibusdam casibus, de quibus Navar. d. loco n. 29 & dicitur inferius de effectu excommunicationis.

Judicis itaque est circumspecte & caute 39 versari in ferenda hac sententia, ne temerè aliquem oneret; & bene examinanda facti circumstantiæ, quæ crimen vel augent vel minuant. Hinc pro furto levi non potest excommunicari fur, nec tenetur generaliter lata excommunicatione, si læsio non sit mortalis. Si tamen sæpius capiendò rem parvam, notabilem constituat quantitatem, excommunicatione generaliter lata in fures tenebitur, si non restituat; quia notabilem quantitatem non restituendo peccat mortaliter, ut dictum supra *De furt. n. 4.*

Ipsò jure excommunicatio variis in casibus 40 lata est, ut patet passim in juris textibus, *hic & eod. in 6.* aliisque locis. Varii continentur Bulla Cœnæ, uti in hæreticos, schismaticos, de quibus supra suis locis, in appellantes à Pontifice ad Concilium, in piratas, accipientes naufragorum bona, occupantes terras Ecclesiæ Rom. de quibus & aliis late Navar. d. c. 27. n. 49. & seqq. & Suarez tota disp. 21. A quibus nullus præter Pontificem Rom. absolvit. Extra Bullam Cœnæ sunt & alii casus excommunicationis ipso jure inflictæ, uti spoliatoribus, & effractoribus & incendiariis Ecclesiarum, c. *Tua 19.* & c. *Conquestus 22. h. r.* mandantibus per assassinos occidi Christianos, c. *1. de homicidio in 6.* & alii, quos referre esset longius, quam hujus instituti ratio ferat, & agit de iis late Navar. d. loco num. 75. Suarez disp. 22.

Inter alia delicta, quæ ipso facto inducunt 41 excommunicationem, est percussio Clerici, cujus frequens mentio in jure, & expressum in *can. si quis suadente XVII. q. 4.* fuitque hoc in Tit. multa Capp. quæ eius meminere, c. 2. 3. 4.

M m m

& aliis

Et alius passim, ut operæ pretium sit hujus rei explicacioni parum insistere. Istitis locis dicitur percussor Clerici excommunicacionem majorem incurere, quod ita statutum in favorem totius ordinis clericalis, ut contra injurias aliorum redderetur tutior. Ad cujus explicacionem plenior quædam sunt notanda. Primò, Excommunicacionem ipso jure imponi, ut patet ex *d. e. Si quis in V. anathematis vinculo subjaceat*, quæ verba indicant, ipsam jus suâ auctoritate subjicere reum vinculo anathematis. Secundò, Canonem istum editum esse in favorem Clericorum & Monachorum. * Clericorum nomine comprehenduntur omnes, non solum characterem clericalem habentes, verum etiam initiati tonsuræ primæ; *e. cum contingat sup. de a. tate & qual. præf. c. etiam si sint conjugati cum unica tantum, eaque virgine. & clericalem habitum, tonsuram deferant, c. 1. de Cler. conjug. in 6.* modo tamen privilegio clericali non sunt privati, nam talis nomine Clerici non comprehenditur ab Ecclesia: veluti sunt degradati, quales dictum sup. *De penis*, omni privilegio clericali & Canonis & fori esse nudatos, & haberi pro meris laicis. Quod aliter se habet in depositis verbaliter, ut tradit *Gl. in c. 2. de penis in 6.* quam omnes sequuntur, nisi tamen post depositionem sequatur incorrigibilitas, quia tunc amittitur privilegium clericale.

Ubi quæstio est, An absque alia declaratione judicis? R. Quosdam id velle, per *c. cum non ab homine sup. de judic. c.* Verum istud e. hoc non habet, sed potius contrarium. cum velit depositum Clericum incorrigibilem excommunicandum esse, & contumacia crescente, per sæcularem judicem esse comprimendum: ut dicendum sit, incorrigibilitatem ipso jure non privare hoc privilegio. Quò facit, quod ista privatio sit nova, & non, quæ non incurritur ipso jure, nisi explicetur ipsius legis verbis, non explicatur autem verbis *d. e. cum non ab homine*, quod tamen pro ea parte citatur. Imò etiam si judicatus fuerit incorrigibilis non tamen per hoc amittit omne privilegium clericale, ut patet ex *c. ut jam 35. h. t. in quo laici, advocati in correctionem Clerici, violentia non extendit se ultra, quam defensio vel rebellio Clerici exigit. Suarez d. disp. 21. sect. 1, n. 8. & 9. & disp. 30. sect. 2, num. 7.* Et hoc ita

regulariter, quia sunt speciales casus, in quibus sola incorrigibilitas post trinitam præsumptionem facit haberi indignum privilegio clericali, ut in specie *e. in audientia 25. q. 2. conongie 45. h. t.* idque ex cautâ d. s. h. t. habitus clericalis, quæ est condicio una requisita ad hoc privilegium, *e. un. de Cleric. conjug. in 1.* quia portat arma militaria. Et quæ hoc rationi consentaneum, quia alius dicitur esse, si iniquis Clericis ab utendi privilegio censens, quales merentur privilegium amittendum dicta sup. *De privili. Accusati c. 1.* rem hæc de Clericis minoribus benedictum non habentibus, nec alii: *Eccl. de Cleric. c. 1. tibus, arg. Trid. Sess. 23. c. 6. De reform.*

Quid si ultra enormibus acceptionibus ab ipso se immisceat? R. Tunc opus non est trinita monitione, secundum Navar. d. c. 21. n. 1. sed hoc ipso privatum clericalem privilegium in eam sententiam citat *e. perpendendum ubi ubi occidit Sacerdotem tu pibus se contentem imponitur quidem poenitentia. nulla fit mentio abolitionis, ut in Canon non incidit. Quod magis colligitur cum non ab homine 14. h. t. ubi occidit clericorum, qui contempto habitu clericali mibus se immisceat, non coarctatur lata sententia. Vid. Suarez d. disp. 21. num. 12.*

Quæri etiam posset, An hoc privilegium habeant, si deserto habitu & tonsurâ priventur ab iis, qui eos noverint Clericos? R. Quæri quidem *d. e. unico De Cleric. conjug. in 6.* conditionem delata tonsuræ & habitus clericalis; ut habeant hoc privilegium Canonis, que ita videri transgressorem non incurritur censuram hanc: venis tamen, tamen non incurritur censuram, per text. *c. 4. h. t. ubi dicitur Clericum nutrentem comam, non censurari immunis à censura Canonis, quam si noverit severit esse Clericum, non sententiam habitus & tonsuram, percutiens in eam in iudicio obtat d. c. un. quia agit de Clerico excommunicato qui non aliàs gaudet privilegio, quam si noverit conditione habitus & tonsuræ. Neque hæc est mensurum, quod in favorem ordinis sit Privilegium, can. si quis suadens, quia non lat, propter omnium habitum & tonsuram*

ex regula, quod paria sint, non esse, & non appa-
rere; hic autem non appareat. Nam dicen-
dum non solum insipici, quid appareat, sed quid
sit in rei veritate. Vid. Avila p. 2. c. 5. disp. 2.
dub. 11.

Non gaudent etiam dicto privilegio, qui se
joculatores faciunt, sive bufones, ut ait Pont.
in c. un. de vita & honest. Cleric. in 6. si per an-
num id muneri exercent. Et quidem ipso
jure eodem privantur, aut etiam tempore bre-
viori, si tertio moniti non respuerint: quæ pri-
vatio procedit, etiam si tonsuram & vestem
gerant clericalem, Suarez d. sect. 1. n. 15. & 16.
de ultatibus negotiis se immiscentes, in rebus
quidem suis privilegio careant immunitatis,
non tamen clericali hoc privantur, si habitum
& tonsuram deferant, ut colligere est ex Clem
1. de vita & honest. Cleric. Suarez d. locon 17.

46 Quæritur item, An excommunicatus gau-
deat isto privilegio? R. Omnino hoc dicendum
est, eo quod excommunicatus nihilominus
maneat Clericus, nec ullibi inveniatur hoc
privilegio exutus, durante excommunicatione,
ut in eo non cesset ratio Canonis, atque ita
talem percutiens excommunicationem ipso
facto incurrat, ut tradit Innoc. in c. Si verò 34.
hoc tit.

47 Gaudent & Monachi privilegio d. can. cum
& hi Clericorum nomine veniant, non tantum
Professi, sed etiam Conversi, qui non ideo mi-
nus censentur Ecclesiasticæ personæ, & parti-
cipare de statu Religionis. Non dubium s. ubi
Gl. & c. ex tenore 10. h. t. Idem dicendum
de Novitiis quia sunt in via ad Religionem, c. Re-
ligiosi 21. §. Quamvis eod. in 6. Ubi non est fa-
cienda distinctio sexuum, cum & Monialibus
idem sit privilegium, c. de monialibus 33. h. t.
Eremitæ non videntur hoc privilegio gaudere,
saltem vagi, qui definitum aut firmum viven-
di modum non habent, neque aliquam speci-
alem obligationem Ecclesiasticam, ut & à
temporali jurisdictione non sint exempti.
Abbas in cap. 2. num. 10. sup. de Foro compet.
Suar. d. sect. 1. n. 19. & seqq. Avila d. c. 5. disp.
3. dub. 11.

48 Tertio notandum, d. can. si quis suadente
comprehendere in universum omnes perso-
nas percutientes Clericos, modo sint censuræ
capaces, cujuscumque ordinis aut conditio-

nis existant, sive masculi sive fœminæ. Non ob-
stante, quod utatur verbo masculino, Si quis
nam id etiam fœminas complectitur, l. 1. D. de
V. S. Et probatur expressè per c. 33. ubi se invi-
cem verberantes Moniales hanc censuram in-
currunt. Verba, suadente diabolo, non limitant
hanc generalitatè personarum, sed solù decla-
rant ut persona talis sit capax malitiæ utens
ratione; quia necesse est, ut sciat se peccare, &
possit, cum, ut dictum, non nisi per grave pec-
catum incurratur hæc censura. Hinc infantes
usu rationis carentes, amentes, non tenentur
censura d. can. quod, uti requiritur, culpam ta-
les non committant. Vid. Avila d. disp. 3. dub. 10.

49 Quid dicendum de ebriis? R. Dubitandi
causam in eo esse, quod ebrietas non contra-
hatur sine culpa. Verum eo non obstante, di-
cendum, percutientem Clericos ebrium esse,
extra hanc censuram, cum percussio eius pos-
sit esse non injuriosa, ut potè facta à non habente
sensum, uti dictum sup. de homic. n. 74. cum
culpa ebrietatis sit remota ad percussorem;
quarens tamen tanta est quæ auferat animi
sensum & malitiam. Covarr. ad Clem si furio-
sus p. 3. in pr. num. 3. Sanchez 1. ad Decal. c. 12.
n. 7. & 8.

50 Per se an per alium quis percutiat, non in-
terest, c. Mulieres 6. in fine h. t. cum per alium
faciens ipse facere videatur. Quo modo & te-
nebitur mandans; quia est causa mor. lis; nisi
tamen sufficienter revocaverit mandatum,
secundum ea, quæ dicta sunt sup. de homic. n.
12. quæ revocatio sufficiens facit mandantem
non concurrere. De consulente idem judican-
dum, ut dictum ibid. num. 17. quia eadem est
ratio.

51 Quid si mandans moriatur ante percussio-
nem? R. Mandatum re integrè per mortem
mandantis revocari, ut traditum D. & Instit. de
Mandato, ut, cum cesset mandatum, percus-
sio superveniens imputanda veniat malitiæ
mandatarii. Facit, quod cesset jurisdictio
legis in defunctum, qui est alterius fori. Quæ
ratio posset habere locum & in consulente;
quamvis in eo sit diversa ratio à mandante,
cum mandans suo nomine agat, consulens
nomine ejus, cui consulit, & mandatum
cesset morte, consilium verò duret, secun-
dum dicta sup. de homicid. num. 11. & seqq.
Mmm e
Ex

Ex dictis ibidem colligitur, quid dicendum sit de impediendis, ut si impedite debeant ratione potestatis, & possint teneantur non alias, *4. Quarta 47. ubi Gl. & Abbas h. t. Vid. Avila d. disp. 3. dub. 7. 8. Tertia Conclusio.*

52 Quid dicendum de ratum habente? Resp. Ratam habentem Clerici percussione suo nomine factam incurtere censuram Canonis *e. cum quis 23. eod. in 6.* ubi subijuncta est ratio, quod rati habitio mandato debeat compatari, & faciat moraliter actum proprium ejus, cujus nomine gestus: ut ponat & in ratam habente injuriam contra eum, cujus ratam habens percussione suo nomine factam est participes atque ita censuram incurrit. Nec obstat, quod dictum supra *de homicid. nu. 22.* cum, qui ratam habet eadem suo nomine factam, non fieri irregularem; quia irregularitas non incurritur nisi in casibus jure expressis: non est autem jure expressum, ut rati habitio sufficeret, si lex id ipsum non exprimat, uti potuit, & expressit hoc in casu percussione, *d. cap. 23. ex ratione,* quod videatur in fere injuriam percussio Clerico, approbans percussione factam ab alio. Simile exemplum est in *cap. Felix 5. in princ. de penis in 6. 8. Clem. 2. eod. tit. Quorum* textuum extensio est singularis, ut extra eos trahi non debeat. Covar. *ad Clem. si furiosus p. 3. 6. 1. n. 5. Suarez. de censur. disp. 44. n. 23. 8. seqq. Avila d. disp. 3. dub. 9.* Oportet autem percussio sit facta nomine ratum habentis, alias rati habitio non operaretur hunc effectum: nec sufficeret approbatio vel complacentia merè interna; sed exteriora requiritur per verba aut signa. Ratio est manifesta, quia hæc pœna non potest imponi propter delictum prius commissum, quia non potest dici esse rati habentis, qui non currit, cum uti ponitur, tantum ratum habeat, & nemo teneatur ex delicto alieno. Ut sit necesse poni novum delictum per rati habitio nem, eamque externam, quia lex Ecclesiastica non punit actus merè internos, cum sint oculi, de quibus non judicat Ecclesia. *Suar. d. sect. 3. n. 27.*

53 Quarto requiritur, ut sit injuriosa manuum injectio, uti colligitur ex verbis, *Manus violentas injecerit,* quæ injuriam continent verstantem circa personam Ecclesiasticam, per aliquam actionem exteriorem, quæ inducat

offensionem in personam, non tantum corpus principaliter & immediate lægatur, & quæ mediatè res coherentes personæ vis inferatur. Quo modo Clericum per violententer teneas, ne pro habitu abire possit incurrit censuram *d. can. secundum bonam cap. Nuper 29. h. 1.* Ubi idem tenet de percussione violententer equum; cui infidet Clericus, & peritur & Barr. in *l. Licet ratio. 9. quod dicitur in 4. 8. 5. D. de publ. 8. vltim.* Nam per aliam di intentionem sit injuria Clerico, qui per vestem, qua indutus, apprehensus, non caput cui infidet, detinetur per violentam manuum injectionem, et si non lædatur corpus, quæ non est necessarium, ut dicimus supra. Quo modo in *d. e. 29.* detinetur Clericus in cathedra & vinculis, circa læsionem personæ, incurrit censuram *d. e. Nav. d. e. 27. n. 77.*

Excluduntur itaque actiones iniuriosæ quæ non fiunt ipsi personæ, aut rebus hærentibus. Ut rebus ejus aliis non tamen aut eas auferens, destruens, non incurrit censuram: uti nec eius familiaribus, læsionis injuriis, licet in odium Clerici, non sint personæ separatæ, actio circa hæc potest concernere Clericum ad hæc effectum, quia nulla contingit circa ejus personam violentia, unde rectè tradit Barr. *d. de man. maculantem adulterio Clerici non incurrit immunitatem ab hac censura,* quia hæc per Clericum contingat, non tamen per violentam injectionem. Idem est de furto auferantur, nisi conjuncta sit injuria personæ. Verbis etiam injuriam per contumeliam plenis Clericum insidens, hæc manus non pervenerit, non potest dici injuriosam, nisi manus violentas. Ubi etiam injuriosam violenta habeat effectum, non Clericum lapide, aliove genere rei non tangit, non potest dici violentam, nisi ei injectis, etiam si ejus intentio fuerit, quia illa apponit quidem internam injuriam, non tamen exteriorem consummatam, quæ requiritur, cum pœna requiratur delictum, & ante tantum sit conatus, qui non legit ordinariè in jure puniri. *Vid. Avila d. disp. 22. sect. 1. n. 23. 8. seqq. Avila d. disp. 3. dub. 11.*

Itaque violentia commissa circa personam

Clerici inducit hanc censuram, sive illa fiat per ipsum manum immediatè, percussione ense, virga, baculo, lapide, pulvere, aqua, & similibus, sive tundendo pedibus, pulsando, aliove modo, *Gl. fin. in d. can. si quis.*

54 Quæritur, An sit necessarium, ut percussio contineat læsionem gravem? Resp. Non esse necesse, ut corporis læsio gravis sequatur percussione in a incarcerationi corpus ad lædit & tamen reddit obnoxium huic censuræ, ut tradit Pont. in d. c. 29. ubi subjicit, *Quamvis percussio factum corporalis læsio non fuerit subsecuta; citra quam violentia sapius circa Clericos nequiter perpetratur.* Ut sufficiat illata violentia continens gravem injuriam. Quo modo a lapam Clerico infligens tenetur, etsi gravem læsionem non inferat, quia hæc res Clerico est injuriosa, & est violenta subjectio manus.

Similiter obediens in domo vel castro Clericum, tantum ut pudore eum adsciat, incurrit censuram, quia hoc modo infert violentiam personæ, cum ejusmodi detentio sit injuriosa Clerico. Et hoc, si obfessio contingat personæ causa, non etiam si castri habendi, quia tunc non potest videri esse absolute detentio personæ, cui licet egredi. Nisi sit injuriosa obfessio, quia tunc infertur violentia in ordine ad rem aut possessionem ejus injuste auferendam. Suarez d. sect. 1. n. 30. Metu, qui in verbis tantum consistit, aliquem domo exire cogens non videtur obnoxius huic censuræ, ut rectè ait Innocentius d. c. 29. cum cesset violenta injectio; quatenus præcisè sistitur in metu, quia si violentia accedat, aliud dicendum. Suarez d. l. n. 31. Sic & detrahens Clerico dormienti veltem committit violentiam, estque obnoxius huic canonis non item qui depositum ab eo subripit, per se loquendo: nam si ideo nudus exire cogatur, aut ibi se continere, res ea causabit quandam violentiam. Suarez ibid. nu. 32. Levis percussio per virgulam aut arundinem quassatam non esse sufficientem rectè tradit Navar. d. c. 29. n. 85. quatenus tamen manet intra latitudinem levis injuriæ, quæ pro nulla reputatur. Covar. ad c. Alma p. 1. §. 9.

55 Hæc ita, nisi sit causa excusans percussionem Clerici. Prima est justa sui defensio adversus Clericum inferentem violentiam sive

corpori, sive rebus: licet enim vim vi depellere, atque ita extra poenam quoque irregularitatis, quæ contrahitur etiam sine culpa, cuiusmodi est defensio; quæ de re sup. De homic. n. 27. & seqq. Quod verum est in omni defensione justa, etiam honoris, cum iura absolute loquantur, uti & indistinctè de defensione loquitur c. ex tenore 10. h. 1. Hinc virgo aut mulier, cuius pudicitiam Clericus attentat, rectè eum repellit per injectionem manus citra censuram etiam occidendo, si tanta sit aggressio. Sin verbalis tantum, ut verbis eum repellere possit, non videtur licita esse percussio, cum honorem salvum habere possit sine percussione, imò ille non sit in periculo. Si tamen ex zelo castitas accessa modum excedat, non ex proposito, sed subito & improvise motu, concepto ex impudicis verbis, quæ castus animus avertatur, extra noxam erit, cum non excedat justam defensionem honoris ad quam sæpe verba non sufficiunt apud impudicos scurras, quibus studium est sensum verbis contempere purum & castum animum. Navar. d. c. 27. n. 85.

56 Extenditur ista defensio ad maritum percussentem Clericum inventum cum uxore, filia, sorore, c. si vero 3. in fine h. 1. Ubi Turpiter non tantum intelligendum de copula, verum & de aliis actibus turpibus; cum lex non exprimat actus, & plures sint turpes præter copulam, & patet ex tit. s. §. 2. lib. 1. Feudor. Suarez d. sect. 1. n. 37. Esse autem talem libertum ab excommunicatione, quoad illas personas, patet ex fine d. c. 3. in quo percussentis inventum in adulterio aut stupro cum personis remotioribus dicitur non immunis sententia excommunicationis, unde quoad priores erit immunis, ut sic distinctio bona. Ratio est in vi doloris, quæ vehementer aliquem commovet in istis casibus: ut Ecclesiæ perceptum cesset.

57 Ubi quæri possit, an isto casu nomine uxoris veniat sponsa de præsentis? R. Id æquius esse, & rationi consonum, cum talis verè sit uxor, licet non cognita, secundum dicta sup. De sponsal. non enim copula nuptias facit, sed consensus. Facit, quod cum tali committatur adulterium, ut ejus defensio spectet ad sponsum, cui injuria infertur. Ratio consistit in eadem justa animi commotione, d. c. 3.

M m m m 3 Spon-

Sponsa de futuro idem non meretur, neque tanta est injuria Sponsa, qui eam dimittere potest.

Filiæ nomine non venit adoptiva, quod improprie sit filia, nec in eam tantus adfectus, ut excusationem aliquam permittat percipienti. Idem de matre adoptiva & sorore dicendum.

58 Quid de nepte? R. Negare *Glof. in d. c. 3.* eam nomine filia isto calu comprehendi, quod proprie non sit filia, neque ejus nomine veniat, *Institur. Qui testam. iur. dari poss.* Siftendum autem quoad textum istam *d. c. 3.* in proprietate verborum, quia licet ejus decisio videatur favorabilis respectu percipientis, est tamen odiosa & respectu Clerici, & mulieris, cum qua invenitur. Deinde continet limitationem juris communis, ejusque restrictionem, ut sit intelligenda strictè. Peccata in remotioribus gradibus cessat iusta causa doloris, quæ ratio & obtinet in ascendentibus ultra matrem. Ita Suarez *d. c. n. 36.*

59 Quæri etiam hic potest, An in defensionem tertii percipiens sit immunitis? R. Ita videti, eo quod defensio innocentis respectu cujuscumque aggressoris sit maxime naturalis, & suo modo debita, vel saltem licita, *c. delicta vers. Et quidem h. t.* ut nulla ex eo actu debeat resultare poena: si tamen modus non excedatur, & non cesset vera ac iusta ratio defensionis Innoc. & Abbas *in d. c. 3. h. t.* Suarez. *d. loco n. 39.* Oportet etiam percussio prædictis casibus sit facta incontinenti, quia alias non tam esset depulsio injuriæ, quam vindictæ illatio, unde & *in d. c. 3.* id ipsum exprimitur.

60 II. Justus titulus, qui causavit percussionem, eum à violentia & temeritate excusat. Canon enim temerariam & sacrilegam percussionem notat, à qua excusat causa seu titulus. Hinc superior Ecclesiasticus non notatur, si disciplinæ causa subditum percutiat, cum ad illum spectet castigandi jus, ut non possit videri suadente diabolo percutere. Dixi; subditum quia non subditum verberans, licet causa correctionis, non est immunitas à censura, cum percussio sit injusta, quia contra ordinem juris, propter defectum jurisdictionis. Subiit causa proportionata necesse est, quia alias non habet locum correctionis

ratio, eritque actus iniuriolosus, habens violentiam injectionem manus, non immunitas à censura, *c. vniuersitatis 24. h. tit. Seruare de modo, si sit poena juridica, sin paterna sine religiosa sit correctio, mos seruetur R. in d. c. 24. in verbis nisi causa regulari disciplina* videtur etiam requiri, ut Superior in propria persona percutiat Clericum, non etiam per alium, nisi urgeat necessitas, quo calu Clerici vel Monachi autem nomine venit etiam Clericus, nam & ille verus est Monachus, nisi tantum sit destinatus ad seruitium Religionis, quia talis non potest dici Religiosus. Laico non rectè committitur ista verberatio, nisi tamen necessitas urgeat, ut quia per alium Clericum aut Monachum fieri nequeat castigatio, eaque sit necessaria. Necesitas enim à censura excusabit, cui alias locus foret. Suarez *d. c. 1. n. 42. & 43.*

Quid de tortura dicendum? Respon. *Can. 3. §. Presbyteris. quasi. 6. v. lly.* percuti eam fieri non posse sine metu caluiz. Et licet ita de jure obtinere censet Navar. *Comm. 3. de Regularib. num. 52.* consuetudine tamen contrarium inductum esse, scilicet quod et laicum h. b. acur quæritio de Clerico. Quæ non potest videri iniusta, cum nullum sit super ea re sit expressum, & *d. c. 24.* loquitur de verberatione, à qua distat tortura, quæ non est verberatio, nec punitio delicti, sed debetur causa inquirenda & extorquenda veritatis, ut non videatur continere violentiam facit, quod ejusmodi actus nec committitur necelle per Clericum exerceri possit, & quod Clerici non sint instructi ad illud munus preagendum. Quæ præcipue procedunt quando tortura est acerbior, pro qua illius criminis. Et ut Prælati per se torquere subditum debeat, iuxta *d. c. 24.* est per se indeceus. *ib. n. 43.*

Dubitatum quoque fuit, An facultas per dex. inu. atum Clericum in crimine possit apprehendere circa censuram? R. Nihil esse debui, si mandatum habeat capiendi, quod in centus datur laico, quam Clerico, *c. si Clericus h. t. in 6.* Idem est, si non habeat, qui interpretativè subesse videtur: ex notata necessitate exercendi talem actum, cum propo-

tamen detinendi & remittendi quam primum ad suum superiorem; hoc enim casu Judex laicus non tam usurpat jurisdictionem in Clericos, quam ministerium suum judici Ecclesiastico exhibet. Navar. d. c. 27. n. 13. Suar. d. l. n. 47. Avila d. Disp. 3. dub. 13.

63 Simil sicutulus excusat præceptorem disciplina causa discipulum suum percutientem, cum hujusmodi res non spectet ad violentam manuum injectionem, c. 1. *Et cum voluntate* 54. hoc tit. Idem juris in patre castigante filium etiam in sacris constitutum, dummodo castigatio sit levis ac moderata, d. c. 54. in verbis, *leviter percussit*, saltem quoad laicos, ut parentum ac magistrorum castigantium liberos aut discipulos. Justum quoque utulum habet, qui perturbantem divinum officium Ecclesia ejicit, d. c. 54. *Et c. Veniens* 16. h. t. ex eadem ratione. Joco item facta percussio rectè dicitur esse extra censuram, cum non contineat injuriam. Navar. d. c. 27. n. 80. *Et seqq* Suar. d. l. n. 49. *Et* 50.

64 Quæstio autem est, An excusetur percussus consentientem? R. Ita videri posse, ex eo, quòd talis percussio non sit violenta, nec injuriosa personæ, cum ex Reg. juris consentienti non fiat injuria. Contra tamen decisum c. *contingit* 36. h. t. scilicet percussentem non esse immunem ab excommunicatione; ea ratione, quòd; licet non possit dici violenta nec injuriosa respectu percussus, sit tamen injuriosa percussio respectu totius ordinis clericalis, cujus favorem concernit decisio d. *can. si quis suadente*: Ut favor iste sit publicus, cui non renuntietur per privatam personam. Abbas in d. c. 36. Et hoc quando actio est injuriosa ordini: alias cessabit ratio d. c. 36. atque ita & decisio ejusdem. v. g. si quis consentiat in sui percussorem ex causa castigationis & vindictæ peccatorum coram Deo, non etiam ordinatam ad ultionem seu vindictam humanam. Suarez ubi sup. n. 57. *Et* 58. Avila Disp. 3. dub. 12. §. *Ex dictis*.

65 Ubi alia solvenda venit quæstio, An consentiens in sui percussorem incurrat censuram? R. Id posse videri, ex eo; quòd percussus eam incurrat; agens autem & percussus pari poena veniat plectendus c. *Quanta* 47. h. t. Verum contra probatur ex d. c. 36. ubi dicitur

consentiens excommunicandus; quod est argumento, non esse excommunicatum. Non obstat d. c. 47. nam loquitur de externo consensu sine cooperatione ad percussorem, hic autem est nuda promissio. Non facit, quòd communicet criminoso: nam ante percussorem non potest dici excommunicatus. Quod si postea eam iterum permitteret censuram per participationem. Navar. d. c. 27. n. 80.

66 Quid in Clerico seipsum percussente. R. Si ex ira & passione injuriosè percussit seipsum, censuram hanc incurrit, quatenus percussio inducit gravem læsionem in proprio corpore: ut ei conveniat ratio Canonis, quia læditur favor publicus status clericalis. Quòd facit agrum. *can. Si non licet* XXIII q. 5. ubi non minus est homicida se occidens, quam alium Abbas in d. c. *contingit* 36. num. 6. Navar. d. c. 27. num. 80. Jul. Clar. l. 5. q. 77. n. 3. Nihil obstat, quòd dictum de consentiente in sui percussorem, eum non incurrit censuram, quia ille non cooperatur, sed tantum permittit. Si non sit injuriosa sui percussio, sed fiat ex devotione, aut non sit magna, secus dicendum est. Vid. Avila d. dub. 12. §. *Secundo sequitur*.

67 III. Probabilis ignorantia clericatus. Talis enim excusat à peccato mortali quoad transgressionem Canonis; ut etiam excuset à censura, quæ præsupponit talem culpam. Hinc in c. *si verò* 4. h. t. excusatur à Canonis censura percussus Clericum nutriendem comam, si eum talem ignoravit. Sic & qui nocte Clericum percussit, quia ignorat talem, extra censuram exit. Ubi aliqui distinguunt inter dantem operam relicitæ, & illicitæ, verum, ut rectè advertit Navar. d. loco. absque textu, & ratione idonea. Nam licet percussio possit esse injusta, si tamen quoad circumstantiam personæ procedat ex tali ignorantia, quæ excuset à malitia violati Canonis, non incurritur censura, quæ tantum incurritur, posita violatione Canonis.

68 Hinc patet solutio quæstionis, An percussere se existimans Titium laicum, percussit N. Clericum, incurrat censuram? R. Negative, quia ignorantia personæ ademit malitiam contra Canonem; dummodo ignorantia sive

error

error circa personam nequeat imputari ipsius culpæ aut temeritati, quia ea faceret non excusari eum à malitia & contumacia contra præceptum Ecclesiæ. Ubi exceptionem ponit Covar. ad c. Alma p. 1. §. 10. n. 15. nisi percurrens tali sit animo adfectus, quod si Clericum sciret, nihilominus occideret, verum exceptio ista non necessaria, quia pravus ille adfectus non influit in actum, ut illo non obstante percussio procedat ex probabili ignorantia, ideoque excuset. Suarez d. sect. 1. n. 52. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 23.

69 Quid è contra si existimet se percutere Clericum, qui laicus est? Respondendum. Et hoc in casu negatiue: nam licet percussor animo & intentione peccaverit, tamen re ipsa non percussit Clericum: ut intentio ista & malicia sit tantum interna, quæ non sufficit ad censuram, nisi consumetur in illa specie, quæ necessaria ad censuram. Quo facit, quod non inchoata percussio faciat obnoxium censuræ, sed consummata, ex regula, quod delicta non puniuntur nisi perfecta. Unde dirigens telum in Clericum voluntariè, si erret, & non attingat, non potest dici notatus censura, cum non percusserit; quia intentioni non est imposta pœna ista, sed facti ipsi. Covar. d. l. Suar. num. 53.

70 Quid si P. Clericum percutere volens, manu errante adstantem M. Clericum percutiat? R. Talem omnino incurrere censuram Canonis, quia ignorantia siue error eiusmodi neque intentionem neque actionem excusat, & nullo modo est involuntaria. Covar. d. n. 15. vers. Ob hoc Gl. in d. c. si verò 4. Vignoravit h. t. licet Clerici eius, qui percussus ut talis, sit involuntaria, quæ tamen non excusat, arg. l. cum qui 18. §. si iniuria D. de iurejur. Posset tamen videri hoc non obtinere, quando est adhibita diligencia sufficiens, ne alius percuteretur; nam illa faceret percussionem alterius non causalem & involuntariam, minimè sufficientem ad censuram; argumento eius, quod dictum sup. d. tit. de homic. n. 67. volentem occidere feram si occidat hominem, non esse irregularem, si sufficienter caverit. Vid. Suarez d. sect. in fine.

71 Excusat etiam percussio ex subito motu, defectus quippe deliberationis facit deficere intentionem. Defectus quoque rationis facit

pueros iuicem percutescentes non subesse Canonis. Abbas in c. 1. b. t. Dabit & talis excusationem: quo modo apparitor vel alius fidemovens plebem, aut irruentem atrens percussio, si percussit forte Clericum, peccat immunitate. Sunt etiam immunes qui percussoribus, qui privilegio Canonis sunt adati, ut qui debentur, in omnibus se immiscerent, tamen de vestem Clericalem non deferentes, & aliis quibus partim supra, partim ex Navar. d. 27. nu. 88. Et seqq. colligendi.

Unum addendum, An committens crimen, quod falso existimat prohiberi sub censurâ, eam incurrat? Respondendum, Peccata videtur, ex eo, quod etro nea contra tenentur obnoxium. Contra tamen dicendum, cum ad censuram non sufficit nuda intentio aut cogitatio, sed requiratur actus, secundum iura dicta. Unde licet peccet contra conscientiam, de ingerendo communioni aliorum, nec est tamen excommunicatus: unde & textus Gl. habet in d. c. 4. b. t. tenentur talem propter conscientiam, donec certus efficiatur. Non oblatum argumentum allatum, nam peccatum quidem incurritur conscientia erronea, non etiam censuram inducit, quæ inquiri verum actum, debentem militiam contra Canonem.

Posita iusta excommunicatione: & valida variè eam sequuntur effectus: quem in prima excommunicatio minor habet, quod potest directè uti & participatione passiva Sacramentorum, cap. pen. h. t. cap. Anobis 2. sup. de recept. Et c. fin. sup. De Clerico excom. minoribus dicitur graviter peccare celebrans minoris excommunicatione ligatus, quamvis Sacramentum teneat. Licet etiam ibi, non sine peccato aliis conferre Sacramenta. Hoc peccatum excommunicatum sui suffragis Ecclesiæ, & communione fidelium non esse privatum. Vid. Covar. ad c. Alma p. 1. §. 8. Suar. Disp. 4. §. 2. Alter effectus est, quod licet eligere possit, reddatur tamen inhabilis ut eligatur ad dignitatem aut beneficium, d. c. fin. An autem electio sit irrita, an vero irritanda, colligendum ex his, quæ dicta sup. De elect. n. 30. Super tradit Suar. d. sect. 2. n. 3. Et seqq. Videtur tamen censura uno in casu incurri de iure, videlicet propter participationem indebitam cum excommunicato majore, c. statimur eod. in lib. hinc.

homine ut feratur, requiritur jurisdictio & causa, præmissa monitio, ut dictum supra de excommunicatione majori.

74 Effectus majoris excommunicationis sunt plures. I. Privatio participationis activæ & passivæ Sacramentorum. Unde taliter adfectus Missæ non celebrat, Ordines non recipit, quamvis consecret, & ordinis collatio teneat. *c. Latrores c. c. fin. sup. De Cler. excom. ministr. c. cum illorum 32. h. f.* nec ab eo licitè administrantur Sacramenta, quamvis collata teneant ut dictum sup. *de ordinatis ab Episc. qui veniunt. Episcopus; non sine gravi peccato, non tantum administrantis, qui irregularitatem incurrit, verum & percipientium, propter communicationem; nisi eos excuset vel necessitas, quæ cessare facit contemptum, aut etiam probabilis ignorantia censure.*

75 Q. An & sine peccato ministrat excommunicatus? R. Inculpabilem ignorantiam excommunicationis ponere extra culpam, ut sæpius aliàs dictum. Idem de necessitate dicendum, quam metus justus causat, ad extorquendam ab eo administrationem Sacramenti, nisi sequatur scandalum vel injuria religionis, secundum dict. sup. *De his qua vi c. c.* Et hoc quoad Sacramentum Altaris & Ordinis, quæ etiam ab excommunicato conferuntur.

76 Dubium autem est, An idem procedat quoad Sacramentum Pœnitentiæ. R. Dubitandi causam in eo esse, quod illud requirat jurisditionem, quæ caret excommunicatus. Dicendum tamen eo non obstante, licitè ab existente in articulo mortis peti ab excommunicato sibi conferri Sacramentum pœnitentiæ, & hunc illud licitè conferre, cum nec desit jurisdictio absolvendi in articulo mortis (quæ etiam adest eo casu Sacerdotibus, quibus non est data licentia absolvendi) & sufficiens necessitas ab obligatione Ecclesiastica excuset. Et patet id ipsum ex *Trid. sess. 14. c. 8.* quod habet, nullam esse reservationem in articulo mortis, ne istà occasione quis peccet, *argue ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & censuris absolvere posse.* Quæ absolutio quin tum temporis maxime sit necessaria nemini dubium. Oportet autem instet mortis articulus, nec alius addit Sacerdos non excommunicatus, nam alias ministerium excommu-

nicali non necessarium, nec pœnitens est in necessitate suscipiendi Sacramentum ab excommunicato Navar. *in Summa c. 22. n. 4. d. c. 27. n. 272.* Suar. *disp. 11. sect. 1. n. 7. c. 8.* Idem procedit in hæretico, ut ab eo susceptum Sacramentum teneat, & licitè suscipiatur in extrema necessitate, cum nec ille isto casu jurisdictione careat, & necessitas faciat licitum quod alias illicitum. Suarez *d. l. n. 14. c. seqq.* Citra necessitatem recipiens ab excommunicato Sacramenta, & ea conferens, peccat mortaliter propter transgressionem præcepti Ecclesiastici iusti & obligantis in conscientia sub tali peccato in materia gravi, qualis est hæc.

II. Privatio orationum & suffragiorum Ecclesiæ; cum Ecclesiæ sit ea potestas ut colligere est ex dictis sup. *in princ. h. t. & voluntas ut patet ex variis textibus can. unde xi. q. 3.* ubi dicitur tradi diabolo, secundum Apostolum *1. ad Tim. 1. & Satanæ, juxta textum in can. Omnis xi. q. 3.* aliaque loca. Quod tamen non accipiendum de excommunicato vere contrito procurante pro viribus absolutionem, talis coram Deo sit absolutus: uti nec accipiendum de excommunicato injustè, licet validè in foro exteriori; quamvis tali ante absolutionem participatio Sacramentorum non sit concessa. Navar. *d. c. 27. num. 18.* Vid. Suarez *disp. 9. sect. 3. Avila p. 2. c. 6. disput. 4. dub. 2.*

78 Dubitari contingit, An excommunicato tolerato proficiat suffragia; R. Dubitandi rationem oritur ex nova Constitutione Martini V. *Extravag. Adevitanda*, qua statuitur non esse vitandos excommunicatos, nisi nominatim declaratos, aut notorios Clericorum percussores: ut cum non teneantur ministri eos excludere à communibus orationibus & suffragiis, videantur & ea istis prodesse. Unde Navar. *d. c. 27. n. 36. vers. Ad secundum publicè pro iis orari, nec sepulcrum denegari posse vult.* Verùm ut ante illam Constitutionem pro iis orari non poterat, nec sepulcrum Ecclesiasticam merebantur, ita nec post eam, cum nihil adjumenti per istam novam Constitutionem aut favoris accesserit excommunicatis, per quam Pont. tantum voluit consulere timoratis conscientias, ad quas ratio spectat, ut orationes proficiat excommunicatis. Denique

que exprimit in illa Pont. se non intendere in aliquo excommunicato relevare, aut iis quomodolibet suffragari. Vid. Suarez *Disp. 9. sect. 2. n. 16. & seqq.* Ad sepulturam quod attinet, dictum sup. *De sepult. num. 9.* Hæc ita de publica oratione; nam privatim pro iis orare licitum est & pium. Est enim hoc non tam communicare cum iis, quod prohibitum vi censura, quam opus misericordiae aut elemosinae ex bonis propriis præstare, quod non est prohibitum. Quod & licitum in Missa Sacerdoti, tamquam privatae personae, dummodo excommunicatos non exprimat, Navarr. in *Summa d. c. 27. num. 36. & de orat. c. 19. num. 67. & seqq.* Covarr. in *c. Alma p. 1. §. 6. num. 4. Suar. d. disp. 9. sect. 5. num. 3. & seqq.*

79 III. Privatio divinatorum officiorum, & rerum sacrarum. Unde sacrificio Missæ interest prohibentur, & coram iis Missa celebrari non potest. Celebrans autem coram illis graviter peccat; qualis irregularitatem quidem non incurrit, *c. is qui 18. eod. in 6. interdicti* tamen censura lata in eos, qui excommunicatos ad divina officia publice admittunt; *Episcoporum de privil. in 6.* Hinc Sacerdos Missam necdum inchoatam omittit, si advertat excommunicatum præsentem, donec abierit, inchoatam autem superveniente excommunicato, sistit. Qui monendus est, excedat, imò nolens expelli potest, etiam Sacerdos, violenter citra ullam censuram, *v. veniens 16. h. 1.* Quod si exire nolit, & expelli non possit, si necdum perventum ad Canonem, sistere debet Sacerdos potius quam coram excommunicato Missam peragere, *Clem. 2. h. 1.* Canone verò inchoato, Missa peragenda est usque ad specierum sumptionem, non ultra. Aliqui tamen volunt, non alias esse Missam peragenda, quam si consecratio sit inchoata, propterea quod tum de mum inchoetur Missa quoad substantiam, Innoc. in *c. nuper 29. h. 1.* Non etiam aliis cum excommunicatis Missa est audienda, cum ea res sapiat quamdam speciem communicationis, & sit quædam exterior significatio mutuae unionis ac conjunctionis in eodem corpore, Navarr. *d. c. 27. num. 19.* Suarez *disp. 12. sect. 1. num. 15. & 16.*

Prohibentur etiam interesse Horarum Canoniarum recitationi, quæ sit publicè in Ec-

clesia, item Processioni, ad quam populus fidelis concurret; publicæ item orationi, benedictioni, aliisque caeremoniis Ecclesie, quæ & hæc res sapit quamdam communicationem. Concioni tamen interesse excommunicato non prohibetur, imò expressè permissum, *Responsio 43. h. 1. & generaliter in can. Epilope 67. Dist. 1. de consecrat.* dicitur, nullatenus prohibendum in gredi Ecclesiam & in domum Dei. Cujus ratio est, quod Concilio dicitur ad effectum & conversionem hominum, Suarez *d. disp. 12. sect. 2. num. 3.* Quod non potest trahi ad audiendam lectionem in Theologicam, quia de ea non exprimitur, propterea dem subest ratio, ut excommunicatus admittatur, docendo aut audiendo, se non liceat nequeat, Suar. *d. sect. 2. n. 1.* Ab Horarum recitatione, ad quæ vel ratione Ordinis, aut benefici tenetur, eum liberum non esse dictum sup. *De celebrat. Miss. n. 18.* & tradit Suar. *d. sect. 2. n. 1.*

Ad sepulturam quoque Ecclesie liberum esse admittendum, non tantum deorum, & non toleratum, verum neque toleratum, dictum est *de sepult. n. 9.* Non obstantibus Constitutione Martini V. *Ad restituenda Con. Constant.* nam ea, ut jam ante dictum, nullo relevat excommunicatos. Sepelire excommunicatum in loco sacro excommunicationem minorem incurrit, propter communicationem, quam facit sepeliendo, quæ na ista generalis est imposta. Quæ etiam *Clem. 1. de sepult.* per quæ major excommunicatio est inflicta ipso iure sepelenti excommunicatū in loco sacro. Qualis non absolvitur prius ad arbitrium diocelani Episcopi, quibus per id injuria irrogata, exhibetur contententem satisfactionem. Loquitur etiam *Clem. de iis,* qui per quamdam temeritatem locis sacris sepeliunt excommunicatos; ista nova pœna excusentur, qui per ignorantiam, licet inculpabilem, sepeliunt, namdè commovet temeritatem. Quæ pœna non videtur tangere proficuentes funus, cum certum sit loquatur de sepeliente, & cum sit periculum, ut beat restringi. Navarr. *d. c. 27. num. 19. Suar. d. disp. 12. sect. 4. n. 8. seq.* Procede ista pœna etiam si contitus sit mortuus, donec ab ipso ei indulgeatur, quam etiam mortuo indigne posse dicitur inferius. Ut autem sepeliantur

clericalia privat talis, ita & omni honore Ecclesiastico, qui ad sepulturam ordinatur, cum indecens sit, ad locum profanum, & sepulturam cum bestis communem funebri pompa corpus deferri. Prohibentur & Clerici oblationes seu elemosinas pro excommunicato accipere, quia nullum Ecclesiasticum obsequium iis impendendum. De pompa funebri quod dictum, non tantum obtinet in Clericis, sed & laicis. Nam licet illa magis sit solatio vivis quam subsidio mortuis, *can. anima XIII. q. 2.* in poenam tamen excommunicati nec hanc vult adhiberi Ecclesia, eo quod contineat aliquam communicationem cum excommunicato. Verum ea res Clericis est gravior quam laicis, quamvis eis nullibi legatur imposita ea de causa irregularitas, *Suarez d. sect. 4. in fine.*

80 IV. Inhabilitas ad Ecclesiastica beneficia obtinenda, *c. Postulatis sup. de Clerico excom. ministr.* ubi etiam scienter tali conferens suspenditur à collatione, saltem de jure veteri. Hinc consequitur excommunicatum taliter adeptum beneficium retinere non posse, quia canonicè id non sit consecutus. Ratio est, quod sit suspensus ab omni officio Ecclesiastico, cuius nomine datur beneficium. *Navarr. in Summa d. c. 27. n. 21. c. Si quando sup. de reser. Except. 9. Covarr. in c. Alma p. 1. §. 7. Suarez. Disp. 13. sect. 1. n. 2.* Idem juris quoad officia & dignitates, quæ sub nomine privationis sive inhabilitatis ad beneficia continentur, cum qui incapax est beneficiorum inferiorum, quidni & superioris? Ubi non distinguitur inter titulos, an scilicet habeatur per collationem, an per electionem, præsentationem, nominationem, quia de modo acquirendi queri non debet, postquam cesset finis. Hinc & resignatio beneficii excommunicato facta nulla est, uti & permutatio, quia utrimque queritur jus novum ad beneficium. Hinc & nulla est interpretatio beneficii *c. 1. de reser. in 6.* ubi universaliter rescriptum ab excommunicato impetratum dicitur non valere exceptis certis casibus. Ratio est, quia cum sit inhabilis ad obtinendum beneficium, erit & inhabilis ad impetrandum, ad quid enim servirent media, si finis desit? Erit & invalida collatio à Pont. motu proprio facta, si ignoraverit excommunicationem, neque enim potest videri dispensasse, quamvis scia-

ter alicui excommunicato conferens dispensare sic dicendus.

81 Ubi posset dubitari, An occulto excommunicato possit conferri beneficium? Resp. Non posse, propterea quod ex se sit inhabilis ad obtinenda beneficia, Ut nihil faciat, quod sit occultus, quia id non minuit impedimentum *d. c. Postulatis sup. de Cler. excom. ministr.* ut collatum beneficium ab eo non rectè retineatur propter Canonicum defectum, quia facit non esse ejus beneficium, & collationem ponit omninò irritam. Ubi nihil faciet ignorantia aut conferentis, aut ejus, cui collatio facta, quia nec illa minuit qualitatem excommunicati, quem satis est verè esse excommunicatum. Et licet ignorantia à nova culpa excuset, non tamen dat valorem actui aliàs invalido, neque impedit effectum proveniente ex priori censura legitime imposita, quæ est quasi poena peccati, pro quo inflicta, à qua non excusat ignorantia, *Covarr. ad d. cap. Alma p. 1. §. 7. n. 3. Suarez. d. sect. 1. num. 3.*

82 Q. II. An non vitandus, secundum *Extrav. ad evitanda*, acceptare possit beneficium? R. Etiam talem comprehendit sub regula inhabilitatis, ci- que nulliter conferri beneficium, & nulliter acceptari ab eo, propter inhabilitatem. Quæ non minuitur ex eo, quod sit toleratus; hoc enim nõ in ejus sublevamen, sed timoratorum conscientiam. Deinde excommunicati sunt indigni; electio autè indigni est irrita. Nec facit *d. Extrav.* nam, ut ibi exprimitur, non relevatur per eam excommunicatus, relevaretur autem, si collationem acceptare posset. Unde nec ex parte conferentis est actio valida, propter repugnantiam, quæ aliàs oriretur. Repugnat enim, actionem ex parte conferentis esse validam, & versari circa objectum incapax, cum ex conditionibus necessariis ad valorem actus sit habitus subiecti, *Suarez d. sect. 1. num. 25. c. §. 99. c. n. 20.*

83 Q. III. An ante excommunicationem collatum beneficium rectè acceptetur tempore excommunicationis? R. Communiter receptum esse, collatum beneficium ante excommunicationem post eam acceptari validè posse, quod per collationem tempore habili sit questum jus ad rem, acceptatio autem tantum ad factum pertineat, & contineat declarationem voluntatis, quæ nihil mali continet, neque

impeditur per inhabilitatem subsequenter jus jam acquisitum per collationem, Covarr. d. 5. 7. num. 4. Verum, re bene perspecta, videtur ista ratio minus efficax, nec acceptatio quid operari; propterea quod per eam videatur jus novum queri, cum collatio nihil juris tribuerit ante acceptationem, cap. si tibi absenti de praben. in 6. ubi absenti facta collatio, etsi faciat Episcopum mutare non posse, illi tamen, cui facta est, jus non acquiritur in beneficium, donec consentiat, ratamque habeat collationem. Ut per acceptationem jus adquirere sit dicendus, & quidem inutiliter hoc in casu, propter supervenientem inhabilitatem, quae impedit quid de novo adquiri; etsi non tollat jam acquisitum, quod secuta absolutio, tamquam sublato impedimento, rectè consummabitur. Vid. Navarr. in d. c. si quando de rescript. Except. 10. num. 13. Covarr. 3. Var. c. 16. n. 3. & 4. Suar. d. sect. 1. num. 15. & seqq. Et hæc ita, quando quis vere est excommunicatus

84 Quid si non sit vere excommunicatus, sed existimetur tantum talis. R. Etiam si publicè existimetur quis excommunicatus, non tamen ideo effici inhabilem; quia inhabilitas est effectus censurae, quae verè non posita tamquam causa, non potest etiam poni ejus effectus. Quod non tantum procedit, si existimatio ex rumore publico ortum habuerit, verum & si ex actu juridico: veluti per sententiam declaratoriam, per quam declaratur secundum allegata & probata criminis talis reus, quod habet adjunctam censuram, quia per talem sententiam non tam infertur censura, quam supponitur & declaratur, ideoque si in re non subsistat, nec per sententiam poni potest, quæ se refert ad rem: ut postea veritas apparens facit collationem post declarationem criminis ratam haberi. Ita ferè Suarez. d. sect. 1. n. 32.

85 Quæri etiam posset, An excommunicatio privet beneficio jam obtento? R. Hoc nullo jure caveri, & contrarium potius insinuari in c. pastoralis §. verum sup. De appellat. ubi excommunicato dicuntur proventus subtrahi. Ut dicendum sit jus ad beneficium esse saluum; subtractio enim fructuum est quædam privatio præsupponens habitum: & deinde inclusio unius est exclusio alterius.

86 Unde, quæritur, An fructibus saltem privet

ipso jure. Respondendum, Id rectè dici, in communi sententia, quam defendit Abbas d. §. verum in V. Proventus Ecclesiasticis non subtrahuntur illi, cui Ecclesia communi designatur. Ratio dari potest, quia beneficium datur propter officium, ut hoc cessante, propter excommunicationem, etiam illud collatio beat, saltem in effectu. Dubia tamen hæc sententia videtur ex eo, quod in d. §. verum non habeatur verbum, subtrahantur, deinde privationem inducendam per sententiam. Verum dubium cessante facit ipse textus, in quo Pont. subtractionem fructuum comparat cum privatione communis Ecclesie, quæ ipso jure inducitur, ut idem sit dicendum de illa. Propterea per interpositam appellationem non suspenditur privatio fructuum, d. §. verum. Quod fieret, si talis privatio requireret sententiam, cum per appellationem omnia manent eodem statu. Abbas & alii Decret. in d. §. verum. Covarr. 3. Var. c. 13, n. 8. vers. si de decimo d. d. dist. 13. sect. 2. n. 1. & seq. Avila p. 1. c. 1. §. 6. dub. 1.

Hinc alia movetur quæstio, An tenentur se fructibus private, eosque restituere. Sive sententia sit hominis, sive juris, hoc est, privatum esse omni commodo beneficii non sit ratio, quæ faciat eum fructibus privari, & ab eorum restitutione excuset, cum ipsi incipiant esse alieni, eorumque injuria restitutio. Obstare videtur c. cum secundum aliteret. in 6. in quo non tenetur hæreticus restituere bonis, sed satis est, patiatur eorum collationem, uti & dictum sup. de Parris n. 21. sic dicendum, cap. isto agi de privatione bonorum propriorum, quorum licet dominus privetur, commisso crimine, ex benignitate tamen & moderatione ejusdem legis remanens penes eum possessio, quæ se private non operatur, uti nec usu rerum, sed satis est patiatur sibi auferri. In nostro autem casu reus non habuit dominium ante excommunicationem, sed tantum spes eorum consequendi, si mandatum fuerit habitus. Non est autem talis per excommunicationem, quæ facit eum recipere & retinere alienum, cum obligatione restitutionis etiam consumptos; quia consumptio non facit proprios, neque liberat. Suar. d. sect. 1. n. 32. & seq. Unde ulterius quæri posset, An non illam

in necessitate constituto licet eos consumere in vicem alimentorum? R. Licet id ipsum, secundum aliquos, ex eo, quod fructus isti in necessitate egenorum sint explendi, ut saltem ut indigus possit ex iis se alere excommunicatus. Quod facit, quod necessitas extrema faciat omnia communicari, ut dictum sup. De furtis n. 16. Verum ut ista sententia possit procedere, cessante contumacia peccati, ut quia respicit petens absolutionem, non tamen ea durante. Nam cum contumacia ista sit voluntaria, non meretur, ut ei subveniatur, & propter indigentiam concedatur usurpare alienum, Navarr. c. 25. num. 124. Covarr. d. vers. duodecim, Suarez d. loco n. 12. & seq.

Et hoc ita, si excommunicatus sit notorius, si ve occultus; si ve denunciatus, si ve non denunciatus: nam in nullo relevat, d. Eirav. ad evitanda ipsos excommunicatos. Sit tamen verè & non in exiliminatione excommunicatus, nam si nulla sit excommunicatio, non producet ullum effectum privationis aut suspensionis fructuum. Quod si valida quidem fuerit exterius, secundum allegata & probata, in re tamen injusta, quia innocens est persona, interim quidem, dum non revocatur sententia aut absolutio, fructus suos non facit: post autem non tantum suos fructus percipiet, verum & amissos recuperabit, ut injustè ablatos. Quod si alteri in stipendium ministerii & officii cesserint, ut alicubi in quotidianis sit distributionibus, in quibus absentium partes accrescunt presentibus, non repetendi ab illis, in quorum dominium tamquam stipendium cesserunt, sed ab injustè excommunicationis auctore, cap. Sacro, 48. cumque hoc sit. Quod si distributiones applicandæ veniant alicui pio loco, antequam applicatæ fuerint, secuta absolutione aut revocatione sententiæ injustæ, reddendæ proprio domino, quia necdum loco isti jus quæsitum. Si verò applicatæ fuerint, damnum idem resciciendum per auctorem injustæ sententiæ, juxta d. s. Cumque, Suarez ubi sup. num. 23. & 24.

89 V. Privatio jurisdictionis Ecclesiæ fori externi. Hinc non potuerit excommunicatus alium excommunicare, ut, nec alium actum jurisdictionis exercere, propter defectum jurisdictionis, can. audivimus XXIV. q. 1. Qui

effectus non tantum habebit locum in ipso Prælato, sed & derivatur ad ejus Vicarium, cap. 1. de off. Vicarii in 6. qui non potest habere quid jurisdictionis, quam non habet ipse principalis, quem refert. Jurisdictio tamen delegata ante excommunicationem delegantis non suspenditur, si res non sit integra, ut dictum sup. De off. deleg. num. 31. Ab excommunicato delegationem jurisdictionis nullam esse certum est, quia delegatio ista spectat ad usum jurisdictionis, qua caret. Hinc etiam concessio indulgentiarum nulliter fit ab excommunicato, quia ad jurisdictionem pertinet, cujus usu privatus. Non confert etiam validè beneficium, cap. 1. ne sede vacante & c. in 6. non tantum quia ad jurisdictionem spectat, sed & quia privatus beneficii fructibus, quibus adnumeratur collatio beneficii. Non valide eligitur aut eligitur, ut dictum sup. De elect. n. 8. & seq. num. 27. & seq. Nec etiam presentat vi juris patronatus, quatenus presentatio fit à Clerico; nam à laico excommunicato facta videtur actus privatus, qualis tenet, ut mox diceretur, quamvis in Episcopi sit arbitrio eam non acceptare, sed repudiare, vel solo nomine excommunicationis, ut dictum sup. De iure patron. n. 49. & tractat latè Suarez Diss. 14. sect. 2. num. 21. & seq. Quantum ad receptionem alicujus ad possessionem, quatenus est meri facti, non est irrita facta ab excommunicato, cum absque jurisdictione tamquam à privato fiat, cujus actus valent, ut mox diceretur, Quod si in isto negotio actus aliquis jurisdictionis exerceatur, irritus erit, cum tali nulla sit jurisdictio, Abbas in c. veritatis n. 42. sup. de dolo & contum. Possessionem tamen ipse non capit, quia foret frustranea, cum omni usu sui beneficii & fructibus omnibus sit privatus. Deinde concernit illa ejus favorem, quem nullum meretur, Suarez d. loco num. 34.

Quid in resignatione beneficii? Resp. Si pura 90 & libera sit, illam rectè fieri ab excommunicato, cum tantum contineat actum privatum puræ renuntiationis; in gratiam autem alterius validè non resignare, Covarr. in cap. Alma 1. §. 7. n. 9. vers. quid autem. Ratio diversitatis est, quod priori casu renuncians nullo modo concutrat in novam collationem, sed solum se spoliat. Quod licet etiam excommunica-

ro, quia ad merum factum pertinet, nec est usus alicujus potestatis spiritualis, vel juris, sed propriae voluntatis. Posteriori vero concurrat ad collationem beneficii renuntians, designando personam, cui provisum vult, atque ita participat rationem praesentationis, quam ut facit invalidam excommunicatio, ita & faciet hanc resignationem, Suar. 2. *ibid.* n. 35. Quod olim procedebat etiam in excommunicato non vitando, hodie secus, ut patebit ex infra dicendis.

91 Q. An dicta indistinctè procedant in omni excommunicato etiam occulto? R. Videri id posse quod effectus ejusmodi non causetur ab opinione aut notitia hominum, verum ab ipsa excommunicatione, quae non minus excommunicatum occultè quam publicè, cumque non minus facit inhabilem. Contrariam tamen sententiam etiam stando in jure antiquo, communem esse & veram, scilicet non esse actus ejus nullos, sed validos, ut probari posset argumento à contrario *ex c. ad probandum 24. sup. de sent. & re judic.* ubi vis fit in eo, quod publicè excommunicationis sententiam tulerit; ut si non fuerit publicè excommunicatus, sententia teneat: quale argumentum bene procedit, praecipuè quando ponitur vis in conditione necessaria. Ratio hujus est, quod licet verè careat jurisdictione, propter defectum, tamen donec propter illum occultum toleratur in exercitio muneris publici, acta illius ex providentia & interpretatione Ecclesiae teneant, propter commune bonum, Ecclesia jurisdictionem, qua talis est in habitu privatus, in tali usu seu actu publico supplente, & actualiter influente, ut, non obstante censura, valorem habeat, quia ita expedit communi bono, *arg. l. Barbarus D. de offic. Prat. Cov. in d. c. Almap. 1. §. 11. n. 4. Suar. d. Disp. 14. sect. 1. n. 8. & 9.*

92 Quid in notorio quidem, sed non denunciato? R. In casu, quo notorius quidem & publicus, non tamen vitandus, secundum jus novum ante denuntiationem omnia ejus acta valere, ratione publici muneris, in quo toleratur. Nam cum talis non sit vitandus, subditi habent jus petendi actiones publici sui muneris: ut necesse sit illas valere, quia alias jus istud foret frustraneum & illusorium. Hinc Parochus excommunicatus, donec toleratur

in suo munere, rectè confert Sacramentum poenitentiae, eadem publica utilitate publicè. Similiter resignatio facta in favorem alterius ab excommunicato notorio, est aliter dictum, irrita fuerit, hodie tamen, si non vitandus, tenet non minus in hoc actu, quam ceteris negotiis, quia cum non sit vitandus, non est cum illo communicatio, Suar. d. *sup.* n. 22.

V. I. Privatio forensis communicatio. Quomodo excom: unicus prohibetur opere judicium etiam in foro saeculari, nam & in eo exercet vim suam excommunicatio. Ita habet communis opinio; quare tamen per Canonica non ita aperte probatur, non faciunt mentionem jurisdictionis saeculari, sed spiritualis, & actum iudicium saeculari ut possit videri, secus effectus in saeculari, ne pena extendatur. Non recedendum tamen à communi, in communi constituta data sufficienter, & possunt pro ea parti adhiberi loca quaedam, ex quibus id ipsum videtur colligi ut in *can. pen. & ult. XV. q. 1. ubi* subjecti indistinctè liberantur à fidelitate debita ei qui excommunicatus est, & à juramento praestito absolvuntur, & ne illi servare se obediant, prohibentur. Ut siquidem sit, & jurisdictionis usu esse privatum excommunicationem quia haec sunt correlativa, ut uno sublato alterum tolli debeat. Facit ratio, quod excommunicatum tamquam ethnicum habet jurisdictionem super membris Ecclesiae non communicantibus, & quod jurisdictione ista nullum habet summum, qui intrinsece non includat communicationem per Canones prohibitam. Hinc latae à tali latae decreta, tamquam à eo sublata & sine jurisdictione nulla erunt, ut de his omnis actus à jurisdictione pendens, ut sunt leges, privilegia concedere, delegare, delegare, aliaque similia. Vid. Suar. *disp. 14. sect. 1. n. 8.*

In iudicem quoque non rectè eligatur, colligere est *ex c. fin. sup. de Clerico excom. nistr.* cum nemo possit eligi ad executionem muneris, à quo per sacros Canones est prohibitus. Verum tamen non potest firmo fundamento sustineri, electionem ad temporale esse nullam, cum ea de re nihil sit positum, & in poenitentibus argumentum a simili non procedat: ut non rectè inferatur, electio excommunicati ad dignitates Ecclesiae

sticus est nulla, ergo & ad temporales. Plura
Suar. d. disp. 16. sect. 2.

Agere in iudicio excommunicatus non potest, nec ut actor admittendus, extra causam suam excommunicationis, c. *decernimus eod. in 6.* Imò à iudicio repellendus sive Ecclesiastico sive seculari, etiam reo non opponente, c. 12. *sup. de except.* Nec audiendus actor allegans injustè se excommunicatum, nisi probet, ad cautelam tamen absolvendus, c. *folet 2. eod. in 6.* Repellendus etiam à reconventione, quia reconventio est loco actionis, cum reconvenire nihil aliud sit, quàm murus vel vicissim petere, arg. c. 2. *sup. de mutuis petis.* atque ita prohibita, c. 5. *sup. de except.* Exceptio tamen non est deneganda, d. c. 2. quia spectat ad naturalem sui defensionem jure naturæ permiffam. Hinc rectè opponit beneficium competentia, rectè etiam appellat, & judicem suspecti arguit.

94 Dubitatum, An & compensare possit? R. Negare id Burt. in l. *amplius n. 9. D. Remras am hab.* & Innoc. in d. c. 5. *in fine sup. de except. ex ratione*, quod compensatio videatur petere, d. l. *Amplius.* Ut compensatio videatur magis species actionis excommunicato negare, quam defensionis. Posset tamen contrarium non malè alicui probari, ex eo, quod exceptio solutionis sit permiffa excommunicato, ad quam spectat compensatio, l. 4. c. *de compensat. Et si debitor D. Qui potiores in pign.* quæ ut traditur *Instit. de action. §. in bona actionem iplo jure minuit.* Nec obstat d. l. *Amplius*, quia loquitur in casu, quo is, qui petere non potest, vult compensare, qualis in eff. etu petis. Hinc rectè excommunicatus actori objicit similem excommunicationem aliamve quaecumquam exceptionem, quæ jure ab agere id eum repellat, quia ista non tam est accusatio, vel reconventio, quàm potius sui defensio, c. *dilecti 9. Et c. 11. sup. de except.* Suar. d. disp. 16. sect. 3. n. 3.

Ab agendo itaque excommunicatus repellitur, ne quis cum detrimento animæ communitur cum excommunicato, & ut rubore suffusus ad cor redeat. Et hoc, sive per se agat, sive per alium: tum quia per alium agens per se agere videtur moraliter, tum quia cum excommunicato non solum immediatè sed & mediatè per alium, ut nuntium, litteras communi-

care prohibemur. Nec tantum ab initio repellendus excommunicatus, sed & quacumque litis parte, si ab initio sit omiffa repulsiò, d. c. *exceptionem 12. sup. de except.*

95 Quod ita procedere de jure antiquo certum est: videri posset de jure novo; inducto per *Extravag. ad evitanda*, non posse repelli notorium quidem, sed non denuntiatum, & proinde toleratum, eo quod hodie cum tali communicatio non sit inhibita. Verùm ista Extravagans, etsi consultat aliis, qui citra piaculum cum excommunicato communicant, non tamen ipsi excommunicato, qui alios vitare tenentur: & reo, etsi admittere actionem possit, licitum tamen est objicere exceptionem hanc, per eamque repellere actorem ab agendo, secundum jus antiquum hac in parte immutatum.

Ut autem actor à iudicio sit repellendus per reum, vel, illo omittente, per ipsum judicem, d. c. 12. si tamen omiffa exceptione audiatur, valida erunt acta in tali iudicio c. 1. *de except. in 6.* ubi objectio excommunicationis post rem judicatam impedit quidem executionem, verùm sententia quæ præcessit, non minus debitum robur dicitur obtentura. Vid. Suar. d. sect. 3. num. 7.

Actorem itaque excommunicatio facit repelli, non reum, qui citatus rectè comparer, tum in sui defensionem, ut dictum, tum ne videatur de malitia sua commodum reportare.

96 Q. An per se cogatur comparere? R. Posse per alium respondere, insinuari per c. *Intelleximus 7. sup. de judic. in verbis. Debet per alium in iudicio respondere.* Quo modo rectè constituet procuratorem, qui hoc consequitur, cum alias frustra foret concessio respondendi. Ubi ratione verbi, *Debet*, aliqui volunt, per se non posse comparere: sed *Gloss. in d. c. 7.* dicit repelli non posse per se ipsum defendere se volentem, non tantum si necessitas urgeat, ut quia non invenit idoneum procuratorem, sed & extra casum necessitatis; cum in gravibus causis non sit cogendus procuratorem constituere, c. 2. *sup. de procurat.* & reo permittatur per Canones se defendere. Ut verbum, *debet in d. c. 7.* non tam denoret necessitatem, quam decentiam, secundum alia Juris loca. Suar. d. disp. 16. sect. 4. num. 4. *Et seqq.* Avila p. 2. c. 6. c. *Disp. 7. Dnb. 2.* Quod si absolutio-

nem consequi possit, eam ante petendam esse à reo aliqui volunt, sed hoc minus necessarium, licet non conveniens foret, cum Canones absolute & citra hunc scrupulum concedant reo sui defensionem quoad exceptiones proponendas, & alia defensionem sui spectantia, etiam appellationem, quia & hæc sui defensionem spectat, c. s. sup. de except. Suarez. d. loco num. 8. & seq.

97 Repellitur & à iudicio testis excommunicatus, quia res ista continet aliquam communicationem, ut iudicibus iungatur etiam parte tacente tales repellere, c. decernimus 8. h. 2. in 6. nisi prius ad cautelam sint absoluti, c. Veniens 28. in fine sup. de testib. Excipitur causa fidei, in cuius favorem etiam excommunicati audiuntur contra Hæreticos, eorumque factores, c. in fidei de hæret. in 6. Suarez. d. disp. 16. sect. 6. n. 1. & 2.

Rejiciendus est & advocatus, procurator, d. c. 8. eod. in 6. & c. 6. sup. de iudic. quo generaliter prohibetur excommunicatus stare in iudicio. Nec facit, quod procurator pro excommunicato possit comparere in iudicio; non ideo ipse aut excommunicatus, quia agit ad iure permittitur; nec potest dici esse communicatio cum excommunicato. Suarez. d. loco sect. 7. n. 4. & seqq. Ut autem testis, advocatus, procurator excommunicati à iudicio repellendi sint, tamen acta ab iis non repulsi tenent, & sententia secundum ea lata tenebit, mandabiturque executioni, etiam si postea patefacta sit excommunicatio, cum non amplius jam operentur ut tales. Ut non obstat c. 1. de excep. in 6. quia loquitur de ipso actore excommunicato, cuius excommunicatio post rem iudicatam nota facta suspendit executionem, quod operetur in exequendo, & sic communicet cum aliis.

98 Quid dicendum de exercente munus tabellionis? Resp. Nec hunc posse licite munus suum exercere, propter prohibitionem generalem, ex vi excommunicationis, non communicandi cum aliis: tantum disputari, An ista teneant. Et quidem occultis acta tenere secundum ea, quæ dicta sup. eod. num. 91. publici vero, secundum aliquos, acta & instrumenta non tenere, ratione publici muneris, arg. c. ad probandum 24. sup. De sent. & re iudic.

& per can. nullus II. q. 3. ubi nullus thematizatorum dicitur suscipiendus, nec quoquam credendum, quod ab is dicitur consecratur. Verum d. c. 24. loquitur de p. dice, non de tabellione: d. can. nullus loquitur generaliter, non tantum de tabellione, sed & de accusatore, teste, & aliis personis tam extra, quam in iudicio; cum tamen accusatio nec testimonium sit ipso iure nullum. Ut dicendum sit, acta eius prohiberi quidem, sed non irritari, in foro tamen exteriori non esse admittenda, sed rejicienda, ut partes, scientes istam qualitatem Notarij nihilominus opera utentes, obligantur, ignorantem vero possint rejicere, si non instrumetorum secundum jus antiquum: quævis illo utentes non peccent, cum iura novum communicare cum excommunicato denunciato, nec notorio Clerici peccatum sit extra reatum. Plura hæc de re videntur Suarez. d. disp. 10. sect. 3.

De tutore, administratore idem dicendum, quod scilicet malè se immisceat, & irritum rejici possit, rata tamen sint. Non obstante, quod possit esse publicum officium auctoritate: nam licet possit dici generalis officium publicum; non tamen nisi auctoritate tantum, non etiam utilitate simul, uti est publicis, cuius ideo acta sunt irrita tamquam publica. Vid. Suarez. d. l. sect. 8.

VII. Privatio civilis sive politice communicationis cum fidelibus, activa & passiva, inceptis casibus iure expressis, Effectum huiusmodi sunt hoc versu contenti:

Os, Orare, Vale, Communio, Mensa, et signa exhiberi solita per Osculum, primum, sermonem, quomodolibet sive publice sive palam, sive colloquendo, sive loquendo sive aures præbendo tantum. Ubi etiam comprehenditur communicatio, quæ fit per nuntias, nuntium. Per verbum, Oratio denotatur spiritualis participatio in Sacramentis, in divinis officiis, & quibuslibet partibus in Ecclesia vel extra eam dici solitis, quæ ante dictam. Per, Vale, venit emittis salutem, honorificam per reverentiam & honoris exhibitionem, salutando, salutando verbis, salutando illud Joan. 1. Neque a ve ei dixerit.

101 An & adfurgendo, aperiendo caput, aut simile signum exhibendo? Resp. Effic. qui putent talia signa sub verbo Vale non comprehendit, quia verbo non fiat, atque ideo communicationem talem non esse prohibitam, eo quod prohibitio ista, quia pœnalis sit restringenda. Quæ sententia licet ad praxim accommodata videri possit, & habeat exculationem in consuetudine, per quam huic prohibitioni, quæ juris est humani, derogari potest, in rigore tamen juris non est vera: tum quia simpliciter jure prohibetur omnis communicatio cum tali persona; hujusmodi autem signa contineant communicationem: tum quia istiusmodi honoris exhibitio spectat ad actum observantæ à Canone vetitum, ut non debetur tali. Nec est, quod quis dicat, licere exhibere ea signa sine intentione præstandi honoris, sed solum ad vitandum scandalum & inurbanitatem, cum prohibetur simpliciter honoris exhibitio, Ita Suar. *Disp. 15. sect. 1. nu. 3.*

6. Per verbum, *Communio*, si generaliter accipiatur, denotatur generatim omnis effectus excommunicationis. Hic autem videtur positum strictè, ut comprehendat alias extortæ communicationis rationes, in cooperando. Denique voce *Mensa* venit communicatio in comedendo simul, dormiendo in eodem lecto. Cohabitationis communicatio etsi verbo *Communio* possit videri comprehensa, non malè tamen sub hoc verbo *Mensa* quis eam comprehendit dixerit.

Prohibitio hæc communicationis non tantum ligat non excommunicatos, sed & ipsos excommunicatos, quia alios vitare tenentur, *cap. illud 5. sup. de Cler. excomm. ministr.* Ubi reprehenditur excommunicatus, qui fidelium communioni se ingessit. Finis verò prohibitionis est, ut excommunicati, videntes se contemni, verecundiæ rubore suffusi ad mentem redeant, & culpam agnoscetes satisfaciant Ecclesiæ præcepto, & à contumacia desistant, *cap. cum non ab homine 14. h. tit.* Effectus est, quod transgressores minorem excommunicationem incurrant, etiam si sint exempti, *cap. Nulli 8. h. t.* quorum privilegia huc se non extendunt: ut ne quidem Judici

excommunicanti sit licita communicatio. Excipitur solus Pont. qui non ligatur suis legibus *Gl. in d. c. 8.*

Dixi supra. Exceptis casibus jure expressis, quia sunt casus, quibus communicatio est extra pœnam, veluti, si fiat in salutem animæ excommunicati, ut conversus culpam agnoscat; & veniam petat. Illa quoque excusat, quam causat necessitas corporalis, *cap. si verò 34. h. t.* sive excommunicati, ne fame aut morbo pereat; sive etiam non excommunicati, si æget indigeat corporis curatione, si aliunde quam ab excommunicati opera, haberi nequeat, *cap. inter 31. in fine h. t.* Quomodo & elemosyna ab eo peti potest, eique dari, *can. quoniam multos 103. XI. q. 3.* Ubi & uxor dicitur posse manere cum marito excommunicato, eique communicare, non tantum quoad debitum conjugale, verum quoad omnia obsequia, prout exigit matrimoniale vinculum; quia à prohibita simpliciter participatione cum excommunicato excipitur generaliter & indistinctè uxor, *d. can. quoniam.* Quo privilegio gaudebit & sponsa de presenti, quia venit nomine uxoris, imò uxor est, cum consensus, non copula nuptias faciat. In sponsa de futuro verus est, non obtinere Idem privilegium, tum quia uxoris appellatione non continetur, *lib. si qua 2. D. de ritu nupt.* tum quia ad nulla obsequia obligetur sponso, ut ne quidem cohabitare ei etiam non excommunicato permittatur per Trid. *Sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* Quæ licentia non est extendenda, ut liceat uxori communicare cum excommunicatis, qui viro excommunicato adsunt, quia cessat ratio, quæ est in vinculo matrimonii. Unde viro cœnante excommunicato, non licet uxori accumbere mensæ, Cessat quoque ista licentia in crimine, cujus participationi non impunè se immiscet, *d. cap. inter 31. in fine h. t.* Ut & in casu, quo sub excommunicatione, in causa matrimonii, de cujus valore lis pendet, usus matrimonii interdictus, quia communicatio redunderet in periculum animarum, imò esset communicare in crimine, *c. concubina 55. h. t.* Divortio quoque separata uxori non videtur licita communicatio cum marito, durante divortio, quod ab obsequiis e-

102

103



ius sit libera, Non impedit tamen excommunicatio reconciliationem, quæ licitam faciet communicationem, cum ad debita obsequia obliget conjuges.

Dubatur, An & viro liceat communicare cum excommunicata uxore? Resp. Dubitandi causam sumi ex d. can. Quoniam in quo fit tantum mentio uxoris communicantis impune cum viro excommunicato. Ut ad vicium trahi non debeat, cum in eo non sit eadem ratio; quia id. o videtur datum uxori, quod eius non sit corrigere maritum, uti est mariti corrigere uxorem, cuius est caput. Verum idem dicendum est de marito; cum vir & mulier sint correlativa, ut uni concessum non sit denegandum alteri, l. fin. C. de indicta viduit toll. Et facit ratio concessionis, quæ consistit in mutuis obsequiis, & difficili separatione, propter fornicationis periculum: quæ rationes & in viro locum habent. Covarr. in c. Alma p. 1. §. 1. n. 8. Navarr. c. 27. num. 37. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 14. Suar. Disp. 15. sect. 4. num. 13. & 14.

Liberis quoque licitum est cum talibus parentibus manere; uti & servis, ancillis, sulliticis, qui ante sententiæ prolationem ad familiare obsequium tenebuntur, d. can. Quoniam d. 6. inter 31. & c. si verò 34. h. t. idque ratione juris ad obsequium, ad quod tenentur, quodque sine communione præstare nequeunt. Ut idem non sit concessum iis, qui postea ad obsequium excommunicato se obligant, cum eo communicando contra Canones; qui iure quidem quæsitum non privant, quærit tamen de novo nolunt. Et hæc quo ad ea, quæ servitium exigunt & ius subjectionis. Non rectè hoc taxatis ad subditos Domino temporali excommunicato, qui omnino absoluti sunt à præstanda fidelitate Domino, can. nos Sancto- rum XV. q. 6. eo quod communicatio cum tali Domino non sit subditis tam necessaria ad vitam humanam, & quia talis non excommunicatur nisi ex atrocibus & gravibus criminibus. Plura Suar. d. disp. 15. sect. 6.

Exceptis itaque dictis personis & causis communicantes cum excommunicato, minori involvuntur excommunicatione. Aliquibus tamen in casibus & maiorem incurrunt, uti communicantes in divinis, vel in ipso cri-

mine aut in contemptum clavium, aut contra speciale præceptum iudicis, c. significavit n. 2. nuper 29. & c. Concubina 55. h. t. Navarr. d. 27. n. 28. propter graviolem materiam, quæ excuset ignorantia non tantum facti, sed & legis, ut mox dicitur. An iusto metu, quo communicare coactus excusetur, dictum est sup. De his quoque c. 1.

Excommunicationis itaque majores effectus sunt, separare à communione fidelium, suffragiis Ecclesie, usui jurisdictionis privare, inhabilem reddere ad beneficia obsequia, fructibus beneficiorum privare, & aliis de quibus supra. Quamvis autem privationem, ut ex dictis est colligere, cum nulli sit immo, Covarr. ad c. Alma p. 1. §. 1. n. 9. matrem ab excommunicato initum tenet, c. 1. q. 1. eo qui duxit quam poll. Ordo collatorum, licet in impingat, licet exercitum in suspendatur, c. cum illorum 32. §. si sacerdos testamentum sit validum, arg. c. fin. de pen. ubi excommunicatus propter excommunicationem & hæresim specialiter prohibetur, ut alia de causa excommunicati testamentum teneat, firmat enim regulam excommunicati non exceptis. Covarr. de testam. p. 1. n. 1. §. 5. Testamentum, q. 24.

Dicta de effectu excommunicationis dicunt de jure antiquo excommunicato etiam non denunciato. Quod de jure novo Conc. Constantiensis per Martinum V. statutum est tantum ad eos, qui sunt de notorio nominati, aut notorii Clericorum percussores. De posteriori tantum est quæsitum, ut in Extravag. Ad evitanda in d. Conc. Constantiensis fiat mentio notorii percussoris Clericorum, sed generaliter notorii excommunicati, ut talis est, ut nulla tergiversatione celari possit, ut non debeat restringi tantum ad notorios Clerici percussorem, sed, uti verba citantur Navarr. d. c. 27. num. 35. sonant, generaliter cum habere in quolibet excommunicato notorio, qui celari nulla tergiversatione possit. Quod ipsum sentit Navarr. d. l. eo, sed consuetudine postea restitutam esse d. Extravag. percussorem Clerici notoriam. Alii tamen d. Extravag. aliter citant, pro his, qui sunt ita notorie excommunicati, seu notorie percussiterit incidisse: legentes, Salvo si quis pro-

sacrilega manuum injectione in Clericum sententiam latam à Canone adeò notoriè constit. incid. &c. Quam lectionem plerique sequuntur, tenentes non alios vi istius Extravag. excommunicatos hodie esse vitandos, quam denuntiatos Clerici percussores. Estque consuetudine ista limitatio recepta, cum videamus passim Catholicos cum hæreticis publicè sine scrupulo communicare, quos vitare hoc tempore vix foret possibile. Vid. Navarr. *Conf. l. 9. 24. De constit. Guierrez 1. Quest. can. c. 2. Suar. de censur. Diss. 9. sect. 2. n. 4. & 5.*

109 Dubitatur autem, Quæ sit ratio restrictionis ad notorium Clerici percussorem? Resp. Specialitatem rationis poni posse tum in maiori favore & securitate Ecclesiasticarum personarum; tum quod percussio scandalum sæpè pareat & in Ecclesia semper sit habita odiosa, & ex se communiter ita sit notorium, ut omnem dubitationem excludat. Ut non possit ista decisio extendi ad hæreticos, quorum factum est gravius quam percussio, tamen in locis ubi fides viget, rarissimum est, ut fiat notorii. In locis verò, ubi fides non viget & numerus hæreticorum est copiosus, vix est ut evitari queant. Et ut non subsit ratio differentia, imò paritas aut maior causa in hæresi, non tamen ea dat sufficiens argumentum extendendi prohibitionem legalem in uno casu expressam ad aliam. Uti nec, sublata prohibitionem in uno casu vel materia, sub certis terminis, etiam in aliis appareat rationis paritas, non est tamen ea sufficiens ad extensionem, nisi accedat voluntas legislatoris. Ita ferè Suar. *d. l. n. 6.*

110 De eo quoque dubitatur, An post sententiam specialem ab homine latam requiratur denuntiatio vel publicatio? Resp. Negare id aliquos, nixos *d. Extrav. ad evitanda*, quæ solum excipit excommunicatos à iure vel ab homine, per sententiam generaliter promulgatam, quam vult ad effectum vitandi talem a iudice publicari vel denuntiari specialiter & expresse: ut videatur hunc effectum habere illa, quæ ab homine est specialiter promulgata. Pro qua parte facit, quod à lege antiqua non sit recedendum, nisi quatenus patet per novam mutata. Contraria tamen sententia est probabilior, scilicet etiam eo casu ad præ-

dictum effectum requiri denuntiationem. Cujus ratio est, tum quod consuetudo, quæ est optima legum interpret, *d. Extrav.* ita sit interpretata, tum quod conveniat fini eiusdem, quippe indultæ ad evitanda scandala ac pericula, & succurrendum timoratis conscientis. Quod continget facilius, posita opinione posteriori, quam priori, cum sæpè non ita sit notorium, sententiam excommunicationis esse latam, nisi & publicata sit. Nec discordat ista sententia à rigore & proprietate verborum *d. Extrav.* quando quidem primò excludat censuram latam per jus aut hominè, ac deinde subjungat de lata specialiter in certam personam, quam etiam vult publicari & denuntiari, ut effectum producat evitandi ligatum: qui ante illam publicationem sive denuntiationem non erit vitandus, ne quidem à iudice aut Parocho qui denuntiationem habet paratam. Nav. *ad can. 1. §. Laboret n. 23. de pœnit. dist. 6. Suar. d. sect. 2. n. 8.*

111 Quid si censura publicetur contra certam personam, sub conditione de futuro, an sufficiat illa ad effectum vitandi personam? R. Eiusmodi publicationem non simpliciter esse talè, aut denuntiationem censuræ; cum sententia tantum sit conditionata, ut impleta conditione, denuò absolute in personam sit publicanda aut denuntianda in particulari, expressa persona. Covarr. *ad c. Alma p. 1. §. 2. n. 8.* Faciet autem ceseri nominatim excommunicatum sententia declaratoria criminis commissi per certam personam, quæ nominatim exprimitur, si illi crimini certum & indubitatum sit annexam esse ipso iure excommunicationem. Covarr. *d. l. n. 9. Suar. d. sect. 2. n. 10.*

112 Quantum ad manifestum Clerici percussorem, talem ponet evidentia facti, talis scilicet, quæ nulla tergiversatione possit celari, aut aliquo erroris suffragio excusari. Unde non erit satis, delictum posse probari per testes aut quod de eo sit publica fama, absque facti evidentia, quia dum in eo statu consistit, nondum potest dici crimen notorium, sed tantum probabile, *c. Tu nos & c. fra. sup. de cohabit. Cler. & mul.* Unde in primis necessarium erit, ut percussio sit commissa coram multis testibus, ex quorum testimonio ita publica fiat, ut celari nullatenus valeat.

Ubi quæri possit, An qui viderunt percussione[m], statim teneantur evitare? Resp. Si taliter sit commissa, ut nihilominus censeatur occulta, propter silentium restium, non tenentur eos vitare, cum non sit manifesta, uti requiritur *d. Extravag.* Quod si ita facta sit, ut moraliter statim sit divulganda, tenentur eos vitare. Priori etiam casu, si non publicè, ne innotescat aliis, saltem privatim est vitandus illis, qui viderunt, postquam ita notoriè constiterit de percussione, ut celari non possit, secundum *d. Extravag.* qua de re plura Suarez *d. sect. 2. num. 21. c. 12.*

De Suspensione.

113 Secunda species Censuræ est Suspendio, quæ proprie sumpta est censura Ecclesiastica, qua minister Ecclesiæ impeditur functiones Ecclesiasticas exercere, aliave spirituali potestate uti. Ex quibus patet, quatenus differat ab Excommunicatione, quæ separat ab Ecclesiastica communione fidelium; minor passiva, major etiam activa, suspensio verò tantum ad functiones Ecclesiasticas se extendit. Unde laicos non concernit, qui ex se sunt inhabiles ad ejusmodi functiones; quos etiam excommunicatio comprehendit, ut hæc operetur omne id, quod suspensio, & amplius. Differt & in eo, quod suspensio feratur & in personas singulares, & in communitatem, ut talis est, excommunicatio verò non nisi in personas singulares.

114 Est autem duplex, alia ab officio, alia à beneficio. Addunt aliqui tertiam speciem, ab officio scilicet & beneficio simul, verum ea non videtur continere censuræ speciem per modum unius, sed duarum, unde supervacua, *c. 2. de off. deleg. in 6.* Simpliciter lata, & de officio & de beneficio videtur accipienda, cum non sit major ratio, de uno accipiatur, quam de alio, & generaliter posita ita accipienda sunt. Et quamvis aliqui negent in jure ferri simpliciter hanc censuram, sive explicatio[n]e ab officio vel beneficio, contrarium tamen patet ex *Clem. un. §. 1. in fine de priv. & præcipue x. Extravag. de priv. inter Com.* quæ suspensionis sententiam simpliciter continet;

ut ad utrumque sit referenda, nisi aliud aliud velint: qua de re latè Suarez *de imp. disp. 25. sect. 2. n. 7. c. p. segg.* Nomine officio intelligitur potestas spiritualis ad adhibendum spirituales exercendum, siue sit Ordinarius jurisdictionis aut administrationis Ecclesiæ; Nomine beneficii intelligitur jus perpetuum ad fructus Ecclesiasticos, ex causa cuiuslibet reuualis.

Est & Suspendio alia Totalis siue Major, alia Partialis: illa aliquibus dicitur Major Minor. Illa ab ordine facta propter ordinem ac muneris Ecclesiastici usum, non citat quod ordine; à beneficio fructuum beneficii perceptionem impedit: hæc verò tantum parte privat (secundum verba determinationis, ut collationem ordinis, beneficii, & ordinationem tantum, jurisdictionem, vel e contra, ut parte fructuum, non omnibus. Est & de Perpetua, alia Temporalis. *Gl. in Clem. 1. suspensio de pœnis.* Quando verò sit totalis, aut partialis, quando perpetua aut temporalis, ex verbis colligendum; ideoque attendentè consideranda, nec extendenda quæ pœnam continent. Unde suspensus ab officio non erit suspensus à jurisdictione, nec e converso, quia ordo quid est distinctum à jurisdictione, non necessariò illi adexus. ut patet *c. Aqua 9. sup. de consec. Eccl.* Suspendio ab officio complectitur & ordinem, & jurisdictionem, ut absolute prolata utroque privet, id est usu ordinis & jurisdictionis. Unde talis suspensus immiscens se divinis sit irregularis, *de sent. & re jud. in 6.* talisque suspensio ab officio loci determinatione lata faciet ubique inhabilem ad officium, ut ne quidem id accipere possit, quia verba simpliciter prolata hoc non seferunt. Nec facit, quod limitatum jurisdictionem habens extra illam non operetur, *c. 2. de constit. in 6.* quia hoc verum est de cetero & per legem communem vel statuta particularia tamen præcepta etiam subdistinguantur extra territorium. Vid. Suarez, *Disp. de sect. 1. num. 9.* Sic & perpetuò durat, doctè autoratur, prolata sine temporis limitatione. *Ibid. n. 13.*

Quæritur, An Suspendio ab officio trahat secum suspensionem à beneficio? Resp. dubitationem dubitandi esse, quod beneficium

tur propter officium; ut ab hoc suspensus, videatur & dicendus ab illo suspensus, ne sine causa beneficium habeat, & accessorium; quale est beneficium respectu officii, sit saluum, principali impedito. Ita tenet *Glof. in c. 4. sup. de Clerico excomm. ministr.* Verius tamen suspensionem ab officio præcisè latam, siue à jure, siue ab homine, per se non includere suspensionem à beneficio, & consequenter non privare fructibus beneficii. Exceptis distributionibus, quæ non dantur nisi adstantibus divino officio, cum debeantur ratione ministerii & adstantentia actualis in ipso officio, ut dictum *sup. De Cler. non resident.* Tenet hanc sententiam *Navar. in summa c. 27. num. 100. Et ibi citati, Abbas & alii in Clem. Cupientes de poenis Et in c. Apostolica sup. de except. Suar. d. disp. 26. sect. 3. n. 4. Avila p. 3. disp. 2. dub. 1. concl. 6. & confirmatur per c. inter sup. de purgat. Canon Ubi licet Ecclesiastica constitutio aliquos tantum ab officio suspendat usque ad purgationem Canonicam, laudat tamen Pontifex eum Prælatum, qui propter criminis enormitatem suspenderit eum etiam à beneficio Ut inde colligere datur, suspensionem à beneficio non includi sub suspensione ab officio, nisi exprimat, frustra enim alias ibi ex facto laudaretur Prælatum. Ratio est, quia poenalia sunt strictè interpretanda. *Navar. Conf. 41. num. 2. de homicid.* Hinc suspensus ab officiis divinis ab iis tantum abstinere, ad quæ ex officio tenetur: ab Ecclesiæ ingressu non arceatur, neque quo minus interfit divinis officiis, participet Sacramenta aliaque quæ non sunt officii divini.*

117 Q. II. An suspensio ab officio impediat acquisitionem novi beneficii? Resp. Posse quidem ita videri, ex regula generali, qua qui privatur munere vel actu, privatur etiam susceptione eorum quæ ad tale munus vel actum ordinantur *arg. c. fin. sup. de Cler. excomm. ministr.* ubi minor ligatus excommunicatione non eligitur ad beneficium Ecclesiasticum. Videtur tamen non tam irrita collatio quam irritanda, juxta *d. c. fin. eo quod suspensus non tam sit inhabilis, quam prohibitus, Suar. d. sect. 3. n. 7. Et 8. Quod & dicendum de suspensio à beneficio.*

118 Suspensus simpliciter ab Ordine censetur suspensus ab omni Ordinum majorum & mi-

norum usu, cum locutio indefinita æquivaleret ex parte prædicati universali. Non suspenditur autem quis nisi ab ordine jam suscepto: ut suspensio ista per se primò non impediat receptionem ordinis, sed consequenter tantum, quia suspensus ab inferiori consequenter est suspensus ab usu superiorum, si eos habeat, vel si non habeat, impeditur ab eorum receptione, quæ frustra est, cum non detur eorum usus siue exercitium. Suspensus à superiori non manet suspensus ab inferiori, quia poena non extendenda: uti & suspensus à collatione superioris inferiori conferre non prohibetur. Econtra tamen suspensus ab inferiori collatione superioris non confert; censetur enim per consequentiam prohibitus, cum cui non datur minus nec concedatur majus. Suspensio ab administratione non adficit quoad ulum ordinis, quia ista huic adnexa non est. Suspensio cum determinatione certæ actus seu partis jurisdictionis tantum suspendit ab illo actu; quem verba determinantia significant, veluti à collatione beneficiorum *Gl. in Clem. 8. V. suspensi de poenis* Vid. latius hæc tractata apud *Suar. d. disp. 26. sect. 4. per tot.*

119 Q. An suspensio à beneficio operetur quoad officii usum? Resp. Possessionem quidem beneficii manere salvam, fructuum verò perceptionem esse impeditam, non tamen ordinis ulum impediri per talem suspensionem præcisè latam, siue addatur dictio *taxativa Tantum*, siue non. Nam licet beneficium propter officium detur atque ita possit videri, cum, qui non fruitur beneficio, non obligari ad officium, tamen salva manet obligatio officii, quæ comitatur vel causa est beneficii: cujus proprietates est integra, ut & integra sit obligatio. Quod verò beneficii careat commodo, ejus culpa est, quæ non debet liberare ab obligatione ante contracta, quia contra regulam juris culpa cederet lucto peccantis, qui reportaret ex ea commodum. Deinde cum nomen beneficii in rigore non denotet officium, & verba poenalia sint accipienda in rigore, suspensio beneficii non debet extendi ad officium, *Gl. in c. cupientes 16. s. caserum V. beneficiis de elect. in 6.* ubi per textum istum tradit, posse per privationem beneficii suspensos à beneficio compelli ad officium

fi-ium, nisi allegent rationabilem causam Suarez *disp. 27. sect. 1. n. 3. & seq.*

820 Alia quaestio est, Quid in hac suspensione veniat nomine beneficii? R. Omne id veniat quod beneficii late sumpti nomine venit, sive simplex sit, sive duplex, ut dignitas, Rectoria, aut alia id genus. Ut & Episcopatus veniat, qui licet beneficii absoluti dicti nomine non veniat, *Gl. in c. Felicis §. quod si quis V. Pontificalem de poenis in 6.* venit tamen nomine beneficii late sumpti, hac in materia. Non obstante textu in *c. Si compromissarius 37. de elec. in 6. & c. Quia periculosum 4. h. s. in 6.* ubi sententia suspensionis à beneficio non tangit Episcopos *Gl. ibi V. officii*: nam ibi agitur de suspensione lata in universali contra aliquid agentes, quam concernere etiam Episcopos periculosum est, propter Pontificalis officii executionem, *d. c. 4. & Gl. in d. c. 37. V. de jur.* Unde taliter lata non tangit Episcopos, si non exprimat, Suarez *d. l. n. 16.*

Q III. An & pensiones concernat? Resp. 121 Certum est illas, quae dantur titulo spirituali; quales sunt loco beneficii, etiam venire eo nomine, easque suspensione à beneficio contineri: dubium tantum esse de illis, quae non dantur titulo spirituali, nec sunt beneficium Ecclesiasticum, cum non sint jus perpetuum, ut est de ratione beneficii. Ut suspensio à beneficio non videtur eas concernere, cum sit poena, non extendenda ultra verborum proprietatem, & pensio talis proprie non sit beneficium. Nec facit, quod excommunicatio privet huiusmodi pensionibus, quia ista privat omni communicatione spirituali: percipere autem istas pensiones nomine beneficii resignati est quaedam communicatio spiritualis. Suspensio vero à beneficio non privat omni communicatione, sed ejus fructibus, ut tales sunt: pensio autem non pertinet ad fructus ut tales. Vid. Suarez *d. sect. 1. n. 15. & Disp. 13. sect. 1. n. 7. & seqq.*

122 Q IV. An suspensio à beneficio concernat universaliter beneficia omnia? R. Et Pontificem & Episcopum suspendere posse Clericum suum ab omnibus beneficiis & officiis quae habet etiam alibi, si ferat criminis gravitas. De Pont. patet, propter ejus universalem jurisdictionem. De Episcopo posset du-

bitari, ex eo, quod ille actus excedat jurisdictionem Episcopi particularis, qui extra territorium non operatur, *l. fin. D. de jurisd. Dicendum tamen & huic posse suspendere suum Clericum ab iis beneficiis, quae alibi habet. Non obstante d. l. fin.* quae tantum procedit in casu, quo sententia fertur in beneficium alibi existens non etiam in casu, quo fertur in personam subjectam, & in quam est jurisdictionis, quae judicatur indigna beneficio, non tantum uno in loco, verum & in alio, ut procedat excedatur territorium. Quo facti distinctio ICti in *l. Ex ea D. de postul.* propter infirmitatem prohibentem postulare uno in loco nec posse alibi ad postulandum admitti, quia ipsa poena est inhabilis facta; prohibentem autem in uno loco postulare, citra infirmitatem curam, alibi non prohiberi, quia persona sit integra, Abbas in *c. Pastoralis 33. §. verumnum 20. & c. sup. de appellat.* Est autem distinctio inter sententiam Pont indefinite positam & Episcopi, quod scilicet illius, si aliunde non limitetur ex verbis aut causa, intelligatur universalis, propter universalem ejus jurisdictionem, Episcopi vero absolute posita, si simpliciter nihil declaretur, restringenda sit ad beneficium territorii sui, quo concluditur ejus jurisdictionis. Idem de statuto dicendum. Abbas *d. l. n. 21. Suarez d. sect. 1. n. 17. & seq.* Attendendum tamen, quid hac in parte consuetudo habeat permittat.

Effectus suspensionis à beneficiis, est non tam privare beneficii proprietate, quam per totum fructuum perceptione, & impedire, ut fructus suos faciat; uti dictum supra *eod. n. 10.* Et hoc quidem quoad futuros; nam perceptus non addit suspensio; uti nec illos, ad quos jus propter servitium praeteritum est quantum, etiam si necdum sint percepti. Nam est merè per accidens, quod reali possessione non sint acquisiti, ut circa eos nihil debeat operari suspensio.

Ubi quaesitum, An suspensio à beneficio debeatur quotidiana distributiones? Resp. 123 posse videri, eo quod suspensio à beneficio non censetur suspensus ab officio, ut distributiones, quae nomine officii, id est adstantia corporalis in Choro dantur, non possint non competere nomine beneficii, Contra tamen d.

eendum, scilicet & illas comprehendi sub suspensionis effectu, ut recte tenet Glof in *Clem. 2. V. suspensus sup. de vita & honest. Cleric.* quam alii sequuntur, e ratione, quod & hæc debeantur intuitu beneficii. Et licet immediatè dentur, propter adfidentiam vel officium exhibitum, non tamen citra titulum beneficii, sine quo officium non est sufficiens ad lucrandas distributiones, ut sint veluti eius pars; & suspensio beneficium concernens etiam eas tamquam partem concernat. Aliud est in distributionibus, quæ non spectant ad titulum beneficii, eiusve fructus, nec ullo modo illis adnexæ, sed extraordinariè à fidelibus offeruntur tamquam elemosyna, ratione Missæ, anniversariorum, aut alia pia devotione: nam hæc fructuum beneficii nomine non comprehenduntur, nec ad eas pertinebit suspensio, nisi consuetudine vel auctoritate superioris fructibus beneficii imputentur, tunc enim non spectanda origo, & ut beneficium ipsum, ita & hæc censentur suspensæ. *Navar. Conf. 13 De Clericis non resid. Suarez d. sect. 1. num. 19.*

125 Est & questio, An suspensio ista impediatur Episcopum à collatione beneficiorum? R. Id videri: ex eo, quod collatio beneficii sit quidam fructus Episcopatus, *Gl. fin in cap. cum olim sup. de majorat. & obed.* Ubi non rectè quis obijcet, non esse fructum pretio æstimabilem, quod gratis fieri debeat; nam hoc non facit, quin sit æstimabilis, ut in simill tradit *Navar. in Comment. Can. si fueraveris XLV. q. 3. notab. 9. n. 17.* Et ut sit inæstimabilis pretio, nihil tamen hoc faciet, cum suspensio à beneficio simpliciter fiat, nec admittat istam limitationem. Dicendum tamen, collationem improprè dici fructum Episcopatus, & revera pertinere ad eius officium, cuius est actus, non etiam beneficii. Non concernere autem suspensionem à beneficio ipsum officium paulo ante dictum est. Unde & suspensio à beneficio actu eligendi hoc ipso non est privatus, ut dictum supra *De elect. num. 15.* nam hic actus est magis officii, quam beneficii. Non obstat *c. quisquis 43. sup. de elect.* quia ibi non dicuntur privati iure eligendi ratione suspensionis à beneficio, sed quia indignum elegerant, & quidem pro ea vice tantum. *Vid. Suarez d. sect. 1. n. 33.*

126 Spectat & hoc ad effectum suspensionis quod in iis, à quibus est suspensus sit vitandus Clericus ab aliis fidelibus. Quod hodie tantum procedit in eo, qui est denunciatus, secundum *Extrav. Ad evitanda, de qua sup.* nisi tamen urgeat causa necessitatis. Quod si tolleretur, non est vitandus. Non possum tamen provocare non paratum, nec se ingentem ad actum jurisdictionis, à quo prohibitus, quia hoc foret cooperari eius peccato, quod contrahitur contraveniendo præcepto Ecclesiæ aut iudicis, non sine labe cooperantis. *Vid. Avila p. 3. disp. 2. Dub. 4.* Dicta de effectu suspensionis verè sunt, si sententia debita formata sit prolata, qua de re sup. in princ. h. t.

De Interdicto.

127 Tertia Censuræ species est Interdictum, quo verbo (derivato ab Interdicendo, generaliter sumpto denotatur prohibitio à superiore facta. Notum hoc & legibus & Canonibus, apud Juris consultos tamen non tam à prohibendo dictum videtur, quam quod inter duos dicatur, *Instit. de Interd. §. 2.* quamvis & in jure civili accipiatur ista vox pro prohibitione. *D. de interd. & releg. c. l. 1. D. de curat. furios. dando,* & in Latino sermone ea significatio frequentior. In hac etiam materia sumitur pro prohibitione usus bonorum Ecclesiasticorum. Ut sit censura Ecclesiastica prohibens usum quarundam rerum spiritualium, ut fidelibus communem, quatenus talis. Distinguitur ab Excommunicatione, quæ privat quidem usum rerum sacratarum, non tamen quatenus est usus rei sacræ, sed quatenus est communicatio cum aliis fidelibus: ut privee communione non tantum in divinis, verum & humanis. Interdictum verò solum privat usu rerum sacratarum, non tamen omnium, sed tantum expressarum, secundum modum in jure declaratum, & quidem formaliter per se atque independenter à communicatione, cum aliis. A Suspensione differt, quod ea privee quidem aliquo usu, non tamen ut communi sed ut proprio alicujus potestatis Ecclesiasticæ, seu ut ministerio ex officio: & quidem activo

Cl-

Clericos tantum ; interdicitum verò etiam passivo , etiam laicos concepiens . Sic non dicitur Missa tempore interdicitum , nec confertur sacra Eucharistia ; nisi aliud exigat necessitas , neque alia Sacramenta conferuntur . Sacra Unctio ne quidem tempore interdicitum datur , cum tunc tantum sit eius usus , *cap. quod in se sup. de pœnis. Gremiss.* Ordinis quoque interdicitum susceptio tam quoad laicos , quam quoad Clericos , cum locus sit interdicitus quoad utrosque , Matrimonium simpliciter non celebratur , quod licet ad contractum pertineat , præcipua tamen eius vis est in Sacramento , ideoque idem in eo , quod in aliis Sacramentis , cum non excipitur , quamvis contractum teneat , *Gl. in c. Alma V. Sacramentis h. t. in 6.* & hodie quidem secundum formam Trid. de qua sup. De clandest. matrim. Excipitur bapulumus , *quoniam eod. in 6.* quod dicitur necessarius ad salutem , & plerumque periculum sit in mora . Excipitur & confirmatio , ex parti ratione , *d. c. quoniam* : nisi tamen ipsa persona sit interdicitus , aut interdicitum causam dederit ; nam cum talis excludatur à Sacramento Pœnitentiæ , donec satisfecerit , à fortiori erit incapax Sacramenti , cuius pœnitentiæ est præparatio . Pœnitentiæ quoque Sacramentum non denegatur tempore interdicitum , propter necessitatem periculo vicinam . Vid. de his latius Covar. in c. Alma p. 2. §. 2. n. 7. Suarez. de Censur. Disp. 33. sect. 1. per tot. Avila p. 5. Disp. 4. Dub. 8. *et seqq.*

218

Interdicitum variæ sunt divisiones . Prima est , quod aliud sit Canonis , aliud hominis , quod de re actum supra in princ. h. t. de censuris in genere . II. Aliud Locale , aliud personale . Hoc dirigitur immediate in personam , cui interdicitur certus rerum divinarum usus . Illud fertur in locum , in quo divina officia fieri prohibentur , qui ut est capax alicujus sanctificationis , ita & inhabilitatis ad divinum officium , ut dictum sup. De consecr. Eccles.

III. Locale aliud est Generale , aliud Speciale ; *cap. Presenti h. t. in 6.* ubi agitur de generali interdicitum locali : & c. cum in partibus 17. inf. de V. S. ubi sit mentio & generalis & particularis . Illud fertur in locum generalem plura particularia loca sub se continentem , cu-

jusmodi est regnum , Provincia , Diocesis , Civitas , Castrum , ex causa continentis interdicatorum , *d. cap. 17. et ibid. Gl. Speciale* : est quo hæc vel illa Ecclesia interdicitum imponitur , veluti una parochia , cui non sunt subjecta alia loca , quia si alia loca habentur , spectabit ad interdicitum generale . Quod interdicitum loco aliquo generatum , excipitur una aut altera Ecclesia , non licet interdicitum esse particulare , cum non minus generale habeat objectum , nec fertur interdicitum particularem , uti fertur particularem del generaliter in locum . Vid. plura de hac definitione apud Suarez Disp. 32. sect. 2. num. 4. *et seqq.*

IV. Potest & personale dividi in Speciale & Generale . Illud fertur in singularem personam , unam sive plures , dummodo ad singulos per se tendat ; hoc vero fertur in universalem aut collegium , populum . Quod interdicitum addicit singulas personas , quoad partes communicatis , in quam lata est , *si quis 16. eod. in 6.* non etiam eas , quæ extractæ sunt , cum pœna non extendatur extra illam , cui infertur . Hinc interdicitum Clero non potest conferri interdicitus populus , nec è contra *d. 16. Nam licet nomen Populi ex rigore significacione comprehendat omnes homines congregationis , & laicos & Clericos ; nam iuxta usum Ecclesiæ ; & huius juris , populus simpliciter dictus solet pro laico accipi , & Clero distingui , qui sub eo interdicitum comprehenditur , si aliud non habeat decretum . Familia Episcopi interdicitum , & Clerici de loco comprehenduntur , cum & laici sine de loca : & interdicitum Doctoribus etiam Clero Doctores censentur interdicitum , cum contra Doctoris sit communc & laico & Clero Suarez d. sect. 2. n. 13. *et seqq.**

Effectus interdicitum , sive localis sive personalis est , I. Usus Sacramentorum privatio , quod de re diximus sup. eod. Ubi dicitur ponenda inter locale & personale : nam illud generale in civitatem latum , propter delectationem domini , facit quidem eo in loco civitatis sacros non admitti ad divina , alibi tamen interdicitum sine noxa ; hoc vero facit , quod eodem alibi eos interesse divinis , *d. cap. 17. Ratio differentie est , quod hoc interdicitum*

singulas personas liquet, illud verò locum adficiat.

130 Quid si aliquis habeat duo domicilia, unum in loco, ubi populus est generaliter interdictus, aliud in loco non subiecto interdicto? Resp. Aliquibus videri, satis esse respectu habitacionis unius loci esse impositam poenam, eamque obligare, nec exulare domicilium alibi habitum: rectius tamen dici, non teneri, propterea quod non sit major ratio, cur sentiat onus unius communitatis, quam libertatem alterius, cum utriusque sit pars, & in poenalibus in mitiorem partem inclinare debeamus, *c. Odias de R. l. in 6.* Nisi tamen actu in territorio populi interdicti habitet; nam pro tunc est major ratio, cur sentiat onus illius populi, illique conformetur. Ita Suarez *d. sect. 2. n. 16. securus Sylvest. V. interdictum 2. n. 13.*

131 Q An Clerico interdictio censentur comprehensio & Religiosi? Resp. Eos in favoribus quidem sub nomine Cleri contineri, non etiam in poenalibus: attamen cum in *d. c. 16.* dividatur loci alicujus communitas in Clerum & populum, ut Religiosi non sub populo, sed sub Clero comprehendantur, dicendum & eos Clero interdictio generaliter comprehendi. Covarr. *ad c. Alma p. 2. §. 1. n. 8.* Verum vox Cleri interdum strictius sumitur, interdum generalius, ut materia subiecta & circumstantia sint spectanda: Suarez *d. sect. 2. num. 17.*

Generale loci interdictum etiam in locis ejus particularibus suum habere effectum est dicendum, in iisque servandum. Unde interdicta diocesi, Ecclesie, & alia loca particularia, Capellæ, & similia interdictio subiacent: item & cœmeterium, *c. civitas 17. h. 1. in 6.* ubi interdicta civitate etiam suburbia censentur interdicta, de cujus intellectu Vid. Suarez *d. sect. 2. n. 23. §. seq.*

132 Quæri hic posset, An interdictio generali contineantur etiam loca exempta? Resp. Ita dici verius, *arg. d. c. 17. eod. in 6.* in quo dicitur loca distantia, quia contineantur sunt, comprehenduntur interdictio, ut multò magis dicenda sint concludi loca in ipsa civitate interdicta inclusa. Quo modo & Regulares tenebuntur ad observantiam interdicti positi per

Ordinatum. Trid. Sess. 25. c. 12. de Regularib. Quamvis per speciale interdictum talis locus non possit adfici censura, quia non subiectus.

133 Quæsitum & illud, An interdicta diocesi, censentur & Ecclesia Cathedralis interdicta? Resp. Negativam posse videri, *arg. c. Quamvis de praben. in 6.* ubi cui gratia facta est, ut de beneficio provideatur in aliqua Ecclesiarum diocesi, dicitur non comprehensa Cathedralis. Verum hoc ibi specialiter illo in casu dispositum, ut non debeat extendi ultra casum, & dicendum sit Ecclesiam etiam Cathedralis censeri interdictam; cum ratio non sit, cur excipiat caput, quod sub tota continetur. Ita Suarez *d. sect. 2. num. 12.*

Speciale interdictum tantum comprehendit ipsum locum, non etiam contiguum, nisi sit adnexus & accessorium illius. Sic interdicta Ecclesia, etiam cœmeterium illi contiguum censetur interdictum. Dixi, nisi sit adnexus; nam contiguitas non facit unum alteri esse accessorium. E contra, loco adnexo interdicto, non adficiuntur principales, quia principale non adficiuntur vitio accessorii. Imò ne quidem pars principalis loci interdicta ipsum principalem locum adficiat, quia poenæ non ampliandæ. Vid. Suarez *d. sect. 2. num. 27.*

134 Ex dictis patet esse diversitatem inter interdictum locale & personale. Nam illud generale non infert hoc generale nec è converso, saltem per se, quia aliud exprimi potest. Probatum prior pars quia per interdictum locale solum prohibentur homines loco isto audire divina, aut celebrare, non etiam extra, dummodo non dederint causam interdictio. Patet ex *d. c. si sententia 16. eod. in 6.* ut ex vi ejus non interdicantur personæ. Posterior pars probatur per *c. 1. de usur. in 6.* ubi post interdictum personale generale additur locale, propter contumaciam personarum: quod frustra fieret, si esset conjunctum personæ. Hanc sententiam tenet Navar. in *Summa c. 27. n. 167.* quamvis in diversam sententiam eat Covarr. *2. Var. c. 8. circa fin. §. ad d. c. Alma p. 2. §. 1. num. 7.* motus textu in *c. Quod nonnulli 25. sup. de priv. quod*

expressè loquitur de localigenerali, non etiam de personali. Vid. Suarez *d. scilicet. 2. num. 31. c. 32.*

Interdicto quoque speciali personali non inferatur locale speciale; nam interdicto Clero, non censetur interdicta Ecclesia, in qua ab aliis rectè celebrantur officia, cum prohibitio personarum locum non concernat. Covarr. *d. loco.*

235 Dubium est, An & è contra locale speciale inferatur personale speciale? R. Possè id videri, nempe, ut personale tantum comprehendit personam, non locum, ita vicissim locale non comprehendit personam, secundum dicta de interdicto generali. Contra tamen dicendum, saltem quoad Substantiam & effectum, eum locale non feratur nisi supposita culpa alicujus, qui divinis interesse prohibetur, ut aperte colligitur ex *d. c. si sententia*, in verbis, *qui culpabiles non existunt*. *Et c.* ubi à contrario colligere datur, eos, qui sunt culpabiles, non posse etiam alibi interesse divinis alias exceptio ibi posita nihil operatur. Quod & videtur dici posse de interdicto locali generali, quod scilicet virtute semper includat interdictum personale speciale, ex jam dicta ratione, eum omne interdictum locale fundetur in dicto personarum alicujus, vel plurium, quæ acerbius puniendæ sunt; personale autem non concernat locum, qui ejus causa non est. Suarez. *d. scilicet. 2. n. 34. c. 31.*

236 Secundus effectus est Prohibitio divinorum officiorum, ut Horarum Canonicarum, &c. inter quæ præcipuum locum tenet sacrificium Missæ. Quæ prohibitio cum moderatione sumenda est, scilicet ne consuetudo more fiat, sed modo à jure præscripto, qui diversus secundum diversa interdicta. Et quantum ad interdictum locale, illud divina officia in loco celebrari impedit. * Excepto Missæ sacrificio, quod permissum necessitatis causa, ad concipiendam sacram Eucharistiam in Mariam & solatium ægrotorum, cujus renovatio fieri nequit, nisi in sacrificio Missæ. Cum autem ista necessitas in arbitrio consisteret, pro ratione necessitatis, melioris ordinis causa statutum postea fuit, semel in hebdomada sacrificium Missæ dici tempore interdicti in singulis Ecclesiis, causa concipiendi Corpus

Domini, quod non negandum cum poenitentia decedentibus, *c. permittimus 17. h. 1. d. de vatis tamen circumstantiis, quæ maxime videntur. Postremo, propter magna necessitatem, quæ ex hac prohibitione loquatur permissum celebrare Missam temporè interdicti singulis diebus, in Ecclesiis & Monasteriis, *c. Alma mater eod. in 6. Adhibere tamen his circumstantiis, I. Submissa voce fiat, ne à prohibitis audiat extra Ecclesiam, *c. quod in 19. sup. de poenit. c. remiss. Quæ ratione prohibitum adhibere cantum, non cum alta voce legi, ut ab adstantibus audiri possit. II. Januis clausis; in eundem sensum, ne ab exclusis audiat & videatur. Unde Janua integrè sint oportet. Hinc & in Clavis fenestras aperire, aut januas personarum tempore interdicti dicitur spectare ad violationem interdicti. III. Non pulsatis campanis ex ratione, quod cum communis poenitentia non sit admittendus ad officium Missæ, nec etiam convocari debeat per campanas, ut etiam alia signa publica. Ubi etiam dicitur parvulæ campanæ pulsam, quo non tantum Missam convocantur, quam excitantur nuntii ad attentionem & adnotantem Corporis Domini, prohibitum est cum regulariter facile audiat extra Ecclesiam. IV. Excommunicatis & interdictis personaliter exclusis. Excommunicatos etiam non spectat propriè ad hunc locum, cum non solum interdicti, sed alio quovis tempore excludantur, non tantum ab officio Missæ, sed ab omni communicatione. Ad interdictum hæc pæna pertinet, & eos, qui interdicti consilium dederunt, consilium, auxilium, favorem præbentes.***

Ubi quaeritur, An laici non excommunicati aut interdicti admitti possint? Responsum id posse, per *d. c. Alma c. d. c. quod in 19. sup. de poenit. c. remiss. Quæ inter conditiones ponunt excommunicatorum & interdictorum, nisi non excepti sint admittendi, ex regula. Quæ docet, exceptionem firmare regulam in non exceptis. Verum in contrarium ista consuetudo, quæ est optima interpretis, non admittens laicos nisi privilegiatos & communis opinio, fundata secundum aliquos in *c. 11. de priv. in 6. quod tamen loquitur**

rum de privilegio concessio aliquibus specialiter, ut apparet ex Tit. sub quo positum: quavis referri possit ad privilegium commune per d. c. alma. Probatum directius ista communis sententia per Clem. 3. eod. ubi reprehenduntur Fratres Minores, qui ad Missas audiendas admittebant eos, qui erant tertii ordinis exclusi aliis externis; quod quia generabat scandalum, Pont. & illos excludi mandat. Ut ex eo colligatur, laicis esse interdictam presentiam in Missæ sacrificio: quamvis casus necessitatis, ut quia Sacerdos non habeat alium ministrum, faciet eum & laico uti posse, nisi sit ex specialiter exclusus. Præterea probatur id ipsum ex d. c. licet, ubi frustra privilegium requireretur in singulari persona, ad licite audiendam Missam tempore interdicti, si id ei permissum foret jure communi. Vid. Covarr. ad d. c. alma p. 2. §. 4. n. 4. & s. late Suar. disp. 24. sect. 1. n. 21. & seqq.

139 Ceterum privilegium concessum singulari personæ faciet etiam eius domesticos licite admitti ad Missam secundum d. c. 11. et ibi conventui datam privilegium non communicetur cum eius familiaribus. Cujus ratio est in eo, quod singularem personam solent domestici & familiares comitari, non etiam ipsum Collegium aut Conventum. Ubi per familiares etiam intelliguntur illi, qui licet Domi non habitantes solent tamen comitari. Nav. d. c. 27. n. 181. Et hoc accipiendum, quatenus principalis persona interest personaliter Missæ, quia illius respectu concessum id eius comitari, cui per se idem non est concessum. Unde, Domino non comparente, non est licitum comitari Missæ interesse. Accipienda autem hæc de illis familiaribus, qui non sunt accepti in fraudem interdicti, arg. c. fin. de v. s. in 6. quia fraudibus est obvian-dum Navar. d. loco n. 180. Idem privilegium competere habentibus Bullam Cruciatæ non est dubitandum, etiam quoad familiares, ex dicta ratione. Quorum nomine aliqui etiam uxores comprehendunt; filios, nepotes, eorumque famulos, quibus contradicit Navar. d. n. 181. Cujus ratio est, quod in his cesset causa, ne scilicet privilegium reddatur inutile illis, qui non possunt incedere decentes sine comitatu, quæ tantum obrinet in iis, qui

solent comitari. Plura hæc de re Avila p. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 7.

140 Secundus hic effectus obtinet quoad laicos non habentes privilegium, non etiam quoad Clericos non excommunicatos aut interdictos, & qui non dederunt causam culpabilem interdicto, qui possunt interesse sacris, etiam tantum primam habeant tonsuram. Ubi nomine Clericorum non tantum veniunt Clerici eius loci, sed externi, etiam Religiosi, & quidem novitii, etiam foeminae, Navar. c. 29. n. 95. & d. c. 27. nu. 175. cum d. c. Alma concedat celebrari officia divina, ut id censi debeat concedere omnibus ministris Ecclesiæ quorum est officium istud, quod & est Clericorum primæ tonsuræ novitiorum, & foeminarum, qui officium una celebrant. Clerici conjugati, licet cum unica & virgine, etiam tonsuram & vestem clericalem detinentes, excluduntur, qui licet gaudeant privilegio Canonis & fori; quoad hoc tamen, de quo in presenti agimus, habentur seculares Navar. d. c. 27. num. 174. Covarr. ad d. c. Alma p. 2. §. 4. n. 5. illat. 10. Nisi tamen sint adscripti aliqui Ecclesiæ, secundum Trid. Sess. 23. c. 6. de refor. Nam ratio, quare excluduntur, est, quia non sunt ministri altaris: ut, si sint deputati altaris ministerio, debeant gaudere isto privilegio.

141 Patitur effectus iste exceptionem in quatuor anni festivitibus, scilicet Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes & Assumptionis B. Virginis, quibus suspenditur interdicti effectus, potestque dici Missa solemniter, admissis etiam interdictis. Illis tamen, quorum causa interdictum est prolatum, accedendi ad altare, id est communicandi, non est licentia, aut etiam offerendi, & hoc, ut ad humiliationis & reconciliationis adfectum facilius inclinentur, d. c. Alma, Suar. d. sect. 1. n. 37.

Facit & interdictum locale, eo durante, Ecclesiasticam non concedi sepulcrum. Quam concedens in casibus jure non permissis, uti & nominatim interdictum sepeliens in loco sacro, excommunicatur, Clem. 1. de sepult. etiam si sit corpus pueri aut amentis, quales licet non sint excludendi à divinis officiis, ut tenet Covarr. d. p. 1. §. 4. n. 5. illat. 12. quia non sint capaces Ecclesiastici præcepti, & faciat defectus



sensus eos moraliter non adfistere divinis officii: tamen sepeliri tempore interdicti nequerunt in sacro. Ratio diversitatis est, quia per interdictum locale redditur Ecclesia incapax quodammodo ad recipiendum cadaver humanum, ut ex parte ejus sit prohibitio, & corpus infantis aut amencis, cum sit humanum, non possit ibi sepeliri. Divina verò officia directe prohibentur ipsis interdictis, ne audiant illa, qui non alias iis comprehenduntur, quam quatenus usum rationis habent. Est & Clericis concilium, ut non interdicti, seu qui interdictio causam non deducunt, sepeliri possint in cœmeteriis, citra pulsum tamen campanarum, *d. c. quod inter 11. sup. de poenit.*

142 Interdictum personale impedit divina officia coram interdictis dici, cum dicantur excommunicati & interdicti ab iis excludendi. Sepultura etiam Ecclesiastica iis negata. Sub quibus & continentur, qui interdictio causam deducunt, favore, consilio, auxilio, *c. licet 11. de privil. in 6.* Ita ut ne quidem alibi possint interesse divinis, aut percipere Sacramenta, si particulariter sint interdicti, sive sub interdicto generali comprehensi, *c. si sententia 10. h. t. in 6.* De sepultura Ecclesiastica quod dictum, omnino obtinet in interdicto personarum, ne quidem Clerico: non obstante *d. c. 11.* quod agit tantum de locali interdicto, quod tantum moderatur loci interdictum, non etiam personarum.

143 Dubium est de interdicto generali, an impediatur sepultura Ecclesiastica? Respondendum. Affirmativam nisi *d. c. 16.* quod habet, interdictum generale ligare singulas personas ut ne quidem alibi divinis intersint. Verum cum in eo divina quidem officia & Sacramenta prohibeantur, non etiam sepultura possit potius pro negativa parte adduci: quam & juvat *d. Clem. 1. de sepult.* ubi agitur de prohibendis interdictis nominatim. Ad idem facit textus in *cap. ut privilegia sup. de privil.* ubi etiam fit mentio de deneganda sepultura nominatim interdictis. Secundum quos textus accipiendus est text. in *c. Episcoporum de privil. in 6.* Videtur & hanc partem adjuvare *Extravag. ad evitanda*, Martini V. quæ tantum nominatim excommunicatos & interd-

ictos vult vitandos esse: quamvis in illa Extravag. Pontifex exprimat se in nullo recedere ipsos notatos censura. Vide Suarez *Disp. 3. sect. 3.*

Quibus modis Censura cessat.

Dicta de Censuris, eorumque effectibus continentur; primo, quatenus iudicia et Canonem non abrogatum, vel per sacrum aut præceptum ejus, cui tempore censuræ infligæ erat jurisdictio. Dico, non abrogatum; nam licet Canonis aut constitutionis vis per se sit perpetua, abrogari tamen potest per constitutionem posteriorem, aut consuetudinem, ut dictum sup. *de consuet. non. 17. de consuet. num. 12.* Etiam hæc in materia cum censura sit juris humani, licet potestatem ferendi sit ex jure divino, immo etiam originem à Deo trahens. Dico, Cui tempore censuræ infligæ erat jurisdictio, quia et dependet censuræ valor, ut necessario addebat eo tempore, quo præceptum vel sententia suam operatur effectum, quia aliter erit utpotè causa fundamentali decessu. Nam ut censura lata non habente jurisdictionem invalida est, ita & lata pro tempore non est habiturus jurisdictionem, cum appropinquata sint, fieri aliquid tempore non habet, ad tempus inhabile refertur. Hinc si post sententiam aut præcepti mortuus fuerit, aut munere defunctus iudicis, eo tempore quo conditio, sub qua lata censura, caperit, reus ea non notabitur: expirat enim morte mandantis mandatum re integra. Vide Suarez *de Censur. disput. 3. sect. 4. num. 17. seqq.*

Ex eadem ratione ejusmodi censura non comprehendit eum, qui mutavit domicilium ante existentem conditionem, cum extra jurisdictionem ejus, qui censuram infligit, sine qua non potest habere effectum, transferatur tantum in subditum, *cap. 5. h. t. in 6.* hoc, quatenus censura respicit actum personarum, sine ordine aut habitudine ad præteritum. Nam si præteritum respiciat, & commissum tempore prioris domicilii, ejus non

tatio non proderit reo, qui secundum quid manet subiectus iudici priori, scilicet quoad causam iam positam: veluti si quis delictum commisit, aut damnatum dedit, cuius satisfactio ipsi præcepta intra tempus, sub censura ipso facto incurrenda; tunc enim licet ante lapsum tempus mutet domicilium, obligatus tamen manet priori præcepto, & in defectu existens incurrit censuram, cum maneat subiectio quoad causam: alias mutatio domicilii eaderet in fraudem censuræ & Ecclesiasticæ jurisdictionis, Idem erit, si nullum quidem delictum præcesserit, causa tamen præcessit, cuius nomine in iudicium quis vocatus sub censura, quam non effugiet reus mutatione domicilii, cum maneat subiectio quoad talem causam, *c. fin. sup. de foro comper. c. l. si quis 7. D. de iudic. Et hoc, si fraudis subit, nam si iusta causa mutationem caussaverit, uti superioris auctoritas, aliud vult dicendum Bart. ad l. 1. n. 3. D. de pænis. Censura jam instricta minimè tollitur mutatione domicilii, cum esse perfectum non habeat, & non dependeat amplius à iudice, qui illam tulit. Unde non potest dici cessare per ablationem domicilii, sed est alio auferenda modo ordinario, scilicet per absolutionem, Abbas in c. à nobis n. 12. h. t. Plura Suarez d. disp. 3. sect. 5. c. disp. 38. sect. 1. n. 9. c. seqq.*

Quantum ad censuram à lege latam, licet sub conditione, non infirmatur morte legislatoris, quia lex, cum feratur nomine communis, per se est perpetua, fertur enim à legislatore referente communitatem, quæ non desinit esse per mortem legislatoris. Quæ aliter se habent in censura lata per sententiam quæ non est perpetua, sed dependet in fieri & in esse à iudice, qui proinde etiam talis esse debet eo tempore, quo censura infligitur, Idem dicendum, si sententia lata ab homine sit nulla; ut quia continet intolerabilem errorem aut propter omisssam monitionem. Navarr. e. 27. n. 4.

Secundo, ut procedat censuræ effectus, oportet sententiæ aut præcepti effectus non sit suspensus per appellationem, debito modo & tempore interpositam. Nam effectus iste sistendi vigorem sententiæ in aliis casibus competens, non potest hoc in casu denega-

ri. Quod tamen accipe, si censura sit lata sub conditione, quo in futurum quid committitur, non etiam simpliciter & absolute lata fuerit: nam cum talis executionem secum trahat, ab ea frustra appellatur, saltem quoad effectum suspendendi censuram, *cap. is cui 20. h. t. in 6. c. Pastoralis s. verum sup. de appellat. Quod & de ea, quæ continet conditionem, si antequam appelletur intra decem dierum conditio impleatur, nam eius implementum facit censuram absolute latam, atque ita continuo executioni mandatam. Vid. Suar. d. disp. 3. sect. 6.*

Habet & effectum suspendendi censuram, si quis protectioni Sedis Apostolicæ se subiecerit *c. ad audientiam 34. sup. de appellat.* aut iter versus dictam Sedem eo animo susceperit, ut expressum, *c. dilecti 12. d. sit.* Nam per hoc suspenditur jurisdictio inferioris.

Voluntas & consensus ejus, in cuius favorem lata censura sub conditione facit suspensionem executionem censuræ ultra tempus adjectum, V. G. si ei, qui sub censura condemnatus est solvere, creditor intra tres menses ab ipso editore prorogetur tempus: pro quo ut tollitur causa censuræ, ita & ejus effectus sistitur, ex mente superioris, qui voluit creditori provisum, qui potest juri suo præjudicare, atque ita facere, ne debitor sit contumax. Ita Suar. d. sect. 6. n. 8.

Ubi posset dubitari, An debitor ante lapsum terminum prorogatum non solvens incidat in censuram? Respondendum, posse videri, non incidere, ob cessantem voluntatem superioris, quæ tantum restricta ad certum tempus, cuius effectus impeditur per creditorem, nec, ut incuratur postea, ponitur nova causa cessante voluntate superioris, & non sufficiente voluntate creditoris in termino prorogato. Probabilius tamen postea reum cessantem in solutione incidere in censuram, eo quod prorogatio termini faciat censeri eundem terminum esse, qui ante datus; quia prorogatio existimatur fieri sub eadem conditione, *l. si cum dies 22. al. l. quid tamen 23. §. si cum dies D. de recept. qui arbit. c. l. sed et si D. de precario,* non tam ad finiendam quam differendam solutionem, ex consensu Judicis, qui noluit profecti solutionem ultra tres menses,

invito creditore. Qui licet prorogando terminum concesserit, tamen ubi incipiet esse invitus, non secuta solutione iatra terminum prorogatum, impletur conditio in sententia iudicis posita, & locus est censurae, in eius eventum infligitur. Ita ferè Suarez d. loco num. 21.

III Excusata censura ignorantia inculpabilis præcepti Ecclesiastici, cui censura est adnexa, c. 2. de consuet. in 6. ubi statuta Episcoporum non ligant ignorantes, si ignorantia eorum non sit crassa aut supina, extraxione, quod talis ignorantia excuset à culpa, ergo & à censura. Probatur antecedens, quia talis ignorantia tollit voluntarium, & ponit actum involuntarium, atque ita & tollit peccatum: ut consequenter impediatur censura, quæ præsupponit culpam. Quod omnino procedit in ignorantia facti invincibili, de qua loquitur, c. si vero 4. h. t. ubi percutiens, quem ignorat Clericum; non peccat in Canonem si quis suadente Facti enim ignorantia probabilis est atque excusat. Hinc censura in absentem ab homine lata, licet non feratur nisi in monitum, si tamen monitus illam latam esse invincibiliter ignoret, non ligabit, non solum si tantum temporis necdum sit elapsum, ut pervenire eius notitia ad illum potuerit, verum etiam eo lapsa, modo ille se non occultet, aut non faciat, quo minus adsequatur noticiam, sed bona fide se gerat. Nam licet post monitionem possit suspicari, Iudicem laturum censuram, est tamen ista suspicio insufficientis, cum multis de causis pronuntiationem talis sententiæ contingat suspensi: ut antequam notificetur illi per iudicem, aut dignis fide testimoniiis constet de sententia in se lata, abstinere non teneatur, nec etiam inquirere & diligentiam facere ad habendam noticiam, cum in his, quæ poenalia sunt sufficiat passive se habere ad inflictionem poenæ. Fama etiam publica, si prudenter considerata cum aliis circumstantiis probabilem faciat fidem, onerabit reum ad servandam censuram c. cum desideres 8. secunda V. publica fama h. t. Glof. in c. 5. v. in hoc sup. De Cler. excommunicat. Sibi Abbas. Quod si tales circumstantiæ deficiant, incumbet saltem reo adhibere diligentiam ad inquirendam veritatem.

Vid. Suarez de censur. disp. 4. sect. 3. num. 12. & de legibus lib. 5. c. 12. n. 3. Sanch. De matrim. lib. 9. Disp. 32. n. 23.

Dubium est, An juris ignorantia excuset censuram? Resp. Constitutiones Principum & Pontificum ab omnibus intelligi, nec ignorare eas quemquam debere, uti rescripserunt Gregorius 9. C. de LL. c. 1. pen. C. de iuri. c. si quis ignor. Ideo & publicè promulgari, ne ignorantia prætendi possit: ut tam præcedentem non mereatur excusationem commisi contra legem, Quo facit Reg. juris. Ignorantia facti non juris excusare, c. 13. de R. l. in 6. Verum cum possit dari ignorantia juris invincibilis, quæ transgressionem legis à mortali excuset, quidam excusabit ab eius poena, quæ non ponitur nisi culpa prævia. Non excusabitur tamen, quia talis ignorantia tollit voluntarium, sine quo non est peccatum. Quod tantum procedit in foro interiori, verum & exteriori ex eadem ratione. Nam licet talis præsumatur scientia legis, d. l. pen. ut etiam ignorantia non rectè præsumatur, si tamen probetur sufficienter, quidam excusabit in foro? cum, quo d. culpa caret, non debeat in damnum, & cessante causa, scilicet poenae debeat & cessare poena, ne contingat innocentem puniri. Si ignorantia talis, quamvis non subsit, non probetur, damnaturque idcirco licet in externis teneatur parere, & poenam ferre, in conscientia tamen potest eam non recipere, sed potest omittere, cavendo tantum scandalum. Pro hac opinione asseritur veritas in c. 2. de consuet. in 6. qui licet loquatur de ignorante statutum particulare, in quo aliquid dicta procedere voluit, obtinet tamen veritas in lege generali, ex eadem ratione. Et licet ita, quando ignorantia est & circa legis prohibitionem, & circa poenam appositam & poenam non tantum legis humanæ, verum & divinæ positivæ. Nam licet in hac raris contingat ignorantia, non repugnat canonibus, nec videtur rara inter homines iustos, quibus non est occasio ad comparandam poenam sine eorum culpa, eo quod non habent, unde aut quo modo excusentur à poenitentia divinæ legis comparandam. Vid. Avila p. 2. c. 5. Disp. 5. dub. 7. Suarez. d. loco & de LL. lib. 5. c. 12. num. 5. & seqq. & De LL. lib. 5. c. 12. num. 5. & seqq.

149 Aliud dubium est. Si lex quidem divina aut naturalis sciatur, ignoretur autem præceptum Ecclesiasticum, quod adæxuit delicto censuram. An excusetur ab ea peccans contra jus etiam divinum aut naturalem? R. Probabilem videri opinionem, censuram esse locum, ea ratione, quod ignorantia non sit ejus, quod facit ad malitiam actus, cum sit circa delictum, quod aliquis scit esse prohibitum, si d. tantum circa poenam, quæ tamen est consequens ad delictum: ut proinde volens antecedens, id est delictum, etiam poenam consequentem velle videatur, nec ab ea sit excusandus propter poenam ignorantiam, quæ non excusat ejus culpam, nec reatum. Facit, quod ignorantia poenæ ad summum faciat poenam non esse voluntariam: quod parum refert; cum in h's quæ de se mala sunt, non sit necessitas delinquentem, quæ & qualis poena delicto sit proposita, quo modo homines puniantur poena æterna, quamvis ignorent delictis suis talem poenam deberi. Et fur non est liber à suspensio, quia ignoret furto istam poenam propositam. Quatenus tamen delinquens scit circumstantiam & qualitatem facti causantem vel alterantem delictum, cuius ignorantia excusaret à speciali gravitate, orta ex speciali circumstantia, quam lex principaliter puniri voluit. Sic vasallus non potest dici commississe feloniam insidiando Domino, quem talem ignorat, ut traditum in Tract. Feudali c. XVI. n. 22. Et cognoscens coniugatam, quam putat solutam, à poena adulterii atque ita & culpam, quantum ad facti circumstantiam, Covar. ad c. Almap. 1. §. 10. n. 8. & seq. Quod ut ita procedat in aliis poenis, contraria tamen sententia non immerito in censuris tenenda, quod scilicet iusta ignorantia juris humani, per quod censura proposita est actui jure superiori prohibito, excusationem admittat à censura. Ratio est, quod licet ignorantia ista juris humani non excuset actum à culpa, ut est contrarius juri superiori, excuset tamen illum à culpa, contra legem Ecclesiasticam: ut etiam debeat excusari à poena, quæ culpam solet præsupponere & in materia censuræ contumaciam, quam cessare facit ignorantia iusta. Quo facit d. c. 2. de consuet. in 6. ubi ignorantia præcepti Ecclesiastici excusat ab excommunicatione, etiam si

actus prohibitus sit jure naturali. Ad idem facit textus in can. Excellentissimus 102. XI. q. 3. ubi Pont. Qui ex necessitate vel ignorantia delinquunt, auctoritate nostra per se absolvantur. Id est absoluti judicentur, ut rectè ibi supplet Gl. Facit & quod habet Abbas in c. à nobis 21. h. 1. quod licet factum sit datum, poena tamen sit nova. V. d. Suarez d. de 8. num. 20. & seq. Sanchez de matrim. lib. 9. Disp. 32. n. 12. & seq.

150 Quid si præcepti quidem Ecclesiastici habeatur scientia, censura tamen lata in transgressores inculpabiliter ignoretur? Resp. Negare Covar. d. loco 9. hanc ignorantiam excusare à censura, cum ignorantia poenæ non impediatur, quod minus transgressor præcepti ea teneatur. Quod faciunt rationes allatæ superius. Facere pro ista parte videtur, c. cum illorum 32. hoc tit. ubi dicitur excommunicatio incutiri à jure lata, quamvis ignoretur: & c. 1. in hoc tit. ubi impuberes etiam dicuntur censuram incurtere ratione percussis Clerici. Alios verò distinguere inter statuta particularia Ordinariorum & leges universales: illorum scilicet ignorantiam excusare à poena, non etiam harum. Probatur ista opinio per d. c. 2. de consuet. in 6. quod habet, per statuta quorumcumque Ordinariorum non legari ignorantes, dummodo ignorantia non sit crassa. Verius tamen, ignorantiam solius poenæ, etiam statuti habita scientia, sufficere ad excusationem; ex ratione, quod censura sit poena requirens peculiarem modum contumaciae & inobedientiae, qui non invenitur in eo, qui ignorat inculpabiliter censuram, quamvis legem non ignoret: cum non possit censura ferri nisi prævia monitione, non qualicumque, sed sub comminatione poenæ. Ut legem sciens, non ignorans etiam censuram legi adnexam, non possit re ipsa dici admonitus sub comminatione censurae. Nihil facit quod d. c. 2. tantum loquatur de statuti Ordinariorum, quasi aliud dicendum foret in lege generali: nam ratio eius, ut occurratur periculo animarum, etiam locum habet in lege generali Pontificis. Et deinde ut ignorantia statuti particularis aut censurae impedire censuram ideo, quia aufert contumaciam & inobedientiam Ecclesiae, quæ est

pro-

proxima censuræ ratio, ita etiam generalis legis vel censuræ per eam infl. fit. Quod autem istud c. 2. loquitur de statutis Ordinariorum specialiter, est, quod illi majorem aliquam coactionem subditis inferrent, & in suis statutis ignorantiam admittere nollent. Nihil facit textus in d. c. cum illorum 32. Nam primo in eo potest dici agi de irregularitate contracta, non obstante ignorantia, quia illa non semper requirit præviā contumaciam uti censura, cum & contrahatur sine peccato. Secundo, ibi agi non de ignorantia invincibili, sed culpabili. Imò videtur ibi textus, in §. Si autem, præsumere ordinatum de quo ibidem, potius scienter peccasse, quam ignorantem; dicit enim præsumi contra ignorantiam, Quantum ad d. c. 1. & fin. parum ad materiam faciunt; quia d. c. 1. agit de iis, quos à censura ætas excusat: d. c. fin. loquitur de iis, qui in Canonem inciderunt, nulla facta mentione ignorantie, ut parum pertineat ad rem præsentem. Vid. Covar. d. §. 10. num. 9. Avila d. Disp. 5. dub. 7. Suarez latissime d. disp. 4. sect. 9.

Est & quæstio, Utrum ignorantia vincibilis excuset à censura? Resp. Quantum ad ignorantiam crassam & supinam sive sit juris generalis, sive statuti particularis, eam non excusare d. c. 2. de constitut. in 6. Quod loquitur de ignorantia supina statuti particularis, non excusante à censura: ut magis obtinere debeat ignorantia legis generalis, cum & in ea habeat locum eadem ratio, quod scilicet talis ignorantia non amoveat contumaciam & inobedientiam, cum sit loco scientiæ, & dolum contineat, l. 2. §. generaliter D. de doli except. Tantum esse quæstionem de ignorantia non adfectata, nec crassa aut supina, quæ dolum continet d. §. generaliter. Hanc excusare à censura aliquibus placet, per d. c. 2. quod excipit ignorantiam crassam ac supinam, ut in aliis non exceptis contra sit dicendum. Alii distinguunt inter censuram inferiorum & Pont. quod ab illa excuset, non etiam ab hac, per d. c. 2. Verior sententia est, ignorantiam sive facti, sive juris, quæ non excusat à culpa mortali, non excusare à censura. Et probatur, quia talis ignorantia ponit saltem indirectè voluntarium, pertinetque ad cras-

sam & supinam, orta vel ex negligentia, desidave, vel ex nimia sollicitudine & solitudine ad res aliquas, aut negotia, impediens debitam curam inquirendæ, quæ quæ sita non netur. Ubi non admittenda distinctio, quod dedit operam rei licitæ, ut vult Covar. ad l. Almap. 1. §. 1. n. 10. ex ratione, quod dicitur operam rei licitæ, & transgrediens legem per vincibilem ignorantiam, non possit negari voluntariè transgredi legem, licet indirectè. Vincibilis ignorantia voluntarium non excludit; & directum sit an indirectum, non mutat speciem peccati, cum sufficiat sit voluntarium. Et licet operetur bonum bono intentione, non tamen procedente, ut non excludat pœna transgressionis præcepti, ex ignorantia vincibili, quæ non excludit mortalem culpam. Ita fere Suar. latius tractans hanc quæstionem d. disp. 4. sect. 10.

IV. Dabit excusationem actus contra prohibitionem sub censura per motum ipsius cadentem in constantem virum, cum esset à peccato, quatenus est actus malus non prohibitus. Nam Ecclesiastica lex non potest cum tanto rigore obligare, ut cum gravissimo detrimento vel periculo sit servanda. Ita quatenus est actus malus, qui prohibitus, nam si foret intrinsecè malus, non excusetur secundum, c. Sacris 5. sup. de his qui prohibentur. Quod non accipiendum, quasi generaliter iustus justus non excusaret à censura, sed tantum in casu, quo metus non excusat à mortali culpa: ut quando communicatio, secundum sum d. c. 5. intrinsecè includit malum, cum si fiat cum injuria fidei, cum contumacia, vel in crimine, super quo censura lata in contumacia; vel in genere ponit coactionem ad actum malum & censuræ voluntarium, quia est intrinsecè malus, à quo potest nullus metus excusari. Ita Suarez Disp. 4. §. 3. num. 10. & 11. Idè non videtur dicendum quando licet non ex metu, ex aliis circumstantiis grave detrimentum immineat, vel luti gravis infamia, quam evitare alio modo potest; quia talis actus, licet prohibitus à censura, tamen medium necessarium ad evitandum imminens periculum, cum lex Ecclesiastica non obliget cum tali rigore, ut in gravissimo periculo servanda sit.

causam videtur scandalum procuraturum, ut scilicet licitum faciat actum sub censura prohibentem, si non sit intrinsece malus, eo quod leges humanæ ac positivæ non obligent cum scandalo proximorum. Vid. Suarez d. loco n. 13. §. 199.

153 **Qualitum**, An publica necessitas excuset celebrantem à Sacto per censuram prohibentem, in loco, ubi nullus alius Sacerdos? R. Cessante scandalo, infamia, aliove nocuimento gravi, necessitatem illam non ponere sufficientem causam excusationis, ad peragendum tale ministerium in statu censuræ, propterea quod eo in casu non sequatur verum incommodum ex omissione sacrificii; cum populus excusetur à peccato, propter inopiam ministri, minister autem propter prohibitionem legalem. Ut nullum sequatur incommodum considerabile ex carentia sacrificii: non temporale, uti supponitur; non spirituale, quia voluntas audiendi Missam populum excusat ab obligatione præcepti, ministerium autem ipsa censura. Ita Suarez d. loco n. 20.

154 **V. Facit dispensatio legitima**, ut quis legitime exerceat actum sub censura prohibentem, manente censura. Est enim hæc prohibitio juris humani, quæ dispensationem eodem jure admittit. Patet in excommunicato, qui licet sit incapax beneficii, si tamen scienter Pont. illi conferat, tenet collatio, quia censetur cum illo dispensare, ut dictum est alibi, *sup. de præb. nu. 49.* & tradit Covar. ad d. c. Alma p. 1. §. 7. n. 2. & de facto patet ex *Extravag. Ad evitanda* Martini V. qua permissum communicare cum excommunicato non deaunciato. Vid. Suarez d. disp. 5. sect. 4. n. 2. §. 3.

Hanc licentiam esse Pontifici non est dubitandum, cum in eo sit suprema Ecclesie potestas. Episcopis non esse istam licentiam dispensandi super effectu censuræ à se latæ probabilius est, ex ratione, quod in rebus jure communi prohibitis dispensare non possunt, nisi quatenus jure communi concessum. Nullibi autem concessa invenitur ista licentia, neque consuetudine recepta, nisi forte in re aliqua minima, ut dandi licen-

tiam loquendi cum aliquo. Suarez d. sect. 4. n. 4. §. 199.

155 **VI. Facit absolutio cessare effectum censuræ**, ipsamque censuram tolli. Esse talem potestatem in Ecclesia patet ex verbis Christi. *Quodcumque ligaveritis & solveritis &c.* Nec est ea res dubia.

156 **Tantum quæritur**, An per solam absolutionem tollatur censura? Resp. Esse, qui mortuum velint esse solum, si in charitate decesserit, qua de re inf. eod. num. 159. Per emendationem quoque & satisfactionem subsecutam videtur cessare censuram, tamquam cessante causa, propter quam est lata, quæ facit cessare effectum. Verius tamen, cessante contumacia, non tolli hoc ipso censuram: nam licet illa præcedere necessitate debeat ad censuram ferendam, non tamen necessitate durare debet, ut duret censura; cum effectus censuræ non pendeat à causa in conservari, sed tantum in fieri: sicut culpa est causa pœnæ, quæ tamen durat, illa sublata, aut etiam remissa, quod indicat sufficienter textus in c. *qua fronte 25. sup. de appellat.* ubi post exhibitam condignam satisfactionem absolutio est concedenda: & expressè insinuat textus in c. *cum desideres 15. h. t.* Ubi non sufficit, quod percussor Clerici composuerit cum eo, quem percussit, eique satisfecerit, sed necesse est absolvari per Ecclesiam, antequam cum eo sit communicandum. Ratio est, ut quod juridica & publica potestas est ligatum, eadem dissolvatur. Et licet quoad tollendam contumaciam, & ad obediendum Ecclesie sit satisfactum, non tamen est sufficiens penitentia actus pro culpa commissa, quæ solet imponi, dum conceditur absolutio. Abbas in c. *fin. num. 4. sup. de matrimon. cont. contra interd. Ecclesie* Suarez Disp. 7. sect. 1. num. 3. §. 199. Et hoc ita procedit, si censura simpliciter & absolute sit lata. Difficultas aliqua moveri posset de censura lata sub defuncto tempore. Qua de re non videtur quærendum, cum non feratur censura ad tempus, quo elapso esset, etiam si contumacia duret; quia hoc esset contra finem censuræ, quæ est comprimere contumaces, & rectitudinem justitiæ; quia daretur occasio peccatori harendi in contumacia, cum sciat pœnam

raspo die cessaturam, ut non habeat opus emendare se. Et contra dicunt omnia jura, quæ absolutionem denegant nisi prævia satisfactio, d. c. 25. d. c. 15. & aliis locis. Deinde cum censura accomodetur respicienti, si hæc non habeat tempus definitum, quo modo illi præscribetur certus terminus? Ita Suar. d. sect. 1. num. 9.

357 Mijor questio de censura lata sub conditione *Donec satisfeceris*. An satisfactioe exhibitæ ipso facto tollatur? R. Cum conditio ista non impediat, quin reus censuram præterea incurrerit, non potest ea cessare, aut dici sublata, nisi per absolutionem ejus: ad quem pertinet secundum jura Canonica, quæ post satisfactioem requirunt absolutionem, per quam tollatur vinculum, quo reus ligatus est, ut non videatur sufficere, conditio satisfaciendi sit impleta. Cum non possit absolutio, quæ est actus legitimus, esse pendens. Et videtur hoc sentire Navar. c. 27. n. 105 in fine, Abbas d. c. 1. num. 6. Felin. ibid. num. 4. & alii citari per Covarr. ad d. c. Alma p. 1. §. 11. num. 5. & seqq. Volunt tamen, ejusmodi conditionis implementum inducere liberationem à censura, non tamen citra absolutionem, quia antiqua absolutio sub conditione lata postea operatur, expleta conditione: & ita multis tradit Covarr. d. loco Suar. d. sect. 11. num. 13. Quæ decisio procedet, si sententiæ verba talia sint, ut continent absolutionem ipso facto, v. g. *Ex quo satisfecerit, absolutus sit*; non etiam si requirant factum hominis, v. g. *Si satisfecerit, absolvetur*. Procedet etiam ista decisio facilius in summo Pont. propter absolutam ejus potestatem, qui potest ligare ita, ut impleta conditione hoc ipso cesset censura, quod in inferioribus non ita obtinet, factum tamen tenere videtur. Tollit & Pont. sine absolutione censuram, destruendo legem, unde censura dependet, si tamen legem priorem tollat cum omni suo effectu; nam aliàs censura vi legis inflicta, quia non amplius ab illa dependet, sublata lege nihilominus perdurat, Gl. 1. in V. pro infidelis de immunit. Eccles. Hæc ita de excommunicatioe.

358 Quid de suspensione dicendum. R. In ea, quæ lata absolute ob contumaciam, cessante hæc, nihilominus esse opus absolutione. Nam

licet cessante causa cesset effectus, ea tamen illa tam non solum obtinet in casu, quo causa talis est, quæ non tantum ad effectum, sed et ad conservatum sit necessaria: qualis non est hic casus, quo contumacia tantum est causa, ut cessatur censura, non etiam ut conservetur. Neque rectè quis dicit, sententiam suspensionis pro contumacia esse conditionatam, ut cesset, si satis fecerit, hoc ipso cessat, quia non est Reip. etiam post oblatam contumaciam condigna imponatur reo penitentia. Imponitur hæc sententia per c. super eo si. h. t. t. sententia suspensionis & excommunicatioe inflicte ratione contumaciæ, hæc cessare dicuntur absolventi rei. Quod ipsam sententiam & de interdicto, per c. qua frons. de appellat.

Quid si in sententia suspensionis & interdicti exprimitur conditio, *Donec satisfecerit*? Plerique tenent, non esse opus absolutione, sed hoc ipso cessare censuram, quod est modi conditio continet implicitam absolutionem, Gl. in Clem. 1. V. donec de detractione. c. non est V. donec sup. de sponsalib. Abbas d. c. 1. num. 6. & ibid. Felin. num. 4. sup. de judic. Covarr. d. §. 11. n. 5. Verum videtur aliquis pressio istius conditionis parum pro ea opponere facere, cum tacite insit, quia fecerit ob contumaciam lata habet conditionem, donec in contumacia hæret, quæ puniendi est, requirit absolutionem. Procedet tamen ista testia in censura lata non tam ob contumaciam, sub ea conditione, quam ob peccatum hoc modo tota culpa commissa est & castigatio condigna ab Ecclesia imposita, sub qua amplius ligat, quam ad conditionis implementum, vel temporis eventum, c. non consecr. dist. 1. Quando autem fertur ob contumaciam, verè per modum censuræ lata & ob culpam durantem; qua cessante, non est condigna satisfactioe, se undem culpæ gravitatem imponenda per absolutionem. Plura hæc de re Vid. apud Suarez Diss. 2. p. 2. n. 5. & seqq. & Diss. 39. sect. 1. n. 4. & 5. Tollitur itaque Censura per absolutionem quæ necessaria omnino vivis, secundum quæ dicta, An & mortuis R. Velle quidem Covarr. ad d. c. Alma p. 1. §. 11. num. 8. eos propterea absolvi; quia non sint subjecti Ecclesie.

sed declarari absolutos coram Deo decessisse, propter Contritionem; atque ita solvi quidem ab Ecclesia posse, & debere alii volunt. Navarr. in *Summa* c. 26. n. 32. Et absolutionis beneficium eis impendendum esse tradit Pontif. in c. à nobis 28. h. 2. Ut non exeret, si dicantur absolvendos esse, ad hoc ut consequantur sacram sepulturam, & participes fiant orationum & suffragiorum Ecclesie. Necessè autem est, ad hanc absolutionem concedendam, signa contritionis ostenderint, quibus à contumacia recesserint, & ad Ecclesie obedientiam redierint, d. c. 28. Quod si occultus sit excommunicatus, absolutio non facienda publice, sed vel occulte, vel, si non possit, dissimulanda, nec inuratur infamia defuncto, & corpus loco sacro conditum non extumulandum, eo quod coram Deo contritus sit absolutus. Quod & dicendum in excommunicato injuste, occulto tamen. Navarr. d. c. 26. n. 32. Suar. *Disp.* 7. *sect.* 1. n. 7. Avila p. 2. c. 4. *Disp.* 1. *concl.* 5.

Absolvere à Censura potest quilibet Sacerdos, etiam simplex, in mortis articulo, ut post ea non indiget nova absolutione, cum illa absolutio sit vera, & ex jurisdictione veluti delegata ipso jure omnibus Sacerdotibus pro illo articulo c. Non dubium 5. *et c.* Ea noscitur 13. h. 2. *Trid.* Sess. 14. c. 7. Quod non recte Gl. in d. c. à nobis 7. non posuerit h. 2. extendit ad absolutionem à laico datam; cum ea nulla sit, utpote ex delegata jurisdictione, non procedens. Et hoc sive ab homine, sive à jure sit lata censura. Extra mortis articulum non est cuiuslibet ista licentia. Suarez d. *disp.* 7. *sect.* 1. *num.* 5.

Quantum ad excommunicationem, ea ab homine lata jure ordinario ab eodem aufferenda, etiam si non sit Sacerdos, modo habeat jurisdictionem, quæ ut ad ligandum, ita & ad absolvendum sufficit. Idem juris competit ejus successor, & Sede vacante Capitulo, quod in jurisdictionem Episcopalem succedit, c. 1. *de major.* *et c.* obed. in 6. quam si habeat delegabilem, etiam alteri mandare potest. Potest & superior jurisdictione absolvere in casibus, in quibus jurisdictionem pro palam valet exercere in l. deditos Suffraganeorum. Covarr. d. p. 1. §. 12. n. 2. Pontifex Rom. quin possit ab-

solvere quemlibet, extra dubium est, propter summam ejus potestatem in Ecclesia. Plura Suarez d. *disp.* 7. *sect.* 2.

Quæstio est, An excommunicatus à suo Episcopo, mutando domicilium possit absolvi ab Episcopo novi domicilii? R. Distinguen- do inter excommunicatum per generalem sententiam Episcopi & specialem: illo casu absolvi posse, non hoc propterea quod specialis illa sententia lata ad arbitrium patris faciat causam errantem coram priori judice; à quo jurisdictione quaerita quoad illum casum non auferretur per commutationem domicilii, c. pen. *et c.* ibi Gl. *sup.* de foro *compet.* atque ita ne detur occasio fraudibus, causa inchoata coram uno iudice per citationem rei, sive in particulari, sive confusè per monitionem, ut satisfaciatur intra certum tempus, necessario ibi terminanda. Quod aliter se habet in sententia generali, cum non ponat causam inchoatam, Ita Suar. d. *sect.* 2. n. 26.

Quid si fiat Religiosus? R. Velle aliquos, argumento mortis naturalis, non posse talem absolvi ab alio, quam excommunicatore, eo quod morti naturali sit similis mors civilis. Verum est diversitas rationis, cum per mortem naturalem nemo subjiciatur alterius jurisdictioni, uti fit per mortem civilem. Ut dicendum sit in isto casu, quod dictum de mutante domicilium, quod scilicet in casu, quo censura est lata per sententiam generalem, absolutio sit petenda à superiore ingressi; ac multo magis censura lata per statutum, quia est ad instar ejus, quæ lata à jure. Si vero sit lata per sententiam specialem, tunc per inchoatam jurisdictionem absolutio petenda ab eo, qui tulit, apud quem jurisdictione inchoata permansit. Sunt tamen hac in re conulendi particularia locorum privilegia Suarez d. *loco* n. 28. *et seq.*

Quæritur & de eo, An post appellationem interpositam rectè absolvat Juxta à quo. R. Non esse dubium, quin Juxta ad quem possit absolvere, c. per tuas 40. h. 2. propter jurisdictionem adquisitam per appellationem. Ut autem jurisdictione legitime utatur, servet modum à jure præscriptum c. ad revivendam *sup.* de off. ordin. *et c.* venerabilibus 8. sane h. 2.

2992 in 6.

in 6. si scilicet constet prius, sententiam priorrem esse iniquam. Possit tamen & iudicem à quo absolvere, propterea quod licet per appellationem causa sit translata, non tamen omnino amiserit jurisdictionem ordinariam, cum & attentata reparari curet, *c. cum teneantur 17. ubi Wamel sup. de appellat. & errorem illi corrigere liceat, c. cum cessante 62. sup. de appell.* Nec obstat, quod appellationem impedire nequeat, nam præstando absolutionem non tam impedit absolutionis effectum, quam potius præstat, quod per eam intenditur. Suarez *d. l. n. 32. c. 33.*

164 A censura juris Episcopus suos absolvit, vel etiam interdum Parochus ex juris concessione, *c. Nuper 29. vers. in secundo verò hoc rit.* non obstante, quod alibi quis deliquerit; neque enim per hoc Episcopus amittit jus in personam sibi subditam, etiamsi aliud sit in censura hominis, ut dictum. Vagabundi nulli habentes domicilium absolvi possunt ab Episcopo loci, in quo actu sunt, cum non censentur habere ahum Episcoporum.

165 Hæc ita, si non sit reservata absolutio, *d. c. Nuper.* Sunt enim casus, à quibus absolvit solus Episcopus, quidam etiam, à quibus solus Pont. aut specialiter ab eo ad hoc delegatus, de quibus Navarr. *c. 27. n. 49. c. 75. c. latissime.* Suar. *de censur. tota Disp. 21.* Cujus modi inter alios est percussio Clerici, quæ absolutionem Sedis Apostolicæ desiderat, quam tamen & præstabit Legatus à Latere, *Ad eminentiam 28. h. t. & Legatus missus in sua provincia, c. per. sup. De off. Leg.* Quod ita statutum est, propter difficiliorem absolutionis impetrationem atque homines ab injuria Clericis inferenda. Patitur ea res exceptionem; Primum, si instet periculum mortis, *can. si quis suadente XVII. q. 4.* In quo datur licentia absolvendæ Episcopo, & in casu, quo non est Episcopi copia, etiam eo inferiori: ita tamen, ut si convaluerit reus, sistere se debeat coram Pontifice, aut ejus Legato, *c. ea noscitur 13. h. t. II. In mulieribus senibus, valetudinariis, membrorum dispositione impeditis, d. l. 13.* Adde pueros, & eos, qui non sunt sui juris, *c. fin. h. t. uti mancipia, pauperes, qui tanta laborant inopia, ut sumptibus non sint*

pares, *c. Mulieres 6. c. quamvis 8. de appella.* tamen mendicare turpe esset: nam mendicare soliti non exculantur, *d. c. 13. in 7. sup. de appella.* Adde & aliud quodvis legitimum impedimentum, ut inimicitia cum aliquo, unde periculum peregrinandi esse possit, *vid. d. c. 18. c. De catero 11. h. t. necessitas liberandi parenti, alendi uxorem, familiam, exerceandi munus publicum, ad quod ex officio tenetur, & quod sine gravi detrimto vel communi vel privato omittere non potest.* Modica quoque percussio Clerici absolutionem ab Episcopo impetrari potest, *d. c. Excipiuntur & Clerici simul habentes, qui non coguntur adire Pontificem propter tuam percussorem non ita exonerat.* Quoniam *9. sup. de vita & honest. Cleri.* Quæ cum agat tantum de communiter venientibus non est ad alios trahendum, cum sit de specialitatis, quod inter communes vires facilis sit excessus, ut promptior debet esse venia. Hinc & Abbas Monachos absolvit, nisi discretio ejus sit minor, quam sufficiat ad debitam correctionem, atque Episcopi providentia est adhibenda, *d. c. 14. n. Non idem erit, si Monachus facultatem Clericum percusserit eum d. c. 2. se referat ad tuam percussorem, quam facile constituta tua cohabitatio.*

Quantum ad Suspensionem, ea à jure lata ad certum tempus in peccatis delicti, non ab auctore Canonis tolli potest ante tempus. Ratio est, quia poena in vindictam commissa superiore imposta non potest remitti periorum. Tacit, quod sic contingere non potest nisi sufficienter delicta, & contenta poena à superiori positam, si potest ab inferiori tolli, Abbas in *c. tam litteris 33. num. 3. sup. de elect. Gl. in c. Cupientes 16. §. cateram 1. sup. de elect. in 6.* Nec obstat *c. nuper 29. d. c. 13.* quando conditor Canonis non referat delictum absolutionem, concessisse alius videtur de culatorem relaxandi: nam quod ibi dicitur de excommunicatione, etiam trahitur, ut patet de censura, non etiam quæ pro certo tempore lata, quia loco poenæ est. Plura Suarez *d. 29. sect. 1. num. 15. c. 16.* Idem dicitur de suspensione lata absolute, cum sit perpetua

intentione ferentis ; & poena infinitè lata à jure censetur perpetua, l. *servus C. de penis*, Felin. in c. *ex litteris* num. 11. sup. de constit. Suarez d. *sect. 1. num. 18 & 19*. Lata propter contumaciam, si sit reservata, non ab alio tollitur, cessante contumacia, quam ab auctore Canonis, aut ejus superiore, ex jam dicta ratione, cum inferior non possit se immiscere super statutis à superiore, nisi ex ejus consensu. Si reservata non sit, etiam ab Ordinario tolli poterit, arg. d. c. *Nuper* ubi in excommunicationis absolute ita dispositum: ut à rationis paritate idem statuendum sit in suspensione Abbas in c. 2. numer. 5. sup. De solut. Navar. c. 27 num. 162. Suarez Diss. 29. *sect. 2*. Dixi cessante contumacia ; quia ante non rectè tollitur censura, ea que cessante nihilominus opus est absolute, uti probatum sup. eod. num. 158. Suspensionis ab homine latae absolute non præstat, qui eam tulit, ejusve superior aut successor, cui idem juris est quod prædecessori fuit. Navar. d. n. 162.

167 Quantum ad interdictum, sive locale sive personale, illud non censeri sublatum, sola contumacia cessante, etiam latum sub conditione, donec & quousque, quando per modum censuræ est latum, dictum sup. eod. num. 147. & 158. Secus si per modum poenæ ad certum tempus sit latum, quia tunc tempore lapsò cessat. Positum autem ab homine, per modum censuræ tollendum, sive per absolute nem sive per relaxationem, ab eo, qui posuit, ejusve superiore, aut ab alio ex ejusdem commissione. Positum verò à jure, in modum poenæ, si absolute, non nisi ab eo, qui interdixit, ejusve superiore, aut habente auctoritatem, secundum dicta de suspensione: si ad tempus, eo lapsò, uti jam dictum. Latum propter contumaciam, si reservatum sit, tantum ab eo, cui reservatum tollitur. Si non sit reservatum locale, sive generale sive speciale, tollitur ab Episcopo aut Episcopalem participante dignitatem, d. c. *Nuper* 29. *vers. in secundo verbo*, rit. Idem judicium est de personali generali, Parocho non est ea auctoritas, cum careat hac jurisdictione, etiam quoad personas singulas, quas persistentes membra communitatis absolvi, ipsa communitate manente interdicta, repugnat. Personale speciale, non reservatum

tollit posse à paro. ho videtur cessante contumacia, ad modum scilicet excommunicationis, quam per eum posse tolli dictum superius. Vid Suarez Diss. 38. *sect. 2*. Cessat & interdictum generale personale per destructionem Coll gii aut corporis, in quod primo & per se larumerat, cum interdictum hoc sit quædam rei adfectio, quam necesse est perire, re ipsa destructa, tamquam accedens destructo principali. Quo modo & cessabit in persona, quæ communitatem aut populum interdictum deserit, murando domicilium, vel quacumque via pars ejus esse desinendo, ut ejus non gaudet privilegiis, nec onera participare debeat. Covar. 2. Var. c. 8. num. 10. Suarez. d. Diss. 38. *sect. 1. n. 15 & 16*.

168 Q An & interdictum locale per loci alienationem relaxetur? R. Id posse videri scilicet cessare interdictum, loco abalienato ab eo domino, qui causam interdicti dedit, cum cessante causa cesset ejus effectus: ut è converso, si dominus novam terram adquirat, eam adfici interdicto locali. Dicendum tamen, quantum ad totalem alienationem loci, tamen si eximat dominio ejus, qui causam dedit, positum tamen semel interdictum adficere rem, & tamquam onus eam sequi, transit enim res cum suo onere, argum. c. *Ex litteris* sup. De pignori, c. *Passovalis* sup. de decimis. Nec facit, quod non sit idem dominus, qui causavit interdictum; quia, ut dictum, sufficit, causa ista adfuerit in ferri, non etiam in conservari. Facit quod hic modus eludendi interdictum possit cedere in præjudicium & vilipendium Ecclesiasticæ potestatis. Si pars loci alienetur, idem dicendum erit, quod de toto alienato dictum est ex eo, quod qualitas semel toti loco attributa hæreat in singulis partibus, nec tollatur per alienationem.

169 Quid si locus specialiter interdictus, ut civitas, templum destruat? Resp. Non ita destrui locum posse, quin saltem pavimentum maneat, ut & cætenus locus maneat adfectus interdicto: quod non tantum adficiat ipsas domos, aut parietes, sed ipsam terram. Unde ante sublatum debito modo interdictum non possunt in terra ista aut sepultura corpora de-

functum, n. tradi, aut altari templisque extructis facta celebrari, eo quod ejusmodi extructum altare aut templam sapiat loci qualitate, quem tamquam accessorium sequitur, secundum tradita *instit. de rer. divis. §. ex diverso*, cujus etiam privilegium gaudet *1. l. in l. inter 83. §. sacrum n. 26. de V. O.* Plurade his *Suar. d. sect. 3. n. 9. & seq.*

170 Hæc de absolutioe & relaxatione: quarum effectus, qui est abolere censuram, ut procedat, oportet censuræ plures sive ab eodem sive à pluribus positæ, evacuentur, & satisfactione prævia, subsequatur ab omnibus absolutio vel relaxatio, quatenus unus potest absolvere, quia alias à diversis petenda. Et licet ab uno obtenta quo ad unam censuram operetur, non tamen quo ad alias ab aliis positas, *c. officii 42. ubi Gl. l. h. r. & proinde ad plenam absolutioem obtinendam etiam ab aliis impetranda. Covar. ad d. c. Alma p. 1. §. 11. n. 12.* Absolutè petita ab eo, qui ab omnibus absolvere potest, ab omnibus etiam absolvit pluribus ligatum, sive proferatur absolutio sub signo distributivo *Abolve te ab omni censura, sive indefinite absolvo te à censura*, æquivaleret enim indefinita universali, responsio intelligitur esse proportionata interrogationi.

171 Dico, absolutè petita, id est sine limitatione causæ, quia hujusmodi limitatio facit ab illa tantum absolutioem procedere, cujus causæ est expressa, *c. cum pro causa 27. & d. c. officii 42. h. r.* Acco imodatur enim absolutio petitioni. Quod si pretio sit absoluta, absolutio autem cum limitatione causæ vel censuræ, tum ab illa tantum contingit absolutio, quia ad eam solam restricta est intentio absolventis, cui liberum est ab una absolvere, non ab alia. Vid. *Suar. Disp. 7. sect. 9. n. 8. & seqq.*

172 Quid si causa expressa sit falsa? R. Gl. in *c. ex parte 5. sup. de off. ordin.* absolutè negare, casu absolutioem procedere. Cujus opinio procedet, si iudex ignoret falsitatem causæ principalis: velut si reus dicat se satisfecisse, quia non adest iudici intentio absolvendi, sine qua non procedit absolutio: ut rectè dicatur talis absolutio tamquam esse subrepta non pro, *d. c. officii*. Quod si non sit falsitas circa causam principalem, sed tantum circa

accessorium, non potest dici nulla absolutio, cum non desit intentio absolventis, propter scientiam causæ principalis, cujusque veritas. Quod si iudex confusus fuerit falsitatis etiam causæ principalis, injusta quidem erit absolutio, quia est contra jus patris, tenebit tamen, secundum ea, quæ traduntur de sententia injusta. *Navar. c. 27. n. 38.* & pro ea parte editus est pressus in *c. Venerabilibus 3. Jam in ju eod. in 6.*

Simplex & absoluta sit absolutio, an habeat conditionem de præsentis aut præteriti non interest. Nam si impleta est conditio tantum in absolutam; si non fuerit impleta, absolutio est nulla, *arg. §. conditiones instit. de 7. d.* Talis est conditio, *Si satisfecisti*, sub qua conditione absolvere non semper est licitum, imò & interdum necessarium. Et præterea ad situr, *Si satisfecisti, si à contumacia restituta ex corde*, ubi scilicet res est dubia. *Navar. c. 26. num. 13.*

Dubitatur de conditione in futurum concepta, *Si satisfeceris* R. Certeum esse equum di absolutioem non consequi suam effectum ante impletam conditionem, quia respicit actum in sui impletum: dicitur tantum esse, an absolutio habeat effectum conditione eveniente: Ratio dubitandi est, quod absolutio Sacramentalis sub conditione de futuro sit nulla, ex eo, quod sit actus legitimus non admittens conditionem, *c. Aliter de R. I. in 6.* Quæ ratio cum & militet absolutioe à censuris, de ea videtur idem dicendum. Contra tamen dicendum, eo quod communicatio sub conditione de futuro potest feratur, *c. praterea 40. sup. de appellat. ut absolutioem idem sit attribuendum, quæ favorabilior. Nec obstat d. c. Aliter*, quia accipitur de istis actibus legitimis, qui respondentur & conditionem, qualis nec est absolutio ista, nec excommunicatio. Nec facit argumentum ab absolutioe Sacramentali, licet præsumptum; nam illa ex Christi institutione, si materia sit debite disposita, continet effectum habere, alias nulla est. Absolutio autem censura est quædam sententia humana, licet ipsa censura, cujus effectus dependet à voluntate humana, ut ad tempus suspendat effectum eius effectus. *Covar. d. §. 11. n. 8. Suar. d. §. 7. n. 12.*

7. *sect. 8. n. 5. & seqq.* licet autem modus iste absolvendi sub conditione displiceat Navarro & regulariter loquendo sit illicitus, non est tamen per se malus, nec jure prohibitus, si probabilis necessitas aut utilitas occurrat, & prudenter observentur circumstantiæ necessariæ Suarez d. l. n. 10 & 11.

175 Potest & absolutio ferri ad cautelam, quando dubitatur de valore censura, c. per tuas 40. h. t. c. cum contingat 25. sup. de off. jud. deleg. Covarr. ad d. c. Almap. 1. §. 12. n. 7. Est idem absolutio ad rei incidendam, per quam tollitur quidem censura, non perpetuo tamen, sed ita, ut reditura sit post certum tempus, aut in certum eventum. Cujus introducenda ratio est, quod censura non suspendatur, sed quamdiu permancet, suos operetur effectus, expedit autem interdum ligatum reddere habilem ad actum aliquem gerendum, quo peracto iterum operetur suos effectus: velut quis test. monium dicat, c. Veniens 39. in fine sup. De testib. ut beneficii collatio ei valide fiat, c. Apostolica sup. de excep. qualis modus dicitur ad cautelam. Interdum & datur absolutio, non ad cautelam, sed sub conditione de futuro, uti satisfaciendi intra certum tempus: cui si pareatur, perfecta sit absolutio, alias reincidat reus in censuram, quæ redit ex vi prioris sententiæ Covarr. ad d. c. Almap. 1. §. 12. n. 6. & 7. Suarez d. *sect. 8. n. 16. & seqq.*

Conceditur & potestas absolvendi alteri cum clausula & conditione, *Satisfactâ parte*, quæ non alias facit absolutioem per delegatum esse validam, quam si satisfactio sit præmissa. Nam sub conditione concessa non alias operantur, quam conditio servata quia alias in defectum conditionis censetur potestas denegata.

176 Quid ergo si reus non fuerit solvendo? R. Absolutionem procedere & valere; cum ejusmodi conditio *Satisfactâ parte* sit intelligenda secundum qualitatem poenitentis, quatenus scilicet satisfacere potest, si non solvendo saltem cavendo per pignora aut juramentum, ne videatur delegans ponere impossibilem conditionem: & ita accipit Gloss. textus, quibus isto modo delegata est jurisdictio, in Gl. 2. Gl. pen. & Clem. 2. in V. *satisfecerint de hæres.* Navar. c. 27. n. 47. & Suarez d. *Disp. 7. sect. 4. num. 40. & 41.*

Quid si non obstant, quod poenitens sit solvendo, ante exhibitam satisfactionem absolvatur? R. Absolutionem eo casu non tantum esse injustam, quia est contra jus personæ, qualis tenet, secundum dicta, & textum in d. c. *venerabilibus §. sane in fine h. t. in 6.* sed etiam esse injustam, quia contra jus concessæ potestatis absolvendi, qualis nulla est & invalida; cum non sit concessa ista potestas nisi sub tali conditione qua non servatâ actus non potest subsistere, Suarez d. l. n. 24.

Ultimâ potestatem in absolvente requiritur, ad sit certa scientia & libera voluntas, quia necesse est, ut præcedat cognitio causæ, juxta modum & rationem solvendi, cui nec dolus nec error in re substantiali subsit.

177 Quid si per vim aut metum sit exorta absolutio? R. Censuram per vim metumve illatam non ideo esse nullam, dictum supra eod. n. 19. ex ratione, quod vis vel metus non ponat tam involuntarium quam voluntarium: ut idem dici possit de absolutioem, cum posita eadem ratione scilicet voluntate, idem jus sit statuendum, præcipue quia absolutio sit favorabilior. Desinit tamen in c. *unico de his, quæ vi & c. in 6.* absolutioem vi metumve extortam omnino vitibus vacuam esse. Quod ita specialiter de jure statutum in defensionem Ecclesiasticæ potestatis, quam sæpè imminutam volebant laici Principes aut potentiores cogentes Ecclesiasticos Prælatos ad absolvendum à censuris, aut eas revocandas, ut advertere possit hac via coactionem suam esse inanem. Loquitur autem Pont. simpliciter de quolibet cogente, ut etiam obtineat in Ecclesiasticis cogentibus, cum nec per eos Ecclesiastica potestas sit imminuenda. Ut vero Pont. consequatur facilius intentum, & terreat potestates à coactione, addit in cogentes absolvere, aut revocare censuram, sententiam excommunicationis: quam ipso jure eos incurere patet ex finalibus verbis d. c. *Excommunicationis sententia decernimus subjacere.* Denique ut prædicta obtineant, necesse vis vel metus sit gravis, cadens in constantem virum; is enim solus facit ad causandum involuntarium. Necessarium etiam est, ut inferatur ab homine ad extorquendum, & quidem per injuriam: nam si tantum consistat metus in denegando aliquo humanitatis officio, ut beneficiis gratuitis,

aut

aut pura defensione, non potest spectare ad effectum impediendae absolutionis, cum nequeat dici cadere in vitium constantem. Vid. Suar. *d. Disput. 7. sect. 6. numer. 12. Et seqq.*

178 Denique ut absolutio suam consequatur effectum oportet absolventi persona sit distincta ab absolvente. Cujus ratio est, quod exerceatur per viam jurisdictionis; nemo autem in se habeat jurisdictionem. Absens sit, an praesens non refert, nam ut absens excommunicatur, ita & absolvitur, petita per procuratorem, nuntium, litteras, absolutione. Exemplum est in *can. quando ll. q. 5.* & ita habet usus praesertim ad causam certam vel effectum. Qualis absolutio continuè potest habere suum effectum quoad poenitentem, si velit Pont. Alias non prius, quam ad aortitiam pervenerit.

179 Ubi quaeri posset, An & invitus absolvi queat? Respondendum. Non obstante, quod in absolvente requiratur libera voluntas, coacta verò vitiet de jure positivo absolutionem, in eo tamen, qui absolvendus, non esse necessariam eam voluntatis libertatem, cum & ignorans absolvi possit, & proinde non consentiens, vel etiam sciens & positivo invitus. Et ita plerique tradunt. Abbas in *c. ab excommunicato 41. numer. 20. sup. de reser.* Rationem subjungens, quod censura contineat duo, culpam & poenam: culpam, cum sit ex nobis, sine nobis tolli non posse; poenam verò, cum sit extra nos, cum sine facto nostro ingeratur in invitos, ita & ab invitis removeri posse. *can. verbum si. de poenit. dist. 1.* Facit, quod absolutio per potestatem ordinariam & absolutam sit independens à voluntate excommunicati, atque ideo in invitum exerceatur. Aliud est in potestate delegata in ordine ad forum poenitentiae; nam per illam nemo absolvitur, nisi voluntariè se subjiciat tali foro, & consequenter in eo velit absolvi.

180 Quid si reus in delicto perseveret? R. Videri non prodesse absolutionem, secundum illud Leonis *can. 5. XXIV. q. 2. Damnationis sententiam quicumque meretur accipere si in suo sese permanere voluerit, nullus relaxare poterit.* Et hoc ita procedere videtur in excommuni-

catione juris, quod semper insinit, durante delicto vel culpa. Verum notandum, aliud esse loqui de perseverandi voluntate in delicto, aliud de voluntate non petendi vel obediendi absolutionem. Potest enim quis ab errore delicto recedere, & tamen nolle absolutione personae absolventis, cui subdi non videtur, aut obligatus esse, aut alia de causa; talis enim invitus absolvi potest etiam à censura ipso peccato inflictà, quia jus cessat influere, sublatà causà recte tollatur per superiorem, cujus potestas non pendet ex voluntate rei. Ut non obstat argumentum, quod invito non fiat benedictio, nam intelligendum, quando dependet à voluntate eius, cui accedit. Distinguedum autem, quantum ad voluntatem perseverandi in delicto. Nam vel habet tractum successivum, quod scilicet contumacia in eo semper ponit novam culpam, aut eius augmentum, vel tantum est transiens, scilicet quod semel committitur, transit, manetque quoad reatum, obligans ad satisfactionem aut poenitentiam. Poenitentia repugnat censuram tolli, reo perseverante in contumacia, cum faciat censuram in contumacia esse conservatione, jure semper illam inchoante. Quo modo haereticus contumax non potest quam absolvi potest, quia semper insinit in re censura. In posteriori casu potest impoentens absolvi, eo quod per actum reversionem semel, quia jus censuram intulit, & quod actus non durat, non possit dici semper inchoante: ut nihil obstat tolli censuram etiam ab invito & impoentente; & absolutio sit tunc valida, propter rationem jam dictam. Ita tenet Suar. *d. dist. 7. sect. 7. n. 6. Et 7.*

Dubitarur autem, An eo casu licitè concedatur absolutio? Resp. Videri valde quidem non tamen licitè, eo quod contra rationem videatur, indignum absolvi, qui justè reus est; & quia ea res scandalum praebet, contumaciam & irreverentiam, Dicendum tamen, posse distictè & prudenter relaxari censuram, etiam durante contumacia, & hoc quoad censuram ab homine laicam. Exemplum est in *c. ex litteris no. sup. de sponsalib.* ubi qui juravit aliquam ducere uxorem, cogi potest promissionem implere per censuram, imò compellendus dicitur. Et tamen sponsus implere nolit, quamvis poenitentem

dicitur potius monendus, quam cogendus ad vitanda peiora, e. *Requisivit* 17. d. 111. Covarr. de *Sponsalib.* p. 1. cap. 4. num. 4. & s. Estque ea res non tam per se & intrinsicè contra rationem aut aliam virtutem, quam consentanea charitati, si refragans alio remedio indigeat, & consentanea fini censuræ, quæ medicinalis: ut si non profit, sed obstit, sit auferenda, aut non infligenda, ut in d. e. 17. Et hoc, si non sit spes fructus, mediante censura. Ubi tamen cavendum, ne ablatio cedat in tertii præjudicium, quia posset continere peccatum contra justitiam commutativam, neve scandalum aboriatur vel contemptus censura: Quantum ad censuram à jure latam in dicto casu relaxandam, videndum, an præscriptus sit certus ordo progrediendi ad alias censuras, aut posteriores, ratione durantis contumaciæ, is enim servandus est, quia jus obligat, nec inferior illud immutat. Dico, inferior; quia superiori id juris est, ubi viderit expedire, & respondere charitati. Quod si jus nihil disposuerit, & absolutio spectet ad inferiorem videtur probabile, prudenti arbitrio judicis concessum esse, etiam invitum absolvere, sicut à censura ab homine inducta, servatis tamen iisdem conditionibus; quia cum jus non statuat appositum, videtur reliquisse potestatem liberam. Nec facit, quod in aliquibus censuris sit præscriptus ordo adgravandi poenas in casum contumaciæ; quia is non potest trahi ad alias, quibus idem ordo non est præscriptus, cum odiosa non sint extendenda, Suarez d. loco nu. 9.

182 Postremò ad formam verborum in absolutiois concessione quod attinet, nulla est jure præscripta, quæ sit de substantia. Necessarium tamen, ut absolutio fiat verbo vel signo aliquo visibili, quo significetur is, qui ligatus fuit, esse solutus, veluti *Abolvo te, Reconcilio te Ecclesie, Ausiro à te censuram*. Indicanda etiam aliquo modo persona absolvenda, uti & absolventis; vel implicite, ut quando ab ipso absolvente pronuntiat verbis, vel explicitè & cleriori expressione, quando datur scripto. Non enim est necesse determinate censuram, à qua absolutio datur, modo ex forma judicii pateat, de qua re sit sermo, cum frustra sit, quidquid rei latius demonstra-

ta additur, *argum. l. 1. §. si quis uxor D. de dose preleg.* Causam quoque censuræ in absolutioe exprimere non est necessarium per se, cum nec jure cautum quid sit ea de re, nec ex natura rei oriatur ista necessitas, sufficiatque sola intentio & voluntas absolventis. Nisi tamen plures sint censuræ, à quibus omnibus censetur absolvisse, qui simpliciter ab omnibus absolvit, petentem simpliciter absolvi: quia, cum favores sint ampliandi, simpliciter absoluteque facta responsio censetur proportionata interrogationi. Quod si ab uno tantum velit absolvi, non nisi unam auferet; et quod operatio formæ non excedat ejus intentionem: ut necesse sit causam addat, ne alias videatur ludere petentem, nihil agere. Plura hæc de re vide apud Suarez d. *dispr.* 7. *sect.* 9. & jungè his dicta sup. eod. num. 170.

TITULUS XL.

De Verborum significatione.

SUMMARIUM.

1. In verborum interpretatione primò spectanda mens dicentis.
2. Primogenitus & Unigenitus quis dicatur.
3. Si de mente non pateat, verborum proprietates attendenda.
4. Obscura in partem mitiorem interpretanda.

Compilatores Digestorum securus Pont. post tractatam juris Canonici materiam quoad personas, res, actiones, duobus generalibus Titulis, ad universam Juris Canonici scientiam spectantibus, opus suum concludit.

Prior concernit Verborum significationem & interpretationem, quæ inventa sunt, ut dicentis expriment sententiam. Quæ in primis spectanda, & prior est atque potentior quam ipsa vox l. *Labo* 7. in fine D. de *Supell. legat.* camque considerari potius, quam verba, tradit I Crus in l. *Pater* 101. D. de *Condit. & Demonstrat.* Sunt enim illius indicandæ causa reperia. Unde ut adsequamur mentem, circumstantiæ inspiciendæ sunt: intelligentia enim dictorum, ut ait Pont. e. 6. h. t. ex causis dicendi est adsumenda, quia non sermone res, sed sermone rei est subjectus. Unde in suppellectile legata sententiam ejus, qui legavit, inspicere oportet, & in quam rationem eas res referre

R r r r f e r r e

ferre sit solitus, ait Servius, *d. l. 7. §. 2.* ne dum verborum attenditur proprietates, veritatis amittatur sensus, ut ait Pont. *c. 8. h. r.* * Sic licet **2** *Primogenitus* dicatur, respectu aliorum, qui postea nati, tamen & primogeniti nomen, spectat ad eum, quem alii non sequuntur. Ut non rectè quidam veritatem & virginitatem averfantes, ex eo, quod scriptura dicat, Mariam Virginem peperisse Salvatorem nostrum primogenitum suum, infulsè inferant, & iactitare non vereantur, eum & alios peperisse ex Josepho liberos, ut probent non rectè dici Matrem & Virginem. Verum tales indigent helleboro, si non fructibus aut sectione. Sic licet *Virginis* propriè dicatur, qui solus suo patre natus est, eo tamen nomine & ille gaudet, qui, fratre præmortuo, solus existat, ut ex D. Hieron. traditur, in *c. 3. h. r.*

3 Si de mente aliunde non pateat, verba accipimus secundum proprietatem; prout natura rei, de qua agitur, permittit, & fert communis usus loquendi, qui cum omnium rerum, tum maximè verborum est magister. * Obscura in partem mitiorem interpretanda, & ita, ut aliquid potius agant, quam frustranea sint & otiosa, & res, de qua agitur, valeat potius quàm pereat, *c. Abbas 25. circa fin. h. r.* Ubi habenda ratio & inspicienda conditio proferentis, qui si imperitus fuerit, verba ejus crassa Minerva sunt accipienda. Interdum & habendus respectus ejus, ad quem diriguntur, qua in re multum valet arbitrium viri prudentis. Videatur hac de re latius Alciat, *Tract. de verb. signif.*

TITULUS XLI.

De Regulis Juris.

SUMMARIUM.

1. *Regula Juris quid.*
2. *Regularum artificium exemplis aliquot declaratur.*

1 Posterior Tit. spectat ad res, id est Regulas Juris, sententias & axiomata quæ ex jure

prius constituto colliguntur, & nihil aliud sunt, quàm quædam generales propositiones multarum decisionum causas & principia continentes, quæ ex plurimum legum mente conceptæ & animadversæ à I. C. verbis præcisissimam earum confessionem complectuntur. Unde & rectè ait Paulus, *d. lib. 1. Regula* brevem narrationem, & non sumi ex verba Jus sed eam potius ex jure jam positam prætam.

Hinc ex eo, quod per juro non habeatur des, quod negligent non sit res committenda, & similibus, deducta est Regula, contra continens causam, malum semper præcedit malum, *cap. Semel hoc tit. in 6. Et Ulpianus in lib. 2. D. eod. faminas à publicis muneribus remotas dicit, ex eo, quod diversis legibus constitutum observaret, fornicias prohiberi à munere judicandi, postulandi, magistratum gerendi, tutelam, curam administrandi. Hinc ex eo, quod invito domino alienis rebus non liceat, quod Sabbatho pugnare veritas sit, jejunia præcepta per Ecclesiam sunt observanda, ab iis tamen excuset necessitas, cetera est Reg. Necessitatem non habere legem, *cap. 4. hoc tit.* Denique ex eo, quod alii iura ablatum sit restituendum, damnum illarum resarciendum, injuria illata reparanda, debet cetera Reg. Peccatum non dimitti, nisi restitutum ablatum, *cap. 4. eod. in 6.**

Ejusmodi Regulae aliquot traduntur in Tit. plures *eod. in 6.* quas plerique late & lucidè explicant, præcipuè D. Peckius. Quia cum non sit facile brevi aliqua methodo concludere, sigillatim autem eas recensere & pertractare sit præter hujus instituti rationem gratius actis Deo Uni & Trino, à quo constat bonum, D. Virgini Matri, totique Sanctorum cæui, fidem huic operi imponere omnia, quæ in eo pro modulo ingenii nostri tradita sunt, S. R. Ecclesiæ, aliorumque mortuorum sententiarum judicio submittentes, quæque videri possunt minus ei consentire, improbantur & revocantur.

FINIS.

INDEX